SPICILEGIUM SS. PATRUM,

UT ET

HÆRETICORUM,


Seculi poſt Chriſtum natum

I. II. & III.

Quorum vel integra monumenta, vel fragmenta, partim ex aliorum Patrum libris jam impreſſis collegit, & cum Codicibus Manuſcriptis contulit, partim ex MSS. nunc primùm edidit, ac ſingula tam Præfatione, quàm Notis ſubjunctis illuſtravit

JOANNES ERNESTUS GRABIUS.

TOMUS I. ſive SECULUM I.



OXONIÆ.

E THEATRO SHELDONIANO. MDCXCVIII.



Imprimatur,

Guil. Paynter

VICE-CAN. *OXON.*

Decembr. 23. 1698.

FLORENTISSIMÆ UNIVERSITATIS

OXONIENSIS

CANCELLARIO ILLUSTRISSIMO,

D. JACOBO ORMONDIÆ DUCI,

Insignissimo Dno. VICECANCELLARIO;

Reverendis Doctoribus,

Egregiis Procuratoribus,

Omnibus Collegiorum & Aularum Præfectis,
Universoque Magistrorum choro

S. P. D.

JOANNES ERNESTUS GRABIUS.

UT hunc libellum clarissimis Nominibus Vestris inscribam, facit eximia vestra benignitas ac singularis favor, quo me in his terris advenam excepistis, & magis adhuc magisque prosequimini. Laudanda præcipuè est bonitas Vestra, quâ meæ quidem tenuitati magnum exhibetis beneficium;

Divinæ vero Majestati, quæ pupillis ac peregrinis ſingulari lege de Spicilegio eis relinquendo proſpexit, devotum præſtatis obſequium, dum mihi quoque, patre & patria orbo, Spicilegium aliquod in cultiſſimo veſtro agro literario colligere permittitis: quo non modo privatæ utilitati, ſed & publico Catholicæ Eccleſiæ, venerandæ matris meæ, commodo, S. Patrum, Martyrum atque Confeſſorum, memoriæ, Divinæ denique ſupremi Numinis gloriæ, pro modulo meo inſervio: nec meliùs me, vel veſtro loco, vel meo tempore uti poſſe exiſtimo, utroque ſacris potiſſimum ſtudiis dedicato. Eſt, fateor, Univerſitas Oxonienſis, ſi qua per univerſum orbem alia, propter inſtructiſſimas præſertim Bibliothecas, eaſque ad publicum uſum comparatas, omnibus cujuſcunque artis vel ſcientiæ ſtudioſis commodiſſima; nullis tamen magis, quàm Eccleſiaſticæ antiquitatis cultoribus, utpote cujus tantus in libris excuſis & Codicibus Manuſcriptis patet partim, partim latet theſaurus,

saurus, ut exquirendis ac colligendis, expurgandis & perpoliendis, sacris Κειμηλίοις *nulla studiosorum industria, nulla mortalium ætas suffecerit. Mihi vero satis fuerit, partem saltem ætatis atque studiorum meorum qualiumcunque huic operæ impendisse, ac primævorum solum Scriptorum Ecclesiasticorum Spicilegium, uti vocari solet, collegisse.*

Atque hujus fasciculum primum, quem jam paratum habeo, Vobis, PATRONI *atque* FAUTORES HONORATISSIMI, *submissa manu offerre audeo, bona spe fretus, fore ut æquo à Vobis animo accipiatur. Est quidem in eo unum atque alterum, quod oculos Vestros forte offendere queat. Habet enim ultima pars Zizania, à Diabolo & primogenito ejus, Simone Mago, ad injuriam Creatoris, in agro mundi seminata: qualia haud colligi solent, nisi ut igne comburantur, minime vero ut aliis loco muneris offerantur. Imo nec triticum in hoc fasciculo est optimi generis; siquidem Apocrypha tantùm scripta, sive integra,*

gra, ſive ex parte, continet, quæ ſacris Apoſtolorum & Patriarcharum nominibus perperam ſunt inſignita. Verùm nolim Vos dignitatem oblati muneris, ſed potiùs devotum Vobis animum offerentis reſpicere, qui & ab hæreticorum deliriis abhorret, & orthodoxorum ſcripta Apocrypha non ulteriùs ſectatur, quàm quatenus cum divino S. Scripturæ Canone, & perpetua Catholicæ Eccleſiæ traditione conveniunt: utraque tamen ideo in medium profert, quod ad hiſtoricam priſcarum rerum notitiam quodammodo conferre, ac placita iſtius ætatis, quâ ſcripta ſunt, ſive eorum ſaltem, qui ſcripſerunt, nobis patefacere videantur. Accipite igitur ſerenis frontibus, has, quas Vobis dedico, Spicilegii mei primitias; ac eum, quem huc uſque erga me declaraſtis, favorem jubete eſſe perpetuum. Hoc ſicut à Vobis eá, quâ par eſt, animi modeſtia enixè peto; ita pro Vobis & pro æviterna totius hujus ſplendidiſſimæ Academiæ felicitate Deum ſupplici prece

veneror,

veneror, nec unquam orare deſinam, ut quæcunque ſunt vera, quæcunque modeſta, quæcunque juſta, quæcunque ſancta, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ, ſi qua virtus, ſi qua laus, iſta omnia inter vos ab omnibus ſemper eligantur, teneantur, defendantur, colantur, amentur, vigeant, floreant, ac magis magiſque abundent in perpetuum!

Scripſi Oxoniæ in Aula S. Edmundi Decembris XXII. anno æræ Chriſtianæ M. DC. XCVIII.

PRÆFATIO
AD
LECTOREM.

INter iſta, quæ orbem Chriſtianum hodie num affligunt mala, multa ſanè & magna, haud infimæ ſortis ſunt plurima inteſtina diſſidia & ferventiſſimæ contentiones, quibus glorioſum Chriſti corpus, Eccleſia, in minuta fruſta miſerum in modum ſcinditur, & per has ſciſſuras ſubinde pretioſus Chriſtianorum ſanguis, velut viliſſima aqua, effunditur: imo, quod pejus eſt, innumeræ immortales animæ, pretioſiſſimo Dei ſanguine emptæ, ipſi rurſum eripiuntur, & ſub poteſtatem inimicorum Dei recidunt, æternùm perituræ. Ad noſtra maximè pertinet tempora, de quo jam ſuo ævo querebatur S. Hilarius Pictavorum Epiſcopus Lib. ad Conſtantium Auguſtum ſcribens: *Periculoſum nobis admodum atque etiam miſerabile eſt, tot nunc fides exiſtere, quot voluntates: & tot nobis doctrinas eſſe, quot mores: & tot cauſas blaſphemiarum pullulare, quot vitia ſunt: dum aut ita fides ſcribuntur, ut volumus, aut ita, ut volumus, intelliguntur. Et cum ſecundum unum Deum, & unum Dominum, & unum baptiſma, etiam fides una ſit, excidimus ab ea fide, quæ ſola eſt: & dum plures fiunt, ad id cœperunt eſſe, ne ulla ſit. -- Dum in verbis pugna*

eſt, dum de novitatibus quæſtio eſt, dum de ambiguis occaſio eſt, dum de autoribus querela eſt, dum de ſtudiis certamen eſt, dum in conſenſu difficultas eſt, dum alter alteri anathema eſſe cœpit, PROPE JAM NEMO CHRISTI EST. *Incerto enim doctrinarum vento vagamur, & aut dum docemus, perturbamus, aut dum docemur, erramus.* Hæc tanta Eccleſiæ mala atque fidelium animarum pericula ubi pia mens conſiderat, non poteſt non dies noctesque iis ex toto corde ingemiſcere, & cum Propheta exclamare: (Jerem. IX. 1.) *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum? Et plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi mei*; interfectos corpore alios, alios animâ, imo *bis mortuos*, uti S. Judas appellat, & quod horrendum eſt auditu, morituros forte in æternum.

Merito autem quis cum eodem Propheta verbis proximè præcedentibus (cap. VIII. v. ult.) quærat: *Numquid reſina non eſt in Galaad? aut medicus non eſt ibi? quare igitur non eſt obducta cicatrix filiæ populi mei?* Medelam ſcilicet malis iſtis quærunt & optant omnes, qui aliquam ſaltem ſalutis, ſive Eccleſiæ, ſive propriæ animæ, curam habent. Facilè autem quilibet videt, nullam huic morbo medelam exſpectandam eſſe, niſi prius origo ejus tollatur. Hæc quænam ſit, dicam primò verbis Rodolphi Gualtheri, quæ habet in medio Præfationis, Petri Martyris Locis Communibus præmiſſæ: *Nec vereor dicere, hanc præcipuam contentionum noſtri ſeculi cauſam eſſe, quod plerique Theologi, in Magiſtrorum ſuorum verba jurati, horum modò libros legunt, nec quid olim erudita vetuſtas ſenſerit,*
aut

aut quos errores atque hæreſes damnavit, noverunt, neque etiam ab aliis edoceri volunt. Eſt nempe ita, uti Doctiſſimus D. Beveregius in Procemio Codicis Canonum vindicati, optimè de re peſſima ſcripſit: *quod ea, quæ per multa retro ſecula, & ab ipſis Eccleſiæ primordiis ubique recepta fuerunt dogmata rituſque, hiſce demum noſtris diebus in diſcrimen veniant, & perinde oppugnentur, ac ſi nos primi eſſemus Chriſtiani, omneſque majores noſtri nudum Chriſti nomen præ ſe tuliſſent, & præterea nihil: vel ſaltem ac ſi in graviſſimis perpetuò erroribus verſati fuiſſent, quicunque divulgatam in Evangelio fidem amplexi ſunt. Nimirum noviſſimis hiſce temporibus nova jactantur lumina, nova ac majora Spiritus S. dona ſimulantur: ideoque novæ credendi, novæ orandi, novæ prædicandi, novæ omnium Eccleſiaſticarum adminiſtrationum peragendarum formulæ finguntur indies & celebrantur. Et quod abſurdiſſimum eſt, ipſâ etiam novitate nihil modò antiquius habetur; ſed quò quid magis novum eſt, eò pluribus & magis placet, & ſolicitiùs propugnatur. Hinc illæ lachrymæ! Hinc tot horrenda in Eccleſia ſchiſmata!* Traditionis itaque Eccleſiaſticæ, ab Apoſtolico ſeculo ad noſtra uſque tempora decurrentis, contemptus eſt, qui Chriſtianos, ad unam fidem unamque ſpem vocatos, in diverſas abire facit ſectas: quarum quælibet fere ſacram quidem Scripturam pro norma fidei agnoſcit, ſed eloquia Domini ad propria flectit placita atque deſideria; ac eos, qui his conſentire detrectant, à communione ſua ſubmovet, cunctiſque privat beneficiis, corporalibus partim, partim ſpiritualibus. Videas quidem ab una parte traditionibus vere Catho-

licis atque Apostolicis novas superaddi opiniones & superstitiones, quæ hoc nomen mentiuntur; sed videas ex alia parte illis detrahi, & parum respici, imo aliquando rejici, quod ubique, semper, & ab omnibus in Ecclesia creditum atque actum fuit, ideo solum, quod novis decretis & statutis haud sit congruum, vel prorsus adversum. Atque hoc rerum statu nihil mirum, quod & externa pax universæ Ecclesiæ, & interna piarum mentium, miserè sit turbata, ne dicam, justo Dei judicio prorsus ablata.

Quid igitur hîc consilii? quodnam teterrimorum istorum malorum remedium? nullum aliud, quàm quod post plures alios doctos atque pios viros non ita pridem dedit strenuus *fidei Nicænæ defensor* & egregius *solius fidei justificantis impugnator*, Georgius Bullus, in Apologia pro Harmonia Pauli & Jacobi p. 6. verissimè scribens: *Hanc esse optimam, imo hanc unicam rationem esse, infelicissimas, quæ Ecclesiam Christi hodiernam tot in partes sciderunt, controversias finiendi, si post S. Scripturas primævam ac puriorem Antiquitatem unicè colamus, ac revereamur ipsi, aliisque Auctores simus, ut ejus consentiens judicium, ubi reperiri potest (ut in omnibus certe reperitur, quæ majoris momenti sunt) religiosè sequantur; in cæteris verò liberum cuique judicium suum, salva pace Ecclesiastica & Christiana, relinquamus.* Ipse Deus per os supra laudati Prophetæ hoc consilium, quin potius mandatum, dabat Ecclesiæ Judaicæ, quando dicebant: *Pax, pax, & non erat pax,* (cap. VI. v. 14.) *Hæc dicebat Dominus: State super vias & videte, & interrogate de semitis antiquis, quæ sit*

ſit via bona, *& ambulate in ea*, *& invenietis refrigerium* (ſive pacem) *animabus veſtris*, verſ. 16. Sed quod proximè ſequitur verſ. 17. *Et dixerunt*: *Non ambulabimus*; id eheu hodie num repetitur, & eadem planè cantilena canitur. Unde unitas & pax Eccleſiarum optanda magis, quàm ſperanda, imo vero deſperanda; donec princeps pacis de cœlo *loquatur pacem in plebem ſuam*, *& ſuper ſanctos ſuos*, Pſal. LXXXV. v. 9. ſicut olim in terris locutus eſt, ultima lege eam hominibus præcipiens, & ultima prece eandem à Deo efflagitans.

Interea tamen, donec publica pax mundo reddatur, propriæ pacis & ſalutis nos rationem habere neceſſe eſt, ne malis ſuprà dictis involvamur, neve in perditione aliorum pereamus & ipſi. Effugiemus autem hanc perniciem, ſi ſuperædificemus noſmetipſos fidei ſemel ſanctis traditæ, & in ſcriptis antiquorum Patrum optimè explicatæ; non acceptantes ea, quæ præter vel contra eam noviter ſunt addita, incerta, falſa, vana, ſuperſtitioſa, idololatrica; nec conſentientes iis, qui traditionibus Eccleſiæ Catholicæ detrahunt, & antiquiſſimæ doctrinæ ac diſciplinæ contentioſe obloquuntur, vel ſaltem non ex toto corde obediunt. Nam *qui potuerit*, *videns omnia hæc*, *manere in primo Apoſtolicæ traditionis & Eccleſiaſticæ inductionis propoſito*, *ipſe ſalvabitur*, egregie ait Origenes in fine Tractatûs 28. in Matthæum, ubi de corruptione ultimorum temporum loquitur. Cui ex recentioribus jungo reverendum admodum, Joſephum Hallum, Epiſcopum Norwicenſem, qui in concione ad Clerum anno 1623. Londini in æde S. Pauli memoriæ ſacrâ congregatum,

gatum, hæc prolocutus est: *Profectò qui verbo Dei, æternis literarum monumentis consignato, qui symbolis quibusque primoribus, qui Conciliis quatuor generalibus, qui communi Patrum, per sexcentos annos à Christo, judicio lubens subscripserit, quod nos facere religiosè profitemur Reformati*, (atque utinam hoc ultimum omnes per omnia facerent) *si errare in minimis poterit, hæreticus esse non poterit. Peccare facilè potest particularis aliqua Ecclesia, hæresin affingendo sententiæ immerenti, sive veræ forsitan illi, sive leviter erroneæ: graviter certè errare non potest, sive anima, sive Ecclesia, quæ universalis veterisque Ecclesiæ vestigiis sollicitè insistit.*

Atque ea, quæ hactenus aliorum potiùs piorum atque doctorum virorum verbis, quàm meis, dixi, jam pridem considerans, pro studiorum meorum campo post Divinas Scripturas prata scriptorum Ecclesiasticorum elegi, omnia, quæ in *illis* revelata sunt, simplicissimâ fide accipiens, non in alio tamen sensu, quàm qui in *his* expositus, & jam inde ab initio, Ecclesiis unà cum litera scripturæ traditus est. Audio Deum Patrem, per os filii sui & S. Prophetarum atque Apostolorum loquentem: audio & Ecclesiam matrem, genuinum Divinorum eloquiorum sensum per os ac calamum S. Martyrum atque Confessorum mihi dictitantem: sicque observare contendo istud Salomonis monitum: (Proverb. 1. 8.) *Audi, fili mi, disciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ.* Quod de corporali patre & matre dictum, ad spirituales meritò refertur genitores, siquidem ipse Servator Ecclesiam audire jussit, ac eum, qui illi non obediverit, velut *Ethnicum*

Ethnicum & *Publicanum* pronuntiavit eſſe habendum, Matth. xviii. 17. Id autem ſemper valde dolui, quod adeo pauca ex monumentis antiquiſſimorum Patrum, qui primis tribus Eccleſiæ ſeculis, optimis atque puriſſimis, floruerunt, modò ſuperſint; plura verò perierint, magno Eccleſiæ ac Eccleſiaſticæ traditionis detrimento. Licet enim in iis, qui hoc & ſuperiori ſeculo editi ſunt, libris atque epiſtolis illorum, cuncta neceſſaria doctrinæ fidei, morum, & Sacramentorum capita egregiè ſint declarata; adeo ut omnes fere, quæ Eccleſias & mentes fidelium hodie num maximè vexant, controverſiæ exinde terminari poſſent, ſi partes litigantes eorum judicio ſuum ſincerè atque integre ſubmittere vellent: non parum tamen lucis obſcuris atque dubiis quibuſdam, & S. Scripturæ, & ipſorum ſanctorum Patrum, locis accederet ex deperditis horum ſcriptis, ſi recuperari poſſent, vel omnia, vel plura ſaltem, quæque majoris ſunt momenti. Quoaduſque verò id fiat, & ut eò faciliùs fieri queat, operæ pretium fore ſæpiùs cogitavi, ſi deperditorum iſtorum tractatuum fragmenta ſaltem, quæ in recentiorum Patrum libris excuſis, ac Codicibus MSS. hìc illic diſperſa jacent, & disjecta latent, in unum colligerentur faſciculum, ut iis interea uti, ac ope horum integros illos, ſaltem quoſdam, forte fortuna invenire queamus.

Factum tandem, ut cum ante annum, & quod excurrit, Britannicas has Athenas, Oxonienſem dico Univerſitatem, felici pede fuerim ingreſſus, & admirandam optimorum librorum impreſſorum, ac Codicum Manuſcriptorum, penum viderim,

ipſemet de dicto opere in me ſuſcipiendo cogitare cœperim. Unde paulo pòſt hujus mei propoſiti participem feci eum, quem primum hîc loci ſingulari Dei providentiâ inveni fautorem, ac maximum ſtudiorum meorum Promotorem, Doctiſſimum D^{um}. D. *Johannem Millium*, Aulæ S. Edmundi Principalem digniſſimum, qui iſtud omnino approbavit, ac aliis commendavit, ſeque conſilio, ope & auxilio mihi affuturum benigniſſimè promiſit, promiſſis fideliſſimè ſtetit, ac hucuſque mihi peregrino, tanquam director hujus operis, ita adſtitit, ut, abſque eo fuiſſet, Volumen hocce I. quale quale, non ita cito, nec ita correctè prodiiſſet. Verùm cum ob inuſitatam chartæ aliarumque rerum caritatem pluribus opus eſſet fautoribus, qui partem impenſarum in ſe ſuſcipere haud gravarentur, tales quoque Deus, cujus gloriam in hoc opere quæro, mox excitavit; nempe Reverendum D^{num}. D. *Henricum Aldrich*, Ædis Chriſti Decanum ſumme venerabilem, nec non Reverendum D^{num}. D. *Arthurum Charlettum*, Collegii Univerſitatis Magiſtrum digniſſimum; ambo eximia hujus Academiæ decora atque ornamenta, ac gratioſos omnium literatorum Patronos: qui uti pro inſigni liberalitate ſua quotannis ad librum quendam hîc loci excudendum haud exiguos conferunt ſumptus; ita & mihi meoque libello hanc fecere gratiam, nunquam ſatis deprædicandam. Plura, quæ in dictorum triumvirorum laudem à me eſſent dicenda, taceo, ne adulator videar: nomina tamen tacere nolui, ne ingratus viderer. Atque hoc reſpectu nominandus mihi denique

eſt

eſt Clariſſimus D^{nus}. *Johannes Hudſon*, Collegii Univerſitatis Socius, fautor atque amicus meus honoratiſſimus, qui non modò laudato hujus Collegii Magiſtro, ſed & plurimis aliis, in hac & Cantabrigienſi Academia, doctis viris opus meum de optima nota commendavit, & ita ſtrenuè promovit, ac ſi proprium ejus fuiſſet negotium. His itaque fautoribus debitas ago gratias; & ut benevolus Lector eaſdem illis habeat, ſi quem ex hoc Spicilegio perceperit uſum, obnixè rogo.

Cæterùm complexus ſum, hoc *Spicilegio*, uti titulus indicat, S. *Patrum*, & *Hæreticorum*, qui *primis tribus æræ Chriſtianæ ſeculis* extitere, integra partim ſcripta, partim eorum fragmenta, vel prorſus inedita; vel Latinè ſolùm excuſa, quibus jam Græcus acceſſit textus; vel Græcè tantùm, quibus Latina verſio hîc addita; vel utroque quidem idiomate edita antè, ſed modò cum Codicibus Manuſcriptis collata; vel denique, quæ non ſeparatim atq; ſub titulo Auctorum in vulgatis eorum editionibus prodiere; ſed in aliorum Patrum ſcriptis, aut recentiorum Auctorum libris, hucuſque diſperſa fuere, jam verò in unum collecta ſunt. Collecta autem ſunt non modò Catholicorum, ſed & hæreticorum ſcripta, malignis quidem ingeniis noxia, ſed bonis varium præſtantia uſum; de quo cum alii jam dixerint, meis hîc verbis non eſt opus. Certiorem potiùs facio benevolum Lectorem, me nihil ſcriptorum primævorum omiſſurum, quod in Anglicanis, maximè Oxonienſibus, reperire eſt Bibliothecis; ac id quoque operam daturum, ut eorum, quæ in Gallicanis, Italicis, atque Germanicis extant, copia mihi fiat. Quapropter jam publicè

omnes ubique Bibliothecarios aliosque doctos viros oro ac obtestor, ut si quod integrum monumentum vel fragmentum antedictæ ætatis, penes se habuerint, aut alicubi latere noverint, illud benevolè mihi communicare, hoc saltem indicare haud graventur: ne minimis quidem fragmentis neglectis, utpote quæ etiam colligo, quoniam integro forte magni usûs libro inveniendo, vel vero ejus Auctori indicando, inservire possunt. De cætero singulis monumentis præfationem præmitto, quâ notitiam Scriptoris, vel saltem scripti istius, trado: notas quoque vel textui immediatè subnecto, vel per signum * promissas, sub finem cujuslibet Tomi addo, obscuriora quædam loca illustrans, dubia discutiens, aut usum eorum ostendens, aut parallela ex aliis Auctoribus adferens, &c. &c. Varias vero lectiones ad oram cujusvis paginæ subjungo, indicatis MSS. Codicibus, ex quibus petitæ sunt; sicut in hoc I. Tomo, maximè in Testamentis XII. Patriarcharum, videre est: ubi quid unumquodque signum denotet, in Annotatione ad p. 144. lin. ult. dicitur, ac speciatim declaratur, quos Codices numerus *62.* & *75.* in emendationibus Latinæ versionis designet; adeo ut hic nil sit addendum, nisi quod, ubi neuter horum numerorum positus est, uterque Codex in emendatione conveniat. Denique siquid amplius de operis mei ratione ac methodo posthac occurrerit monendum, in Præfatione sequentis Tomi, Deo volente, indicabo; & in fine ejus quædam in hoc Tomo emendanda, ac addenda, subjungam: quorum unum quidem atque alterum jam notavi, sed adhuc plura procul dubio notabo. Unde eousque rem differens, hîc filum abrumpo.

Hoc I. Volumine continentur

Fragmentum

JESUS

JESUS CHRISTUS.

IN recensendis S. Patrum nominibus ac monumentis meritò primo stat loco Jesus Christus, *Pater futuri Seculi*, Esaiæ ix. 6. id est, Novi Testamenti, ut mysticè antiquorum Commentatorum aliqui explicant. Hujus Servatoris nostri epistola ad Abgarum Regulum urbis Edessæ, unà cum Abgari literis ad Jesum ex Archivis Edessenis deprompta, extat apud Eusebium Lib. I. Hist. Eccles. cap. ult. supposititia autem censetur à multis non modò Reformatis, sed & Pontificiis, Erasmo, Cano, Bellarmino, du Pin, nec non Natali Alexandro Dissert. III. in Selecta capita Historiæ Ecclesiasticæ Seculi I. Atque hi quidem id faciunt, inducti præcipuè auctoritate Gelasii Papæ & Concilii Romani, à quo istæ epistolæ inter Apocrypha scripta rejiciuntur, Tom. IV. Concil. col. 1265. Verùm haud sine causa suum hâc in re judicium suspenderunt alii utriusque partis Doctores, ex quibus duo tantùm clarissima Ecclesiæ Anglicanæ lumina nomino, Reverendum admodùm Montacutium, Orig. Eccles. Tom. I. Part. poster. pag. 63. eumque, qui adhuc in vivis est, de historiâ sacra præclarè meritum Dn. D. Cave, qui in limine Historiæ literariæ Scriptorum Ecclesiasticorum non adeo temere abjiciendum censet tam venerandæ vetustatis monumentum, idque tribus argumentis confirmat, quæ repetere nolo, sed addo potiùs citatæ ab ipso aliisque Latinæ versioni Ephraemi Syri, Diaconi Edesseni, in testamento suo Historiam Abgari memorantis, textum Græcum hactenus ineditum, & ex Manuscripto Codice Bibliothecæ Bodleianæ Laud C. 97. à me descriptum, ex quo versio Vossii minùs accurata emendari queat. Ita verò iste sonat: Καὶ εὐλογημένη ὑμῶν ἡ πόλις Ἔδεσσα καὶ μήτηρ, ἥτις καὶ ἀποφαντικῶς ηὐλόγηται ἐκ στόματος Κυρίου διὰ τῶν αὐτοῦ μαθητῶν, ἡμετέρων δὲ ἀποστόλων. ὁπηνίκα ἀποστείλας Αὔγαρος, ὁ ταύτην ἀνεγείρας βασιλεὺς, ἠξίου δεξιοῦσθαι τὸν ἐν τῇ ἐπιδημίᾳ ἀναφανέντα σωτῆρα τῶν ὅλων καὶ δεσπότην Χριστὸν, λέγων·

ἤκουσα πάντα τὰ ὑπὸ σοῦ διαπεπραγμένα· καὶ ὅσα πέπονθας ὑπὸ τῶν ἀθετούντων σε Ἰουδαίων· ἐλθὲ τοιγαροῦν ἐνταῦθα, καὶ οἴκησόν με. ἔχω ἐμαυτῷ μικρὰν ταύτην τὴν πόλιν, ἥτις τυχήσοι σοί τε καὶ ἐμοί. καὶ θαυμάσας ὁ κύριος τὴν πίστιν αὐτοῦ, πέμψας δι' ἀγγέλων αἰωνίων * ηὐλόγησε τὴν πόλιν, ἑδράσας αὐτῆς τὰ θεμέλια. ἐκείνη οὖν ἡ εὐλογία αὐλισθεῖσα ἐν αὐτῇ κατασκηνώσει, ἄχρις οὗ ἀποκαλυφθῇ ὁ ἅγιος ἐξ οὐρανοῦ Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ Θεὸς ἐκ Θεοῦ. Quæ ita Latinè reddo: *Et benedicta sit civitas vestra atque mater Edessa, quæ etiam palam ex ore Domini benedicta est per discipulos ejus, nostros autem Apostolos; quandoquidem Rex Abgarus, qui eam exstruxit, dignum censuit, comiter compellare eum, qui peregrinus in terris apparuerat, Christum Servatorem & Dominum universi, his usus verbis: Audivi omnia quæ tu operaris, quæque ab aspernantibus Te Judæis passus es. Quocirca veni huc, & mecum habita. Est mihi parva hæc civitas, quæ tua pariter erit ac mea. Unde admiratus Dominus fidem ejus, missis nuntiis, civitati huic perpetuo duraturæ benedixit, firmans ejus fundamenta. Ista igitur benedictio jugiter in ipsa maneat, donec sanctus de cælis appareat, Jesus Christus, filius Dei, Deus ex Deo.* Recentiores Ephraemo & Dario Comite, ut testes haud adeo probatæ fidei & passim allegatos, meritò laudatus vir silentio præteriit, nec ego illos hîc citabo, de solius tamen Procopii testimonio aliqua moniturus. Provocat ad illud Evagrius Lib. IV. Hist. Eccles. cap. 27. his verbis: *Narrat idem Procopius ea, quæ de Edessa & de Agbaro ab antiquis sunt prodita, & quemadmodum Christus Epistolam ad Agbarum scripserit.* Atque hæc isto, quem Evagrius indigitat, loco, nempe Lib. 2. de Bello Persico, in Latinâ quidem Raphaelis Volaterrani versione frustra quæras, invenias autem in Græcis ab Hœschelio primùm editis pag. 64. & in Græco-Latinâ editione Regiâ Parisiensi, insertâ Corpori Historiæ Byzantinæ, in quâ distinctio librorum Procopii in capita, ac proinde cap. 12. libri 2. de Bello Persico integra historia de Abgaro & Christo, ac utriusque literis recensita habetur, quæ Latinè ita sonat:

* Αἰωνίαν potiùs lego, ac ita quoque interpretatus sum.

nat: *Ea tempestate Jesus Dei filius humano indutus corpore cum Palæstinæ incolis versabatur, verum se Dei filium cùm vitâ nullius peccati labe contaminatâ, tum factis, quæ mortales vires superabant, manifeste probans. Nam vitâ functos tanquam è somno voce excitabat, oculos aperiebat cæcigenis: à vitiliginibus albis purgabat corpora: clauditatem & cætera, quæ Medici esse dicunt insanabilia, depellebat. Hæc ubi Augarus ab iis, qui è Palæstina Edessam commeabant, accepit, confirmavit animum, & per literas Jesum obsecravit, ut à Judæa atque ingrata natione discederet, ac secum in posterum vivere dignaretur. Postquam literas Christus sibi redditas legit, in eam sententiam rescripsit Augaro, ut planè quidem recusaverit, se ad illum conferre, sanitatem verò promiserit.* Cui testimonio Procopii eò plus tribuendum est, quoniam ipse alienum prorsus à superstitione & fabulis animum gessit, ac nullum partium, maximum autem veritatis studium in Præfatione professus est, inque ipso opere passim ostendit, *ratus decere Oratores quidem eloquentiam, Poëtas verò fabulas, & Historicos veritatem*, ut verba ejus in limine Historiæ sonant. Imò in ipsa hujus rei de Abgaro & Christo narratione, *κρίσει* historicâ usus est, dum additamentum in fine epistolæ Christi de Edessâ nunquam ab hostibus expugnanda, in dubium vocavit, eam à reliquo Epistolæ contextu bene secernens. Porro præter testimonia Auctorum fide dignorum, historiæ huic suffragatur, quod circumstantiæ ejus, partim S. literis, partim aliis temporum istorum monumentis bene congruant. Fuisse tunc Edessæ in Syria Regulum, Abgarum sive Agbarum vulgo dictum, imò integram Abgarorum seriem, ex Tacito, Herodiano aliisque Historicis probabo in Notis ad calcem operis *. Famam autem miraculorum Christi ægros quoscunque sanantis, quam Agbarus in epistola sua memorat, ipse Evangelista Matthæus confirmat expressis verbis cap.4. v.24. *Et abiit fama ejus in totam Syriam, & obtulerunt ei omnes male habentes, variis languoribus & tormentis comprehensos, & qui dæmonia habebant, & lunaticos, &*

paralyticos, & curavit eos. Quidni igitur Abgarus gravi morbo laborans, opem Servatoris adeo celebrati, per literas postulasset? Sed utut hæc aliaque rem satis probabilem reddant, non tamen eam tanquam indubiam assero, interim in hoc Tractatu, ubi non modò certa planè, sed & aliquatenus dubia monumenta, rejectis manifeste spuriis, recensebo, dictas quoque epistolas cum adjuncta in Archivis Edessenis historiâ locum habere volui. Cæterùm missis iis, quæ Reverendus D. Cave jam solvit, argumentis contrariis, objectiones à Natali Alexandro motas considerandas sumam, ac priores quidem in Notis * discutiam, ultimam hic commodè depello. Opponit nimirum epistolæ Christi ad Abgarum verba S. Augustini, qui Lib. I. de Consensu Evangelistarum cap. 7. disputans contra Paganos Evangelia impugnantes, ipsis largiri videtur, *quod ipse Dominus nihil scripserit, ut aliis de illo scribentibus necesse sit credere.* Addere potuisset locum, quem nuper in Hieronymi Commentario ad Ezechielis cap. xliv. Tom. iv. pag. 478. C. notavi, ubi hæc habentur: *Salvator nullum volumen doctrinæ suæ proprium dereliquit: quod in plerisque Apocryphorum deliramenta confingunt.* Sed Augustinum quod attinet, quicunque integrum textum considerandum sumit, facilè videbit, istos, quibuscum loco citato disputat, adeoque ipsum Augustinum, loqui de prolixis libris, historiam miraculorum Christi narrantibus, quales erant quatuor Evangeliorum Codices, non de exiguis literis, quales hæ ad Abgarum scriptæ. Sic Hieronymus quoque integrum doctrinæ volumen à Servatore scriptum esse negat, non autem epistolam aliquam: neque hanc ad Abgarum inter deliramenta Apocryphorum numeravit, cùm ea nil plane delirum contineat, sed respexit Hieronymus istos libros, de quibus in Clementis Constitutionibus Lib. VI. cap. 16. ita loquentes introducuntur Apostoli: *Scimus Simonem & Cleobium, quique ipsis adhærent, venenatos libros nomine Christi ac discipulorum ejus composuisse atque circumferre, ad decipiendos vos, qui Christum nosque servos ejus dilexistis.* Inter hos venenatos libros, Christi nomini à Simonis Magi asseclis sup-

suppositos, fuisse mihi videntur isti, quos Augustini adhuc ævo superstites, quidam Christianæ fidei hostes, Servatori magiam objicientes, jactitarunt, dicentes, *illis contineri artes, quibus eum putant illa fecisse miracula, quorum fama ubique percrebuit*, ut & *eosdem libros ad Petrum & Paulum tanquam epistolari titulo prænotatos* fuisse, prout Augustinus memorat Lib. I de Consensu Evangelistarum cap. 9. & 10. ubi meritò insaniam istam ac fraudem malignam redarguit, his inter alia verbis: *Quomodo potuit libros, quos antequam moreretur, eum scripsisse putari volunt, ad discipulos tanquam familiarissimos, Petrum & Paulum scribere, cum Paulus nondum fuerit discipulus ejus?* Absurda quoque proculdubio fuit, ista quæ in Concilio II. Romano sub Zacharia Papa anno 745. habito Act. 2. Tom. VI. Concil. col. 1560. memoratur *Epistola Domini nostri Jesu Christi filii Dei, quæ in Hierosolyma cecidit* (de Cœlo) *& per Michael Archangelum inventa est ad portam Ephrem, & per manus Sacerdotis, nomine Leoræ, relecta fuit.* Hanc igitur meritò, ceu ab Aldeberto quodam confictam, dictum Concilium rejecit, ac contra ipsam Carolus M. quoque paulò post, nempe Anno 789. in Capitulari primo istius anni, ita decrevisse legitur Tom. I. Capitularium Regum Francorum à Baluzio editorum Col. 239. *Pseudographæ & dubiæ narrationes, vel quæ omnino contra Catholicam fidem sunt, ut & epistola pessima & falsissima, quam transacto anno dicebant aliqui errantes & in errorem mittentes, quod de Cœlo cecidisset, nec credantur, nec legantur, sed comburantur, ne in errorem per talia scripta populus mittatur.* Inter Apocrypha denique jam olim rejectus fuit *Hymnus Domini, quem dixit secretè sanctis Apostolis discipulis suis*, uti titulum ejus descripsit Augustinus Epist. 253. ad Ceretium Episcopum, & verba quædam ex exemplari ejusdem, quod Ceretius miserat, retulit ac perstrinxit, non tamen à nobis recensenda, quia manifestè spuria ac nullius momenti sunt. Atque hæc de istis Apocryphis adjicere volui, quoniam vix ulli eorum,

eorum, qui Scriptorum Ecclesiasticorum Catalogos contexuerunt, dicta sunt, & responsioni ad objecta loca Patrum maximè inserviunt. Cæterùm cum supra dictæ literæ Abgari & Jesu ultro citroque missæ non modò ab Eusebio loco citato, sed & Cedreno pag. 144. sequ. Annal. descriptæ legantur, hæc exemplaria inter se, nec non cum Codice Manuscripto Biblioth. Bodlei. Baroc. 8. (nam alter Codex Baroc. 76. p. 434. b. recenti manu ex Eusebio descriptus est, & proinde nil ab eo differt) conferre, variasque lectiones alicujus momenti consignare volui, haud neglectâ quoque laciniâ Vindebonensis Codicis harum Epistolarum apud Lambecium lib. V. Commentar. de Bibliotheca Cæsarea pag. 9. ac lectione Nicephori lib. 2. Histor. Eccles. cap. 7. ubi tamen solum Abgari scriptum recensuit, hujusque non tam verba quàm sensum expressit.

Ex Euseb. Lib. 1. Histor. Eccl. cap. 13.

Ἀντίγραφον ἐπιστολῆς γραφείσης ὑπὸ Ἀβγάρου * τοπάρχου τῷ Ἰησοῦ, καὶ πεμφθείσης αὐτῷ δι' Ἀνανίᾳ ταχυδρόμου εἰς Ἱεροσόλυμα.

Ἄβγαρος τοπάρχης [a] ἐδέσσης" Ἰησοῦ, σωτῆρι [b] ἀγαθῷ", ἀναφανέντι ἐν [c] τόπῳ Ἱεροσολύμων," χαίρειν. ἤκουσταί μοι τὰ περὶ σοῦ καὶ τῶν σῶν ἰαμάτων, ὡς ἄνευ φαρμάκων [d] καὶ βοτανῶν" ὑπὸ σοῦ γινομένων. ὡς γὰρ λόγος,* τυφλοὺς ἀναβλέπειν ποιεῖς, χωλοὺς περιπατεῖν, καὶ λεπροὺς καθαρίζεις, καὶ ἀκάθαρτα πνεύματα [e] καὶ δαίμονας" [f] ἐκβάλλεις," καὶ τοὺς ἐν μακρονοσίᾳ βασανιζομένους θεραπεύεις, καὶ νεκροὺς ἐγείρεις. καὶ ταῦτα πάντα ἀκούσας περὶ

Exemplar epistolæ Scriptæ à Rege Abgaro ad Jesum & ad eum missa Hierosolyma per Ananiam cursorem.

Abgarus princeps Edessæ, Jesu Servatori bono, qui in finibus Hierosolymorum apparuit, salutem. Nuntiatum est mihi de Te & curationibus Tuis, quas absque medicamentis & herbis operaris. Fama enim est, cœcis visum, claudis gressum abs Te restitui, leprosos mundari, immundos Spiritus & Dæmones expelli, morbis diu vexatos sanari, mortuos suscitari. Quæ cum omnia de Te audirem,

a πόλεως Ἐδέσσης Cedren. Bodl. Vindeb. b ἀγαθῷ ἰατρῷ Bodl. c πόλει Ἱεροσολύμων Cedren. Vindeb. Ἱεροσολύμοις Bodl. d Omittunt Cedren. Bodl. e Deest in Cedren. f ἐλαύνεις Bodl. λόγῳ ἀπελαύνεις. Cedren.

sic in animum meum induxi, aut te ipsum Deum esse, qui è cœlo delapsus hæc efficias, aut Dei filium, qui ista operaris. Proinde ad Te scripsi orans, ut nos invisere, morbumque nostrum sanare non graveris. Audio enim Judæos tibi obtrectare, & insidias in caput tuum struere. Est mihi civitas parva quidem illa, sed ornata, quæ utrique nostrum sufficiat.

σοῦ, κατὰ νοῦν ἐθέμην [g] τὸ ἕτερον τῶν δύο· ἢ" [h] ὅτι σὺ εἶ ὁ Θεὸς, καὶ καταβὰς ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ ποιεῖς ταῦτα, ἢ υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ ποιῶν ταῦτα." Διὰ τοῦτο τοίνυν γράψας ἐδεήθην [i] σου" [k] σκυλῆναι πρός με, καὶ τὸ πάθος, ὃ ἔχω, θεραπεῦσαι." καὶ γὰρ ἤκουσα, ὅτι καὶ Ἰουδαῖοι καταγογγύζουσί σου, καὶ βούλονται κακῶσαί σε. Πόλις δὲ μικροτάτη μοί ἐστι [l] καὶ σεμνὴ," ἥτις [m] ἐξαρκεῖ ἀμφοτέροις."

Rescriptum Jesu ad Abgarum Regem per Ananiam cursorem.

BEatus es Abgare, qui in me credidisti, quem non vidisti. De me enim scriptum est, eos, qui me viderint, non credituros in me, ut ii, qui non viderint, credentes vitam accipiant. Quod vero ad me scripsisti, ut ad Te veniam, hîc necesse habeo omnia implere, propter quæ sum missus, iisque demum absolutis, ad eum, qui me misit, reverti. Cæterum quandocunque ad eum me recepero, ex discipulis meis aliquem ad te mittam, qui morbum tuum curet, & vitam Tibi tuisque præstet.

Τὰ ἀντιγραφέντα ὑπὸ Ἰησοῦ διὰ Ἀνανία ταχυδρόμου τοπάρχῃ Ἀβγάρῳ.

[a] ΑΒγαρε μακάριος εἶ" πιστεύσας ἐν ἐμοὶ, μὴ ἑωρακώς με. [b] γέγραπται γὰρ περὶ ἐμοῦ, τοὺς ἑωρακότας με μὴ [c] πιστεύσειν μοι, ἵνα οἱ μὴ ἑωρακότες αὐτοὶ πιστεύσωσι καὶ ζήσωνται." περὶ δὲ οὗ ἔγραψάς μοι, ἐλθεῖν πρὸς σὲ, δέον ἐστὶ πάντα, δι' ἃ ἀπεστάλην, ἐνταῦθα πληρῶσαί με, καὶ μετὰ τὸ πληρῶσαι, [d] οὕτως" ἀναληφθῆναι πρὸς τὸν ἀποστείλαντά [e] με". καὶ ἐπειδὰν ἀναληφθῶ, [f] ἀποστελῶ σοι τινὰ" τῶν μαθητῶν [g] μου," [h] ἵνα ἰάσηταί σου τὸ πάθος, καὶ ζωήν σοὶ καὶ τοῖς σὺν σοὶ παράσχηται."

His

g Omittit Cedren. h ἢ ὅτι υἱὸς τοῦ Θεοῦ εἶ, ποιῶν ταῦτα, ἢ Θεὸς Bodl. i τῆς σῆς ἰσχύος καὶ ἀγαθότητος Cedren. k σκυλῆναι καὶ ἐλθεῖν πρός με, ἵνα τὸ πάθος, ὃ ἔχω, θεραπεύσῃς Cedren. Bodl. l Omittunt Cedren. Bodl. nec Ephrem ista in prototypo Edesseno legisse, ex citatis verbis colligitur. καὶ ἄσημος habet Nicephorus in contrariam planè significationem. m ἐξαρκέσει ἀμφοτέροις ἡμῖν, ἔῤῥωσο. Cedr. ἐξαρκέσει ἀμφοτέροις ἡμῖν τοῦ κατοικεῖν ἐν εἰρήνῃ. Bodl.

a Μακάριος εἶ Αὔγαρε. Cedren. Bodl. b Omnia à Γέγραπται usque ζήσωνται omittit Vindeb. c πιστεύσειν ἐν ἐμοί, οἱ δὲ μὴ ἑωρακότες με αὐτοὶ πιστεύουσι καὶ ζήσονται. Cedren. d Omittit Cedren. Bodl. c πατέρα addunt Cedren. Bodl. f ἀποστελῶ σοι ἕνα. Cedren. Bodl. g μου, στόματι θαδδαῖον, Cedren. Bodl. h ἰάσεις καὶ τὸ πάθος σου

His epiſtolis ſequentia in Archivis Edeſſenis Syriaco ſermone fuere adjuncta, quæ Græcè tranſlata ita ſonant apud Euſebium loco citato:

Μετὰ δὲ τὸ ἀναληφθῆναι τὸν ἰησοῦν, ἀπέστειλεν αὐτῷ ἰούδας, ὁ καὶ θωμᾶς, θαδδαῖον τὸν ἀπόστολον, ἕνα τῶν ἑβδομήκοντα· ὃς ἐλθὼν κατέμενε πρὸς τωβίαν τὸν τοῦ τωβία. ὡς δὲ ἠκούσθη περὶ αὐτοῦ, καὶ δῆλος γέγονε διὰ τῶν ἐπιτελουμένων αὐτῷ θαυμασίων, ἐμηνύθη τῷ ἀγβάρῳ, ὅτι ἐλήλυθεν ἀπόστολος ἐνταῦθα τοῦ ἰησοῦ, καθὼς ἐπέστειλέ σοι. ἤρξατο οὖν ὁ θαδδαῖος ἐν δυνάμει θεοῦ, θεραπεύειν πᾶσαν νόσον καὶ μαλακίαν, ὥστε πάντας θαυμάζειν. ὡς δὲ ἤκουσεν ὁ ἄγβαρος τὰ μεγαλεῖα καὶ τὰ θαυμάσια ἃ ἐποίει, καὶ ὡς ἐθεράπευεν ἐν ὀνόματι καὶ δυνάμει ἰησοῦ χριστοῦ, ἐν ὑπονοίᾳ γέγονεν, ὡς ὅτι αὐτός ἐστι, περὶ οὗ ὁ Ιησοῦς ἐπέστειλε λέγων, ἐπειδὰν ἀναληφθῶ, ἀποστελῶ σοι τινὰ τῶν μαθητῶν μου, ὅστις τὸ πάθος σου ἰάσεται. μετακαλεσάμενος οὖν τὸν τωβίαν, παρ' ᾧ κατέμενεν, εἶπεν· ἤκουσα ὅτι ἀνήρ τις δυνάστης ἐλθὼν ἀπὸ Ιεροσολύμων, καταμένει ἐν τῇ

Poſt aſcenſum Jeſu Chriſti, Judas, qui etiam Thomas dictus eſt, Thaddæum Apoſtolum, unum è ſeptuaginta, ad Agbarum miſit. Qui cum illuc advenisset, apud Tobiam Tobiæ filium divertit. Poſtquàm verò fama de ejus adventu & de miraculis, quæ ab ipſo edebantur increbreſcere cœpit, nuntiatum eſt Agbaro, advenisse illuc Apoſtolum Jeſu, ſicut per literas promiſerat. Cœpit igitur Thaddæus morbos quoſlibet & languores divina virtute ſanare, adeò ut cuncti admiratione caperentur. Proindè cùm Agbarus ab illo patrata miracula audiviſſet, & quo pacto per nomen ac virtutem Jeſu Chriſti morbos fugaret, in ſuſpicionem adductus eſt, hunc ipſum eſſe, de quo Jeſus olim ad ſe perſcripſerat his verbis: Cùm primùm me ad eum recepero, ex diſcipulis meis aliquem ad te mittam, qui morbum tuum curet. Accito igitur Tobia, cujus hoſpitio utebatur: accepi, inquit, potentem quemdam virum profectum Hieroſolymis apud te

σου θεραπεύσῃ, καὶ ζωὴν αἰώνιον καὶ εἰρήνην σοὶ παράσχῃ. καὶ τῇ πόλει σου γενήσεται τὸ ἱκανὸν, πρὸς τὸ μηδένα τῶν ἐχθρῶν κατισχῦσαι αὐτῆς. addit Cedren. nec non Bodl. niſi quod in hoc legatur: σοὶ καὶ τοῖς σὺν σοί, quæ ultima in Codice Cedreni propter ὁμοιοτέλευτον, incuriâ ſcribæ procul dubio ſunt omiſſa. Item pro γενήσεται Bodl. habet ποιήσει. In Vindebonenſi quoque Codice eadem procul dubio leguntur; quippe Lambecius loco citato expreſsè dicit, epiſtolam Chriſti in fine eſſe auctiorem. In Cedr. & Bodl. Epiſtolæ Chriſti hæc ſubjunguntur verba: ἐπιθεὶς ἐν τῷ τέλει καὶ σφραγῖδα (σφραγῖδας Bodl.) γράμμασιν ἑβραϊκοῖς ἐνσημανθεῖσαν (σημανθείσας Bodl.) ἑπτὰ, ἅτινα μεθερμηνευόμενα (ἅτινες μεθερμηνευόμεναι Bodl.) ταῦτα δηλοῦσι· Θεοῦ θεαθὲν θαῦμα θεῖον. Vide Notas ad calcem hujus operis, ubi de utroque additamento agam. *

diverſari,

diversari, & plurimas morborum curationes in nomine Jesu ab illo fieri. Ad hæc Tobias: Certè, inquit, domine, peregrinus quidam apud me est, qui plurima edit miracula. Tùm Agbarus: illum velim ad me adducas. Igitur Tobias domum reversus, sic Thaddæum allocutus est: Agbarus hujus civitatis regulus accersivit me, jussitque ut te ad ipsum perducerem, quo ipsius ægritudinem cures. Cui Thaddæus: Pergamus, inquit, quandoquidem ejus potissimum gratia sum missus. Postridiè ergo Tobias manè assumpto Thaddæo, ad Agbarum perrexit. Cumque esset ingressus, Agbaro, proceribus suis circumsepto, in ipso intrantis Thaddæi vultu mirabile quoddam visu illico apparuit, quo conspecto statim Thaddæum adoravit. Mirabantur omnes qui aderant, quippe qui nihil istiusmodi vidissent, quale Agbaro apparuerat. Tùm Agbarus Thaddæum interrogavit: Tune, inquit, discipulus es Jesu filii Dei, qui hæc ad me scripsit: Ex discipulis meis aliquem ad te mittam, qui & morbum tuum curet, & vitam tibi tuisque omnibus præstet. Cui Thaddæus: quandoquidem, inquit, maximam fiduciam posuisti in Servatore Jesu qui misit me, idcircò ad te sum missus. Quod si deinceps magis ac magis in eum credideris, fient omnia quæ postulas, prout fidem habebis. Hic Agbarus: adeò, inquit, credidi

σῇ οἰκίᾳ, καὶ πολλὰς ἰάσεις ἐπ' ὀνόματι Ἰησοῦ ἐργάζεται. ὁ δὲ εἶπε· ναὶ κύριε, ξένος τις ἐλθὼν, ἐνῴκησε παρ' ἐμοὶ, καὶ πολλὰ θαύματα ἐπιτελεῖ. ὁ δὲ· ἀνάγαγε αὐτὸν, ἔφη, πρός με. ἐλθὼν δὲ ὁ τωβίας παρὰ θαδδαῖον, εἶπεν αὐτῷ. ὁ τοπάρχης ἄγβαρος μετακαλεσάμενός με, εἶπεν ἀναγαγεῖν σε παρ' αὐτὸν, ἵνα θεραπεύσῃς αὐτοῦ τὸ πάθος. καὶ ὁ θαδδαῖος· ἀναβαίνω, ἔφη, ἐπειδήπερ δυνάμει παρ' αὐτὸν ἀπέσταλμαι. ὀρθρίσας οὖν ὁ τωβίας τῇ ἑξῆς, καὶ παραλαβὼν τὸν θαδδαῖον, ἦλθε πρὸς τὸν ἄγβαρον· ὡς δὲ ἀνέβη, παρόντων καὶ ἑστώτων τῶν μεγιστάνων αὐτοῦ, παραχρῆμα ἐν τῷ εἰσιέναι αὐτὸν, ὅραμα μέγα ἐφάνη τῷ ἀγβάρῳ ἐν τῷ προσώπῳ τοῦ ἀποστόλου θαδδαίου. ὅπερ ἰδὼν ἄγβαρος, προσεκύνησε τῷ θαδδαίῳ. θαῦμά τε ἔσχε τοὺς περιεστῶτας πάντας. αὐτοὶ γὰρ οὐχ ἑωράκασι τὸ ὅραμα, ὃ μόνῳ τῷ ἀγβάρῳ ἐφάνη· ὃς καὶ τὸν θαδδαῖον ἤρετο, εἰ ἐπ' ἀληθείας μαθητὴς εἶ Ἰησοῦ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ, ὃς εἰρήκει πρός με· ἀποστελῶ σοί τινα τῶν μαθητῶν μου, ὅστις ἰάσεταί σου τὸ πάθος, καὶ ζωὴν σοι καὶ τοῖς σὺν σοι παρέξει πᾶσι. καὶ ὁ θαδδαῖος ἔφη· ἐπεὶ μεγάλως πεπίστευκας εἰς τὸν ἀποστείλαντά με κύριον Ἰησοῦν, διὰ τοῦτο ἀπεστάλην πρός σε. καὶ πάλιν ἐὰν ἐπιπλέον πιστεύσῃς εἰς αὐτὸν, ὡς ἂν πιστεύσῃς, ἔσται σοι τὰ αἰτήματα τῆς καρδίας σου. καὶ ὁ ἄγβαρος πρὸς αὐτόν· οὕτως ἐπίστευσα, φησίν,

ἐν αὐτῷ, ὡς καὶ τοὺς Ἰουδαίους τοὺς σταυρώσαντας αὐτὸν, βουληθῆναι δύναμιν παραλαβὼν κατακόψαι, εἰ μὴ διὰ τὴν βασιλείαν τῶν Ῥωμαίων ἀνεκόπην τῆς προθέσεως. καὶ ὁ Θαδδαῖος εἶπεν· ὁ κύριος ἡμῶν καὶ θεὸς Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς τὸ θέλημα τοῦ πατρὸς αὐτοῦ πεπλήρωκε, καὶ πληρώσας, ἀνελήφθη πρὸς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα. λέγει αὐτῷ ἄγβαρος· κἀγὼ πεπίστευκα εἰς αὐτὸν καὶ εἰς τὸν πατέρα αὐτοῦ. καὶ ὁ Θαδδαῖος· διὰ τοῦτο, φησὶ, τίθημι τὴν χεῖρά μου ἐπὶ σὲ ἐν ὀνόματι αὐτοῦ τοῦ κυρίου Ἰησοῦ. καὶ τοῦτο πράξαντος, παραχρῆμα ἐθεραπεύθη τῆς νόσου καὶ τοῦ πάθους οὗ εἶχεν. ἐθαύμασέ τε ὁ ἄγβαρος, ὅτι καθὼς ἤκουσαι αὐτῷ περὶ τοῦ Ἰησοῦ, οὕτως τοῖς ἔργοις παρέλαβε διὰ τοῦ μαθητοῦ αὐτοῦ καὶ ἀποστόλου Θαδδαίου· ὃς αὐτὸν ἄνευ φαρμακείας καὶ βοτανῶν ἐθεράπευσεν· καὶ οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄβδον, τὸν τοῦ ἄβδου, ποδάγραν ἔχοντα· ὃς καὶ αὐτὸς προσελθὼν ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ ἔπεσεν, εὐχάς τε διὰ χειρὸς λαβὼν ἐθεραπεύθη. πολλοὺς τε ἄλλους συμπολίτας αὐτῶν ὁ αὐτὸς ἰάσατο ἀπόστολος, θαυμαστὰ καὶ μεγάλα ποιῶν, καὶ κηρύσσων τὸν λόγον τοῦ θεοῦ. μετὰ δὲ ταῦτα ὁ ἄγβαρος· σὺ Θαδδαῖε, ἔφη, σὺν δυνάμει τοῦ θεοῦ ταῦτα ποιεῖς, καὶ ἡμεῖς σε αὐτοὶ ἐθαυμάσαμεν. ἀλλ᾽ ἐπὶ τούτοις δέομαί σου, διηγήσασθαί μοι περὶ τῆς ἐλεύσεως τοῦ

ei, ut Judæos, qui illum in crucem egerunt, bello appetere & ad internecionem delere voluerim, nisi metus imperii Romani me ab hoc consilio revocasset. Tum Thaddæus: Dominus (inquit) noster & Deus Jesus Christus, quidquid à Patre mandatum fuerat, exsecutus est, perfectisque omnibus ad parentem suum est reversus. Cui Agbarus: Et in ipsum, inquit, credidi & in patrem ipsius. Tunc Thaddæus: Propterea, inquit, manum tibi impono in nomine Domini nostri Jesu. Quo facto statim Agbarus morbo & ægritudine, quâ laborabat, est liberatus. Magnaque eum admiratio tenuit, quòd sicuti de Jesu famâ acceperat, reipsa per Thaddæum discipulum ipsius & Apostolum impletum videbat, qui absque ullis medicamentis herbisque ipsum pristinæ valetudini restituisset: Nec verò ipsum solummodò, sed & Abdum quemdam, Abdi filium podagrâ laborantem. Qui cùm supplex ad Thaddæi vestigia provolutus esset, benedictionem ab eo per impositionem manus accipiens, sanatus est. Plures quoque alii ex eadem civitate ab eodem Apostolo curati sunt, multaque miracula perpetrata, cum verbum Dei illìc prædicaret. Post hæc verò Agbarus sic Thaddæum allocutus est: Quæcunque facis, inquit, Thaddæe, ope divinæ virtutis abs te fieri credimus, eâque de causâ te non mediocriter admiramur. Sed quæso te, expone deinceps nobis

de Jesu

de Jesu ipsius adventu, qualis & cujusmodi is fuerit: & de potentia ejusdem, quâ demum vi atque virtute tot & tanta, quæ auditu accepimus, perpetrarit. Et Thaddæus: Nunc quidem, inquit, parcam dicere, quandoquidem ad verbum Dei palam omnibus nuntiandum sum destinatus. Crastino verò congrega mihi omnes cives tuos, & verbum Dei coram illis prædicabo vitæque sermonem in eorum mentibus seram, exponens de adventu Jesu Christi, cujusmodi fuerit, & de ejusdem legatione, cujus rei causâ à Patre missus sit: de potentia illius & de arcanis, quæ inter homines locutus est, & quâ vi ac virtute tot miracula patravit: de nova ejusdem prædicatione: de vilitate & abjectione exterioris ejus humanitatis: quo pacto semetipse depresserit, mortemque subierit, & divinitatem suam ipse minuerit: quot & quanta à Judæis perpessus, qualiter crucifixus sit, & ad inferos descenderit, claustrumque ab omni ævo intactum disruperit: quo pacto resurrexerit, & mortuos, qui multis retrò sæculis sepulti jacebant, secum unà suscitaverit: utque solus quidem è cælo descenderit, ascenderit verò ad patrem cum maximo comitatu, & ad ejus dextram honorificè sedeat in cælo: postremò quo pacto iterum venturus sit cum gloria, ut de vivis ac mortuis judicium ferat. Agbarus igitur civibus suis præcipit, ut primâ luce in unum coacti prædicationem

Ἰησοῦ πῶς ἐγένετο, καὶ περὶ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, καὶ ἐν ποίᾳ δυνάμει ταῦτα ἐποίει, ἅπερ ἠκούσαμεν. καὶ ὁ Θαδδαῖος. νῦν μὲν σιωπήσομαι, ἔφη, ἐπειδὴ κηρύξαι τὸν λόγον ἀπεστάλην. αὔριον δὲ ἐκκλησίασόν μοι τοὺς πολίτας σου πάντας, καὶ ἐπ' αὐτῶν κηρύξω τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, καὶ σπερῶ ἐν αὐτοῖς τὸν λόγον τῆς ζωῆς, περί τε τῆς ἐλεύσεως τοῦ Ἰησοῦ καθὼς ἐγένετο, καὶ περὶ τῆς ἀποστολῆς αὐτοῦ, καὶ ἕνεκα τίνος ἀπεστάλη ὑπὸ τοῦ πατρὸς. καὶ περὶ τῆς δυνάμεως τῶν ἔργων αὐτοῦ, καὶ μυστηρίων, ὧν ἐλάλησεν ἐν τῷ κόσμῳ· καὶ ποίᾳ δυνάμει ταῦτα ἐποίει. καὶ περὶ τῆς καινῆς αὐτοῦ κηρύξεως. καὶ περὶ τῆς σμικρότητος καὶ εὐτελείας καὶ περὶ τῆς ταπεινώσεως τοῦ φαινομένου ἔξωθεν ἀνθρώπου. καὶ πῶς ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν καὶ ἀπέθανε, καὶ ἐσμίκρυνεν αὐτοῦ τὴν θεότητα· ὅσα τ' ὑπὸ Ἰουδαίων ἔπαθεν, καὶ πῶς ἐσταυρώθη, καὶ κατέβη εἰς τὸν ᾅδην, * καὶ διέσχισε φραγμὸν τὸν ἐξ αἰῶνος μὴ σχισθέντα, καὶ ἀνέστη, καὶ συνήγειρε νεκροὺς τοὺς ἀπ' αἰώνων κεκοιμημένους. καὶ πῶς κατέβη μόνος, ἀνέβη δὲ μετὰ πολλοῦ ὄχλου πρὸς τὸν πατέρα αὐτοῦ· καὶ πῶς κάθηται ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς μετὰ δόξης ἐν τοῖς οὐρανοῖς. καὶ πῶς ἐλεύσεσθαι μέλλει πάλιν μετὰ δόξης καὶ δυνάμεως κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. ἐκέλευσεν οὖν ὁ Ἄγβαρος, τῇ ἕωθεν συνάξαι τοὺς πολίτας αὐτοῦ, καὶ ἀκοῦσαι τὴν κήρυξιν Θαδ-

θαδδαίȣ· κ̀ μ῎ ταῦτα προσέταξε δοθῆναι αὐτῷ χρυσὸν κ̀ ἄσημον. ὁ δὲ ȣ̓κ ἐδέξατο εἰπών· εἰ τὰ ἡμέτερα καταλελοίπαμεν, πῶς τὰ ἀλλότρια ληψόμεθα; ἐπράχθη ταῦτα τεσσαρακοστῷ κ̀ τριακοσιοστῷ ἔτει·

Thaddæi auſcultarent, pauloque pòſt aurum & argentum Thaddæo dari juſſit. Sed ille accipere recuſavit, hæc addens: cùm noſtra dimiſerimus, cur aliena capiemus? Acta ſunt hæc anno quadrageſimo ac trecenteſimo.

Dicta aliqua Jeſu Chriſti, non in quatuor Evangeliis, ſed alibi memorata.

Paulus Apoſtolus, apud Lucam Actor. 20. v. 25.

Δεῖ μνημονεύειν τε τ̃ λόγων τȣ̃ Κυρίȣ Ιησȣ̃, ὅτι αὐτὸς εἶπε· Μακάριόν ἐστι διδόναι μᾶλλον ἢ λαμβάνειν.

OPortet meminiſſe quoque verborum Domini Jeſu, quoniam ipſe dixit: Beatius eſt dare, quàm accipere.

Idem dictum Chriſti allegatur lib. 4. Conſtitutionum Apoſtolicarum Clementis cap. 3. ad quem locum vide quæ notavit doctiſſimus Cotelerius, quem tamen miror haud obſervaſſe, quod ipſe Clemens iſta Chriſti verba ſua fecerit in Epiſt. I. ad Corinth. §. 2. ſcribens: μᾶλλον (MS. Alex. ἥδιον) διδόντες ἢ λαμβάνοντες.

Barnabas in Epiſtola Catholicâ num. 4.

Dicit Filius Dei: Reſiſtamus omni iniquitati & odio habeamus eam.

Et num. 7.

Οὕτω, φησὶν, οἱ θέλοντές με ἰδεῖν, κ̀ ἅψασθαί μȣ τ̃ βασιλείας, ὀφείλȣσι θλιβέντες κ̀ παθόντες λαβεῖν με.

Sic, inquit, qui volunt me videre & ad Regnum meum pervenire, debent per afflictiones & tormenta me conſequi.

Clemens Rom. Epiſt. 2. *ad Corinth. num.* 4.

Διὰ τȣ̃το ταῦτα ἡμῶν πρασσόντων, εἶπεν ὁ κύριος· ἐὰν ἦτε μετ᾽ ἐμȣ̃ συνηγμένοι ἐν τῷ κόλπῳ μȣ, κ̀ μὴ ποιῆτε τὰς ἐντολάς μȣ, ἀποβαλῶ ὑμᾶς, κ̀ ἐρῶ ὑμῖν· ὑπάγετε ἀπ᾽ ἐμȣ, ȣ̓κ οἶδα ὑμᾶς, πόθεν ἐστὲ, ἐργάται ἀνομίας.

Idcirco nobis hæc facientibus dixit Dominus: ſi fueritis mecum congregati in ſinu meo, & non feceritis mandata mea, abjiciam vos, & dicam vobis: Diſcedite à me, neſcio vos, unde ſitis, operarii iniquitatis.

Et

Et num. 5.

Ait enim Dominus: Eritis velut agni in medio luporum. Reſpondens autem Petrus ei dicit: Si ergo lupi agnos diſcerpſerint? Dixit Jeſus Petro: Ne timeant agni poſt mortem ſuos lupos; & vos nolite timere eos, qui occidunt vos, & pòſt nihil vobis poſſunt facere, ſed timete eum, qui, poſtquam mortui fueritis, habet poteſtatem animæ & corporis, ut mittat in gehennam ignis.

Λέγει γὰρ ὁ Κύριος· Ἔσεσθε ὡς ἀρνία ἐν μέσῳ λύκων. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος αὐτῷ λέγει· Ἐὰν οὖν διασπαράξωσιν οἱ λύκοι τὰ ἀρνία; Εἶπεν ὁ Ἰησοῦς τῷ Πέτρῳ· Μὴ φοβείσθωσαν τὰ ἀρνία τοὺς λύκους μετὰ τὸ ἀποθανεῖν αὐτά· καὶ ὑμεῖς μὴ φοβεῖσθε τοὺς ἀποκτείνοντας ὑμᾶς, καὶ μηδὲν ὑμῖν δυναμένους ποιεῖν, ἀλλὰ φοβεῖσθε τὸν μετὰ τὸ ἀποθανεῖν ὑμᾶς ἔχοντα ἐξουσίαν ψυχῆς καὶ σώματος τοῦ βαλεῖν εἰς γέενναν πυρός.

Porro num. 8.

Hoc ergo dicit (Dominus:) Servate carnem caſtam, & ſigillum immaculatum, ut recipiatis vitam æternam.

Ἄρα οὖν τοῦτο λέγει· τηρήσατε τὴν σάρκα ἁγνὴν, καὶ τὴν σφραγῖδα ἄσπιλον, ἵνα τὴν αἰώνιον ζωὴν ἀπολάβωμεν. (ἀπολάβητε.)

Equidem vox σφραγὶς dubium aliquem reddere poſſet, utrum verba iſta, tanquam Chriſti Domini, relata fuerint, an potiùs propria ſint Clementis, ad explicandum dictum Chriſti proxime citatum appoſita? Sed tollitur dubium, ſi quis præcedentia reſpiciat, in quibus ſcribit: Τὴν σάρκα ἁγνὴν τηρήσαντες, καὶ τὰς ἐντολὰς τοῦ Κυρίου φυλάξαντες, ληψόμεθα ζωὴν αἰώνιον. *Carnem ſervantes caſtam, & mandata Domini cuſtodientes, vitam æternam conſequemur.* Niſi jam Auctori hujus Epiſtolæ, quiſquis etiam fuerit, ineptiſſimam tautologiam tribuere velimus, ſequentia iſta non pro ipſius, ſed alterius ab ipſo relatis, verbis habere debemus.

Sequitur §. 12. aliud dictum Servatoris, quod in Evangelio ſecundum Ægyptios extabat; inter cujus fragmenta id recenſebo.

In Conſtitutionibus Apoſtolicis, Lib. 2. cap. 36.

Dictum eſt: Eſtote probi trapezitæ.

Εἴρηται· Γίνεσθε τραπεζῖται δόκιμοι.

Quod tanquam à Servatore ipſo prolatum refert Auctor Κλημεντίνων Homil. II. num. 51. ubi ait:

Rectè Magiſter noſter dixit: Eſtote probi nummularii.

Εὐλόγως ὁ διδάσκαλος ἡμῶν ἔλεγεν· γίνεσθε τραπεζῖται δόκιμοι.

Idem

Idem reperitur Homil. 3. num. 50. & Homil. 18. num. 20. Similiter Origenes Tom. 19. in Evangelium Johannis, ad cap. 8. v. 20. p. 268. expreſsè appellat, τὴν ἐντολὴν Ἰησοῦ λέγουσαν· Δόκιμοι τραπεζῖται γίνεσθε *Mandatum Jeſu, quô dicebatur: Probi eſtote nummularii.* Poſt hos Servatori dictum iſtud adſcripſerunt Hieronymus Epiſt. 152. prope finem, Johannes Chryſoſtomus in Sermone, cur in Pentecoſte Acta Apoſtolorum legantur, paulò poſt initium, Socrates Lib. III. Hiſtor. Eccleſ. cap. 16. denique Auctor Vitæ Syncleticæ apud Cotelerium Tom. I. Monument. Eccleſ. Græcæ pag. 269. Plures Patres, qui hanc ſententiam, non quidem diſerte tanquam Chriſti, ſed tanquam è S. Scriptura Novi Teſtamenti petitam allegarunt, in Notis indicabo *.

Juſtinus Martyr in Dialogo cum Tryphone Judæo. p. 267.

ΔΙὸ καὶ ὁ ἡμέτερος Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἶπεν· ἐν οἷς ἂν ὑμᾶς καταλάβω, ἐν τούτοις καὶ κρινῶ.

QUocirca & Dominus noſter Jeſus Chriſtus dixit: in quibus vos deprehendero, in eis etiam judicabo.

Alii quoque Patres hoc dictum allegant, ſed non Chriſto id expreſsè tribuunt, imò aliqui tanquam ex Ezechielis prophetiâ adducunt, de quibus dicam in Notis. *

Clemens Alexandr. Lib. I. *Stromat. p.* 346.

ΑΙτεῖτε γὰρ, φησὶ, τὰ μεγάλα, καὶ τὰ μικρὰ ὑμῖν προστεθήσεται.

PEtite enim, inquit, magna, & parva adjicientur vobis.

Eadem verba cum augmento aliquo recitat Origenes, Lib. de Oratione §. 2. hunc in modum: Αἰτεῖτε τὰ μεγάλα, καὶ τὰ μικρὰ ὑμῖν προστεθήσεται. καὶ αἰτεῖτε τὰ ἐπουράνια, καὶ τὰ ἐπίγεια ὑμῖν προστεθήσεται. *Petite magna & parva adjicientur vobis: Et petite cæleſtia, & terrena vobis adjicientur.* Confer Lib. VII. contra Celſum. Hiſce gemina ſunt, quæ Matth. cap. 6. v. 33. leguntur, ut adeo ex Evangelio ſecundum Hebræos, de quo mox, iſta petita eſſe videantur.

Origenes Commentar. in Matth. pag. 308.

ΚΑὶ Ἰησοῦς γοῦν φησι· διὰ τοὺς ἀσθενοῦντας ἠσθένουν, καὶ διὰ τοὺς πεινῶντας ἐπείνων, καὶ διὰ τοὺς διψῶντας ἐδίψων.

AIt ſiquidem Jeſus: Propter infirmos infirmus fui, & propter eſurientes eſurii, & propter ſitientes ſitii.

Plura Chriſti dicta ex Evangelio ſecundum Ebræos, & iſto, quod eſt ſecundum Ægyptios, nec non ex Papia, ſuo loco inter horum fragmenta recenſebuntur.

Evangelium

Evangelium XII. *Apoſtolorum, ſive ſecundum Hebræos.*

INter alios, qui Apoſtolorum nomen inſcriptum geſſerunt, libros, ſæpius in monumentis Sanctorum Patrum memoratur ac allegatur Evangelium XII. Apoſtolorum, de quo Ambroſius in Procemio Commentariorum in Lucam: *Fertur*, inquit, *Evangelium, quod duodecim ſcripſiſſe dicuntur*, ſecutus in hoc, ut alius, Origenem, qui Homiliâ I. in Evangel. Lucæ, conſiderans hujus verba, quibus teſtatur, à pluribus conſcriptas eſſe διηγήσεις rerum à Chriſto geſtarum, inter alia Evangelia nominat aliquod inſcriptum *juxta XII. Apoſtolos*. Hunc, ut & duos alios titulos hujus Evangelii, nempe *juxta Matthæum*, & *juxta Hebræos* recenſet Heronymus Lib. III. contra Pelagianos cap. 1. his verbis: *In Evangelio juxta Hebræos, quod Chaldaico quidem Syroque ſermone, ſed Hebraicis literis ſcriptum eſt, quo utuntur uſque hodie Nazareni, ſecundum Apoſtolos, ſive, ut plerique autumnant, juxta Matthæum, quod & in Cæſarienſi habetur Bibliothecâ, narrat hiſtoria*, &c. Per Nazarenos intelligendi ſunt hæretici, iſto nomine ſeſe appellantes, de quibus Epiphanius Hæreſ. 29. agit, qui ut in dogmatibus cum Ebionitis conſpirarunt, ita & uno Evangelio uſi ſunt, idcirco juncti hoc in paſſu ab Hieronymo Comment. in cap. 12. Matthæi, ubi ait: *In Evangelio, quo utuntur Nazaræi & Ebionitæ, quod nuper in Græcum de Hebræo ſermone tranſtulimus*, &c. Atque inde factum, ut in Procemio horum Commentariorum ſuper Matthæum, Evangelium duodecim Apoſtolorum inter *principia hæreſeon* retulerit, præeunte Origene loc. cit. Non tamen Origenis & Hieronymi verba in iſtum accipienda ſunt ſenſum, quaſi Nazaræos Evangelium iſtud confinxiſſe velint, cùm contrarium hi ipſi Auctores haud obſcurè indicaverint, dum non modò teſtimoniis ex hoc Evangelio deſumptis ad declaranda Canonicorum Evangeliorum verba uſi ſunt, ut mox ex fragmentis

mentis patebit; ſed & Hieronymus iſtud in Græcum Latinumque ſermonem transferre haud eſt dedignatus, id minime facturus, ſi purum putum hæreticorum fuiſſet commentum. Imo citato Lib. III. contra Pelagianos, poſtquam ex hoc Evangelio & Epiſtola Ignatii, ſive potius Barnabæ, verba aliqua allegaverat, addit: *Quibus teſtimoniis ſi non uteris ad auctoritatem* (Canonicam) *utere ſaltem ad antiquitatem, quid omnes Eccleſiaſtici viri ſenſerint.* Inter Eccleſiaſtica igitur ſcripta Evangelium ſecundum Ebræos retulit Hieronymus, hujuſque auctoritate motus Beda in Expoſitione Proœmii B. Lucæ Tom. V. col. 217. ubi varia Evangelia ab hæreticis conficta recenſuerat, iſtius ſecundum Ebræos aliam rationem habendam eſſe monet, ſcribens: *Notandum, quod dicitur Evangelium juxta Hebræos, non inter apocryphas, ſed inter Eccleſiaſticas numerandum hiſtorias. Nam & ipſi ſacræ Scripturæ interpreti Hieronymo pleraque ex eo teſtimonia uſurpare, & ipſum in Latinum Græcumque viſum eſt ſermonem transferre.* Hæc Beda, male tamen dictum Evangelium *ſecundum Ebræos* ab iſto *duodecim Apoſtolorum* diſtinguens, ac ex uno duo faciens. Sed & ipſe Euſebius Cæſarienſis Lib. III. Hiſt. Eccl. cap. 25. hoc Evangelium apertè ſecernit ab iſtis libris, quos ſub Apoſtolorum nomine ab hæreticis confictos dicit, ac in claſſem dubiarum Scripturarum refert, eandem ſcilicet, in quâ non ſolùm Hermæ Paſtorem cum Epiſtola Barnabæ, ſed & Jacobi, Judæ aliorumque Apoſtolorum epiſtolas poſuit. Teſtatur quoque Euſebius citato loco, quod dicto Evangelio *delectentur maximè Hebræi illi, qui Chriſti fidem ſuſceperunt.* In horum numero fuit Hegeſippus, ἐπὶ τῆς πρώτης τῶν ἀποστόλων γενόμενος διαδοχῆς, ut ab Euſeb. Lib. II. cap. 23. vocatur, i.e. *Apoſtolicorum temporum vicinus*, uti Hieronymus verba Euſebii interpretatus eſt in Catalogo Script. Eccleſ. num. 33. Illum *quippe ex Hebræorum Evangelio in libris ſuis nonnulla poſuiſſe* ſcribit Euſeb. Lib. IV. c. 22. addens, quod *eô ipſo apertè ſignificaverit, ſe ex Hebræis ad fidem Chriſtianam tranſiiſſe.* Ignatium & Juſtinum Martyres alioſque Patres hoc

hoc Evangelio uſos eſſe mox videbimus, quamvis de Juſtino res dubia eſſe videatur. Denique Papias *Johannis auditor & ſodalis Polycarpi*, uti vocatur ab Irenæo Lib. V. adverſus hæreſ. cap. 33. in libris *de interpretatione oraculorum Dominicorum* hiſtoriam de muliere, quæ multorum criminum coram Domino accuſata erat, ex Evangelio ſecundum Hebræos deſumptam explanavit, juxta Euſeb. Lib. III. c. 39. Ex quibus & aliis facile colligere eſt, Evangelium iſtud ſecundum Hebræos non ab hæreticis prodiiſſe, ſed ab Hieronymo inter *principia hæreſeon* ideo relatum eſſe, quod Ebionæi atque Nazaræi forte id falſis commentis ſuis interpolarint, ut ipſa fragmenta quædam quodammodo indicant, vel ſaltem prave expoſuerint.

Quæritur autem, quare hoc Evangelium appellatum ſit ſecundum XII. Apoſtolos, in ſpecie juxta Matthæum, nec non ſecundum Ebræos? Ut de ultimo hoc titulo, tanquam maxime proprio, dicere incipiam, in ea fere ſum ſententia, ſicut ſacra ὑπομνήματα à Matthæo, Marco, &c. conſcripta dici ſueverunt Evangelia *ſecundum Matthæum, juxta Marcum*, &c. ita & iſtud, de quo agimus, Evangelium *ſecundum Ebræos* appellatum eſſe, eò quod à primis Chriſtianis Ebræis, qui Hieroſolymis degebant, literis eſſet conſignatum, & quidem ante quatuor Canonica Evangelia. Plures quippe fideles hiſtoriam rerum à Chriſto geſtarum tunc compoſuiſſe, manifeſte apparet ex Luc. I. ver. 1. ubi ait: *Multi aggreſſi ſunt contexere narrationem earum, quæ certiſſimæ inter nos fidei ſunt, rerum.* In his præcipuos fuiſſe Hebræos, vix dubitaverit quiſpiam, conſiderans, hos Chriſtum inter ipſos ambulantem ac docentem oculis auribuſque uſurpaſſe, miraculorum aliorumque ejus actorum, nec non paſſionis ſpectatores fuiſſe, denique plures eorum etiam illum à mortuis reſuſcitatum vidiſſe, juxta 1. Corinth. xv. 6. ut adeo ipſi præ aliis hiſtoriæ de Chriſto tradendæ eſſent apti, præſertim cum Hieroſolymis aliquamdiu præſentes habuerint Apoſtolos, ex quorum ore, ſi quid eos fugeret, facile informationem capere potuerunt. Imo neceſſe foret, per

istos plures historiæ Evangelicæ conditores à Luca memoratos intelligere Ebræos, ac statuendum esset, quod Evangelium secundum Ebræos haud diu post mortem Christi editum fuerit, si vera esset sententia illorum, qui Manuscriptis quibusdam codicibus aliisque testimoniis inducti opinantur, Matthæum octavo circiter anno post Christi adscensionem, Marcum decimo, Lucam decimo quinto scripsisse. Primis quippe decem saltem annis post Servatoris abitum in cœlos (si non duodecim juxta antiquam traditionem, de qua vide infra in *Prædicatione Petri*) inter Hebræos solùm conversati sunt Apostoli, necdum in orbem ad prædicandum Evangelium dispersi, ideoque vix alii præter Hebræos tunc temporis res gestas Servatoris ex traditione Apostolorum literis consignare potuerunt. Verùm cum ab antiquissimo fere S. Patrum Irenæo Lib. III. adversus hæreses cap. 1. procul dubio ex ore Papiæ præceptoris sui, memoriæ proditum sit, quod *Matthæus in Hebræis ipsorum lingua Scripturam ediderit Evangelii, cum Petrus & Paulus Romæ evangelizarent & fundarent Ecclesiam,* (circa annum xxv. vel xxvi. post adscensionem Christi) Marcus vero & Lucas post Matthæum scripserint, uti præter Irenæum loco citato omnes tradunt; cumque ob alia quoque argumenta pene incertum sit, quando Matthæus Marcus atque Lucas Evangelia sua ediderint, hinc nec scripti ab Hebræis Evangelii tempus præcise definiri potest. Id autem vero est simillimum, non modò ante Lucam, sed & ante Matthæum istos res gestas Christi literis delineasse. Neque enim quispiam Hebræorum Christianorum, & quidem Catholicorum, post Evangelium ab Apostolo Matthæo consignatum, ipsisque pro regula fidei traditum, aliud quodpiam tale condere, ac Matthæum quasi emendare ausus fuisset; hæreticos vero Evangelii juxta Hebræos haud fuisse auctores, in antecedentibus satis probatum dedi. Atque hæc de primo titulo & Auctoribus Evangelii dicta sufficiant.

Cæterum quoniam Hebræi aliive, quorum mentionem Lucas facit, scribere aggressi sunt, *sicut tradiderunt, qui* *ab*

ab initio ipsi viderunt & ministri fuerunt sermonis, i. e. Apostoli, ut Lucas adddit vers. 2, inde illorum Evangelium *duodecim Apostolis* adscribi cœpit, eadem ratione, qua aliqui autumant Symbolum Apostolorum ita dictum esse, non quod ab ipsis Apostolis sit compositum, sed quod fidei ab Apostolis traditæ summam contineat. Vel potius dicendum, Nazaræos & Ebionitas hæreticos, qui hoc Evangelio abusi sunt, istud XII. Apostolorum vocitasse, ut eò majorem ei præ quatuor Canonicis Evangeliis conciliarent auctoritatem: neque enim quisquam antiquorum Patrum Catholicorum istud tali titulo insignivit, licet ab aliis id factum tradant. Equidem Justinus Martyr in Dialogo cum Tryphone Judæo pag. 246. videri poterat, ex hoc Evangelio, tanquam Apostolico, imo ab ipsis Apostolis scripto, quædam referre istis verbis: Ἐλθόντος τοῦ Ἰησοῦ ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην ποταμὸν, ἔνθα ὁ Ἰωάννης ἐβάπτιζε, κατελθόντος τοῦ Ἰησοῦ ἐπὶ τὸ ὕδωρ, καὶ πῦρ ἀνήφθη ἐν τῷ Ἰορδάνῃ· καὶ ἀναδύντος αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ ὕδατος, ὡς περιστερὰν τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐπιπτῆναι ἐπ' αὐτὸν ἔγραψαν οἱ ἀπόστολοι αὐτοῦ τούτου τοῦ Χριστοῦ ἡμῶν. *Jesu ad Jordanem fluvium adveniente, ubi Johannes baptizabat, cum Jesus in undam descendisset, ignis in Jordane accensus est: & revertente ipso ex aqua, veluti columbam Spiritum S. devolasse super eum, scripserunt Apostoli hujus ipsius Christi nostri.* Quæ ultima verba: *Scripserunt Apostoli*, si non modo proxime præcedentem propositionem de descensu Spiritus S. sub specie columbæ super Christum baptizatum, sed & antecedens dictum de apparitione ignis in Jordane respicerent, utique dicendum foret, quod Justinus M. Evangelium secundum Ebræos tanquam XII. Apostolorum allegaverit, cum apparitio utriusque simul, & columbæ, & ignis, in baptismo Christi, in nullo IV. Canonicorum Evangeliorum, sed in isto secundum Ebræos memorata sit, uti legere est in fragmento, quod mox ex Epiphanio recitabo. Verum Justinus ipsa verborum constructione, quasi studiò, indicasse videtur, verba, *Scripserunt Apostoli*, posteriorem tantùm propositionem de columbæ descensu, quem Matthæus & Johannes Apostoli

memoriæ prodiderunt, non item priorem de igne ſplendeſcente ſpectare, ſiquidem illa ſolum in modo infinitivo expreſſa ad τὸ *Scripſerunt* relationem habet, non prior, quæ in modo indicativo poſita eſt, ideoque merito in impreſſis exemplaribus per colon diſtincta. Unde conſtat, Juſtinum Apoſtolorum ſcripta allegantem, non Evangelium XII. Apoſtolorum à quibuſdam dictum, ſed duorum, Matthæi & Johannis, reſpexiſſe, licet forte traditionem de igne, qui ſuper Jordanem in baptiſmo Chriſti apparuit, ex illo acceperit. Verumtamen & id haud adeo certum eſt, quia in Evangelio ſecundum Ebræos apud Epiphanium ſcriptum eſt, lucem ingentem effulſiſſe, ὡς ἀνῆλθεν ἀπὸ τοῦ ὕδατος, *cum adſcendiſſet ex aqua Chriſtus*, Juſtinus contra refert ignem apparuiſſe κατελθόντος τοῦ Ἰησοῦ ἐπὶ τὸ ὕδωρ, *cum Jeſus in aquam deſcendiſſet*, adeò ut Grotius in doctiſſimis Annotationibus ad Matthæi Evangel. pag. 7. minus conſideratè ſcripſerit, quod *Juſtinus hiſtoriam de baptiſmo Chriſti recitet, ita ut legebatur in Evangelio Nazaræorum*, mihique Juſtinus aliunde potius ignem ſuper Jordane apparentem elicuiſſe videatur, forte ex prædicatione Petri, (ſi modo hæc ab Evangelio ſecundum Ebræos diverſa fuit) utpote in qua de Chriſto traditum fuit, *cum baptizaretur, ignem ſuper aquam eſſe viſum*, ut inde deſcripſit Auctor Tractatus de Baptiſmo hæreticorum inter opera Cypriani. Non itaque à Juſtino Martyre, vel alio quopiam Catholico Patre, titulus Evangelii XII. Apoſtolorum probatus aut uſurpatus legitur, ſed iſte omnino ab ipſis Nazaræis vel Ebionitis ob ſupra dictam rationem profectus videtur, indeque factum, ut talia addiderint verba, quibus ipſi Apoſtoli, tanquam auctores hujus ſcripti, loquentes introducuntur, ſicut infra ex Epiphanio apparebit.

Quicquid verò de hoc ſtatuatur, tertia ſane hujus Evangelii ab Hieronymo memorata inſcriptio, *juxta Matthæum*, non primis ejus auctoribus, qui Chriſtiani Hebræi fuiſſe mihi videntur, ſed interpolatoribus illius, ſupra dictis hæreticis, adſcribenda eſt, qui, cum S. Matthæi Evangelium

vangelium Hebraice scriptum scirent, (quod contra unanimem Patrum consensum, motis levibus quibusdam objectionibus, frustra negant aliqui recentiores, male etiam Hebraicum Nazaraeorum & Ebionitarum cum authentico S. Matthaei confundentes) suum iisdem literis exaratum pro genuino Matthaei foetu supposuerunt, sicque Irenaeo & aliis Patribus Hebraicae linguae ignaris facile imposuerunt, ut crediderint, eos ipso Matthaei Evangelio uti. Ita quippe Irenaeus Lib. III. adversus haereses cap. 11. *Ebionaei eo Evangelio, quod est secundum Matthaeum, solo utentes, ex illo ipso convincuntur, non recte praesumentes de Domino.* De Nazaraeis verò Epiphanius haeres. 29. in fine: *Est penes illos Evangelium secundum Matthaeum Hebraice scriptum, & quidem absolutissimum* (πληρέστατον.) *Hoc enim plane, prout Hebraicis literis initio scriptum est, in hodiernum usque tempus conservant.* Credidit istud jactantibus Nazaraeis Epiphanius; neque enim ullum exemplar se vidisse aperte prodit, dum mox, nullo verbo interposito, subjungit: *Verum nescio, num genealogias illas amputarint, quae ab Abrahamo ad Christum usque perductae sunt.* Qua de re merito dubitavit, quia Ebionaei Nazaraeorum sequaces, ac fere iidem, in suo Codice Evangelii secundum Ebraeos genealogiam Christi non habuerunt, initio facto à praedicatione S. Johannis Baptistae, ut ipse refert Haeres. 30. num. 13. eosque idcirco mutilum Matthaei Evangelium habere asserit. Non dubito autem, quin, si Epiphanius istud Nazaraeorum & Ebionaeorum Evangelium totum perlegisset, prorsus diversum à Matthaei Evangelio vidisset. Viderunt sane alii, quibus perlegendi vel perlustrandi copia facta, veluti Eusebius Metropolitanus Caesariae, (in qua urbe Bibliotheca Pamphili Martyris exemplar istius Evangelii suppeditabat, ut mox ex Hieronymo audiemus) qui inde in Historia Ecclesiastica passim Evangelium secundum Ebraeos tanquam distinctum à quatuor Canonicis memorat, & in specie Lib. III. cap. 27. de Ebionitis verba faciens, *eos solo Evangelio secundum Ebraeos dicto uti*

scribit,

ſcribit, non autem *ſolo Matthæi*, ut antea Irenæus fraude Nazaræorum deceptus dicebat. Interim recentiores plerique Irenæum & Epiphanium ſecuti, ſtatuerunt Evangelium ſecundum Ebræos, quo Nazaræi & Ebionitæ uſi ſunt, fuiſſe ipſum Matthæi, licet interpolatum, additis aliis, aliis contra detractis. Quod quidem ſi eſſet verum, ratio, cur hoc Evangelium dictum fuerit Matthæi, foret in promptu, ac falsò dictos hæreticos ſuppoſitionis falſi tituli accuſaſſem. Verùm bene factum, quod communi iſti opinioni recentiorum contradixerit Clariſſ. du Pin in Nova Bibliotheca Eccleſiaſticorum Auctorum, Tit. *de Evangeliis ſuppoſitis*, ſcribens: *Certum eſt, ſecundum Ebræos Evangelium aliud eſſe à Matthæi Evangelio.* Quam ſententiam ſuam quatuor probavit argumentis: primo, *quod quicquid à veteribus refertur de hoc Evangelio, & inter alia mulieris apud Chriſtum accuſatæ hiſtoria, non legeretur in Evangelio ſecundum Matthæum.* Et ſane pauciſſima ſunt ex Evangelio juxta Hebræos à Patribus allegata, quæ in Matthæo leguntur, eaque ipſa obſerves aliquantum diverſa; Plurimorum autem neque vola neque veſtigium in Matthæi Codice cernitur, quæ omnia addita eſſe, haud eſt quidem veriſimile, nec tamen impoſſibile, ut adeo prima ratio rem non evincat. Secundum argumentum viri doctiſſimi eſt, *quia Euſebius & Hieronymus, quibus hæc duo nota erant Evangelia, ea clariſſime diſtinguunt.* Id quod de Euſebio ſimpliciter verum, ut antea probavi; de Hieronymo autem neſcio fere quid dicam, cum ipſe in quibuſdam quidem locis ſatis aperte Evangelium Nazaræorum ſecundum Ebræos à Matthæi Evangelio diverſum faciat, in aliis verò omnino videatur confundere, veluti in Catalogo Scriptorum Eccleſ. in Matthæo ita ſcribens: *Matthæus, qui & Levi, ex publicano Apoſtolus, primus in Judæa propter eos, qui ex circumciſione crediderant, Evangelium Chriſti Hebraicis literis verbiſque compoſuit. Quod quis poſtea in Græcum tranſtulerit, non ſatis certum eſt. Porro ipſum Hebraicum habetur uſque hodie in Cæſarienſi Bibliotheca, quam*

Pamphi-

Pamphilus Martyr ſtudioſiſſime confecit. Mihi quoque à Nazaræis, qui in Berœa, urbe Syriæ, hoc volumine utuntur, deſcribendi facultas fuit. Quis iſta legens non inde colligeret, Nazaræos Hebraicum textum Evangelii ſecundum Matthæum, de quo ibi ſermo eſt, penes ſe habere? Ut igitur Hieronymus à contradictione liberetur, dicendum, quod loco citato non ex propria, ſed Nazaræorum, qui ſe Hebraicum Matthæi Evangelium habere jactabant, ſententia ſcripſerit. Tertium argumentum laudati viri eſt, *quod Evangelium ſecundum Hebræos verterit Hieronymus, cum verſionis Evangelii ſecundum Matthæum auctor ſit incognitus.* Quod quidem ita ſimpliciter propoſitum non ſtringit, ſiquidem nil vetat duas dari unius operis verſiones, à diverſis Auctoribus concinnatas; interim ex Hieronymiana verſione Evangelii Nazaræorum in Græcum ſermonem haud inepte colligas, iſtud à Matthæi Evangelio diverſum fuiſſe; quippe ſi idem, & ſolùm hinc inde interpolatum obſervaſſet, fruſtra, ne dicam impie, laborem iſtum ſuſcepiſſet, cum jam exiſteret verſio Matthæi Græca, ab Apoſtolo vel Apoſtolico viro adornata, ac ab univerſa Eccleſia in Canonem recepta, quam emendare velle videretur, qui novam cuderet. Niſi forte quis exciperet, Hieronymum ab varias multaſque interpolationes novam verſionem neceſſariam judicaſſe. Quicquid vero de hac argumentatione ſtatuatur, quarta ſane ratio Clariſſimi du Pin partim dubio nititur fundamento, partim laborat conſequentiâ, dum arguit, *quod in Evangelio ſecundum Hebræos juxta veritatem Hebraicam eſſet citata Scriptura, cum Matthæus in ſuo 70. Interpretum verſionem ſecutus ſit.* Verum ut de poſteriori nihil dicam, prius quo teſtimonio probare queat, me latet. Equidem videtur vir doctiſſimus nixus verbis Hieronymi, qui in Catalogo poſt ſupra citata immediate pergit: *In quo animadvertendum, quod ubicunque Evangeliſta, ſive ex perſona ſua, ſive ex perſona Domini Salvatoris veteris Scripturæ teſtimoniis utitur, non ſequatur LXX. tranſlatorum auctoritatem ſed Hebraicam,*

ex

ex quibus illa duo sunt: *Ex Ægypto vocavi filium meum*, *& quoniam Nazaræus vocabitur*. Sed primo dubium est, utrum Hieronymi verba: *In quo*, &c. præcise ad Nazaræorum Volumen paulo antè memoratum, an in genere ad Matthæi Evangelium, de quo toto capite loquitur, ipsumque Græcum, sint referenda, cum prolata duo exempla in Græco nostro textu extent, in Hebræo autem Nazaræorum lecta fuisse, haud constet. Deinde quomodocunque verba ista accipiantur, falsa est Hieronymi observatio, ut clarè patet ex ipso altero allato exemplo; neque enim vel in Hebræo, vel in LXX. Interpretum versione legitur dictum: *quoniam Nazaræus vocabitur*. Posito denique, quod in Evangelio Nazaræorum Scriptura V. T. juxta Hebræum textum fuisset citata, tamen inde non sequeretur, istud haud fuisse Hebraicum Matthæi, cum & in hoc idem forte ab Apostolo in gratiam Hebræorum scribente observatum fuerit, salva tamen libertate interpretis Græci, quem, quod Græcè interpretaretur, verba Scripturæ secundum tenorem Græci textus LXX. ponere satis erat commodum, nil certe vetabat. Nihilominus ad verissimam Clariss. du Pin sententiam confirmandam alia suppetunt argumenta, quæ rem clarius, nisi fallor, probant. Primo ex supra dictis constat, eos, qui ex Hebræis ad Christianam fidem accesserunt, inque iis Hegesippum, maximopere Evangelio secundum Ebræos fuisse delectatos, ac istud crebro in libris suis allegasse. At quis Christianus delectaretur interpolato Apostoli Evangelio, dum incorruptus ejus textus extat, & non potius illud rejiceret? Deinde Papias, Ignatius, Clemens Alexandrinus, Origenes ex hoc Evangelio talia allegarunt, quæ in genuino Evangelio Matthæi non habentur, ut partim ex ante dictis liquet, partim ex fragmentis mox recitandis clarius patebit. An vero credi vel cogitari potest, sanctos hos & Apostolicos viros assumenta hæreticorum vel aliorum quorumcunque, quibus Canonicum Apostoli Evangelium interpolarunt, adduxisse, & quidem ad probanda fidei dogmata, ut Ignatius fecit, vel ad declarandam historiam

Evangelicam,

Evangelicam, ut Papias & Origenes? Denique Origenes, cui magna ſacrorum librorum cura, & peritia plane inſignis, Evangelium ſecundum Ebræos tanquam diverſum citavit, nec verbo indicans, iſtud ipſum Matthæi interpolatum eſſe; imo contrarium aperte innuit, dum iſtud allegans ait: *Si tamen placet alicui ſuſcipere illud, non ad auctoritatem* (Canonicam ſcilicet) *ſed ad manifeſtationem propoſitæ quæſtionis.* Item alio in loco: *Quod ſi quis Evangelium juxta Hebræos admittit*, &c. Ex quibus patet, quoſdam hoc Evangelium admiſiſſe, quod nemo feciſſet, ſi corruptum Apoſtoli Evangelium fuiſſet. Manet igitur firmum ratumque, Evangelium ſecundum Ebræos à Matthæi Hebraico plane diſtinctum, & alius auctoris fuiſſe, indeque falſo ab hæreticis nomen Matthæi ei inditum. Quod vero primos Chriſtianos Hebræos ante Matthæum iſtud ſcripſiſſe dixi, id ex probabili conjectura propoſui; nolim autem more quorundam, qui conjecturis ſuis, tanquam demonſtrationibus, inſiſtunt, ut verum certumque aſſerere, quin potius meliora docentem libenter audiam. Cæterum cum his conferri velim, quæ poſthæc de Evangelio ſecundum Ægyptios dicam, quibus jam dicta aliquatenus confirmabuntur.

Fragmenta Evangelii ſecundum Hebræos.

S. Ignatius in Epiſtola ad Symrnæos §. 3.

QUando ad eos, qui cum Petro erant, venit, inquit (Servator) ipſis: Apprehendite, palpate me, & videte, quod non ſim Dæmonium incorporale. Et confeſtim ipſum tetigerunt, atque crediderunt.

ΟΤε πρὸς τοὺς περὶ Πέτρον ἦλθεν, ἔφη αὐτοῖς· λάβετε, ψηλαφήσατέ με, καὶ ἴδετε, ὅτι οὐκ εἰμὶ δαιμόνιον ἀσώματον. καὶ εὐθὺς αὐτοῦ ἥψαντο, καὶ ἐπίστευσαν.

Unde Ignatius verba iſta Chriſti nactus fuerit, ignorare ſe profitetur Euſebius Lib. III. Hiſt. Eccl. c. 36. Aſt ex Evangelio ſecundum Hebræos deſumpſiſſe, locuples nobis teſtis eſt Hieronymus in Catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum num. 27. ubi ita de S. Martyre ſcribit: *In qua* (Epiſtola ad Smyrnæos) *& de Evangelio, quod nuper à me tranſlatum eſt, ſuper perſona*

Christi ponit testimonium dicens : *Ego vero & post resurrectionem in carne eum vidi, & credo, quia sit. Et quando venit ad Petrum, & ad eos, qui cum Petro erant, dixit eis* : *Ecce palpate me & videte*, &c. Conferatur ejus Proœmium in Lib. XVIII. Commentariorum super Esaiam. Cæterùm eadem verba Christi, quibus negavit, se Dæmonium incorporeum esse, & in alio libro Apocrypho, *Doctrina* nempe *Petri*, lecta fuisse, videbimus infra, ubi hujus quoque libri fragmenta repræsentabimus. Videantur quæ ad citata loca Ignatii & Hieronymi notarunt Usserius, Vossius & Cotelerius, nec non Casaubonus Exercit. xvi. contra Baronii Annales num. 126. & Pearsonus in Vindiciis Epistolarum S. Ignatii Part. 2. cap. 9. & 10. pag. 101. seq. & 120. seqq.

Clemens Alexandrinus Lib. I. *Stromat. p.* 380.

Κἀν τῷ καθ' Ἑβραίους εὐαγγελίῳ, ὁ θαυμάσας βασιλεύσει, γέγραπται, καὶ ὁ βασιλεύσας ἀναπαυθήσεται.

ET in Evangelio secundum Hebræos scriptum est : Qui admiratus fuerit, regnabit, & qui regnavit, requiescet.

Origenes Tractatu VIII. *in Matthæum Tom.* 1. *p.* 73.

Scriptum est in Evangelio quodam, quod dicitur secundum Ebræos, (si tamen placet alicui suscipere illud, non ad auctoritatem, sed ad manifestationem propositæ quæstionis) Dixit, inquit, ad eum alter divitum: Magister, quod bonum faciens vivam? dixit ei : Homo Leges & Prophetas fac. Respondit ad eum, feci. Dixit ei: Vade, vende omnia, quæ possides, & divide pauperibus, & veni, sequere me. Cœpit autem dives scalpere caput suum, & non placuit ei. Et dixit ad eum Dominus: Quomodo dicis: Legem feci & Prophetas? quoniam scriptum est in Lege, Diliges proximum tuum, sicut teipsum; & ecce multi fratres tui, filii Abrahæ, amicti sunt stercore, morientes præ fame, & domus tua plena est multis bonis, & non egreditur omnino aliquid ex ea ad eos. Et conversus dixit Simoni discipulo suo, sedenti apud se : Simon, fili Joannæ, facilius est Camelum intrare per foramen acus, quàm divitem in Regnum Cœlorum.

Hæc in Latina Origenis editione habentur, non in Græca, publici juris facta ab Huetio, qui Lib. III. Origenianorum Sect. 3. num. 12. testatur, in Codicibus Græcis nil horum apparuisse, indeque auguratur, ab Interprete Commentariorum Origenis in Matthæum addita esse.

Idem

Idem Homil. XV. *in Jerem. pag.* 148. *& Tomo* II. *Commentar. in Johannem pag.* 58.

Quod si quis Evangelium juxta Hebræos admittit, ubi Servator ipse dicit: Modò accepit me mater mea, Spiritus S., uno capillorum meorum, & me in montem magnum Thabor portavit.

Ἐὰν δὲ προσίεταί τις τὸ καθ' Ἑβραίους εὐαγγέλιον, ἔνθα αὐτὸς ὁ σωτήρ φησιν· ἄρτι ἔλαβέ με ἡ μήτηρ μου τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐν μιᾷ τῶν τριχῶν μου, καὶ ἀπένεγκέ με εἰς τὸ ὄρος τὸ μέγα Θαβώρ.

Idem ex hoc Evangelio allegat Hieronymus Lib. XI. Comment. supra Esaiæ cap. 40. Tom. IV. pag. 133. D. & Lib II. Comment. in Michæ cap. 7. Tom. V. p. 167. H. De cujus dicti interpretatione, & qua occasione, quaque ratione Spiritus S. Christi mater in isto Evangelio appellatus fuerit, dicam in Notis *. Cæterùm Hieronymus quidem in Catalogo Scriptorum Eccles. num. 4. in Jacobo, dum Evangelii secundum Hebræos mentionem facit; *Quo*, inquit, *& Origenes sæpe utitur.* Sed in iis, quos superstites habemus, Tractatibus haud plura, quàm duo, quæ attuli, fragmenta ejusdem reperiuntur, adeò ut Hieronymus ad opera Origenis deperdita respexerit, dum ista scripsit; nisi forte dicendum, Origenem & ista, quæ superius recensita sunt, dicta Christi, ex Evangelio secundum Ebræos excerpsisse.

Epiphanius Hæres. XXX. *Ebion.* §. 13. *de eorum Evangelio, quod est ipsum juxta Ebræos interpolatum, ita scribit*:

INitium Evangelii ipsorum ita habet: Factum est in diebus Herodis Regis Judææ, ut veniret Johannes baptizans baptismo pœnitentiæ in Jordane fluvio, qui ferebatur esse ex genere Aaronis Sacerdotis, filius Zachariæ & Elizabethæ, & egrediebantur ad illum omnes.

Ἡ Ἀρχὴ τοῦ παρ' αὐτοῖς εὐαγγελίου ἔχει· ὅτι ἐγένετο ἐν ταῖς ἡμέραις Ἡρώδου τοῦ βασιλέως τῆς Ἰουδαίας, ἦλθεν Ἰωάννης βαπτίζων βάπτισμα μετανοίας ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ποταμῷ, ὃς ἐλέγετο εἶναι ἐκ γένους Ἀαρὼν τοῦ ἱερέως, παῖς Ζαχαρείου καὶ Ἐλισάβεθ, καὶ ἐξήρχοντο πρὸς αὐτὸν πάντες.

Pergit Epiphanius loco citato.

Tum post plura alia dicta subjungit: Baptizato populo venit & Jesus, & à Joanne baptizatus est. Cumque adscen-

Καὶ μετὰ τὸ εἰπεῖν πολλά, ἐπιφέρει, ὅτι τοῦ λαοῦ βαπτισθέντος ἦλθε καὶ Ἰησοῦς, καὶ ἐβαπτίσθη ὑπὸ τοῦ Ἰωάννου. καὶ

ὡς ἀνῆλθεν ἀπὸ τοῦ ὕδατος, ἠνοίγησαν οἱ οὐρανοὶ, καὶ εἶδε τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ τὸ ἅγιον ἐν εἴδει περιστερᾶς κατελθούσης καὶ εἰσελθούσης εἰς αὐτόν. καὶ φωνὴ ἐγένετο ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, λέγουσα· σύ μου εἶ ὁ υἱὸς ὁ ἀγαπητὸς, ἐν σοὶ ηὐδόκησα. Καὶ πάλιν, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. καὶ εὐθὺς περιέλαμψε τὸν τόπον φῶς μέγα. ὃ εἰδών, φησιν, ὁ Ιωάννης λέγει αὐτῷ· σὺ τίς εἶ Κύριε; καὶ πάλιν φωνὴ ἐξ οὐρανοῦ πρὸς αὐτόν· οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς μου, ὁ ἀγαπητὸς, ἐφ᾽ ὃν ηὐδόκησα. καὶ τότε, φησὶν, ὁ Ιωάννης προσπεσὼν αὐτῷ ἔλεγε· δέομαί σου Κύριε, σύ με βάπτισον. ὁ δὲ ἐκώλυεν αὐτῷ, λέγων· ἄφες, ὅτι οὕτως ἐστὶ πρέπον, πληρωθῆναι πάντα.

disset ex aqua, aperti sunt cœli, & vidit Spiritum Dei sanctum sub specie columbæ descendentis & venientis super ipsum. Et vox reddita de cœlo, dicens: Tu es filius meus dilectus, in te mihi complacui. Et iterum: Ego hodie genui te. Statimque eo in loco lux ingens affulsit. Qua conspecta, inquit (Evangelium,) Johannes sic eum alloquitur: Tu quis es Domine? Rursumque lapsa vox de cœlo: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Adhæc Johannes ad pedes ejus provolutus: Indigeo tui, inquit, Domine *, tu me ipse baptizato. At ille prohibebat eum, dicens: Sine, ita enim decet impleri omnia.

Paulo antè hæc quoque inde excerpta habet:

Εγένετό τις ἀνὴρ ὀνόματι Ιησοῦς, καὶ αὐτὸς ὡς ἐτῶν τριάκοντα, ὃς ἐξελέξατο ἡμᾶς. καὶ ἐλθὼν εἰς Καφαρναοὺμ, εἰσῆλθεν εἰς τὴν οἰκίαν Σίμωνος, τοῦ ἐπικληθέντος Πέτρου, καὶ ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ, εἶπε· παρερχόμενος παρὰ τὴν λίμνην Τιβεριάδος ἐξελεξάμην Ιωάννην καὶ Ιάκωβον υἱοὺς Ζεβεδαίου, καὶ Σίμωνα, καὶ Ανδρέαν, καὶ Θαδδαῖον, καὶ Σίμωνα τὸν Ζηλωτὴν, καὶ Ιούδαν τὸν Ισκαριώτην, καί σε τὸν Ματθαῖον, καθεζόμενον ἐπὶ τοῦ τελωνίου ἐκάλεσα, καὶ ἠκολούθησάς μοι. ὑμᾶς οὖν βούλομαι εἶναι δεκαδύο Αποστόλους εἰς μαρτύριον τοῦ Ισραήλ. καὶ ἐγένετο

Fuit homo quidam nomine Jesus, annorum circiter triginta, qui nos elegit. Qui veniens Capernaum, in Simonis, cognomine Petri, ædes ingressus est, apertoque ore suo dixit: Cum Tiberiadis lacum præterirem, Joannem & Jacobum, filios Zebedæi, elegi, & Simonem, & Andræam, & Thaddæum, & Simonem Zeloten, & Judam Iscarioten, & te Matthæum ad Telonium sedentem vocavi, ac me secutus es. Vos itaque volo duodecim esse Apostolos ad testimonium Israelis. Et erat Jo-

* Petavius verba: δέομαί σου, Κύριε, vertit: *Quaeso Domine.* Verùm considerans istud Matthaei cap. III v. 14. ubi Johannes ait: ἐγὼ χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι, *Necesse habeo, ut à te tingar,* hîc quoque reddidi, *Indigeo tui, Domine.*

hannes

hannes baptizans, & exierant ad eum Pharisæi, & baptizati sunt, & omnis Hierosolyma. Johannes autem habebat vestimentum de pilis camelorum,& zonam pelliceam circa lumbos suos: & cibus ejus erat mel silvestre, cujus sapor erat Mannæ similis,veluti lagani frixi cum oleo.

Ἰωάννης βαπτίζων, καὶ ἐξῆλθον πρὸς αὐτὸν Φαρισαῖοι, καὶ ἐβαπτίσθησαν, καὶ πᾶσα Ἱεροσόλυμα. καὶ εἶχεν ὁ Ἰωάννης ἔνδυμα ἀπὸ τριχῶν καμήλου, καὶ ζώνην δερματίνην περὶ τὴν ὀσφῦν αὐτοῦ. καὶ τὸ βρῶμα αὐτοῦ, φησι, μέλι ἄγριον, οὗ ἡ γεῦσις ἦν τοῦ Μάννα, ὡς ἐγκρὶς ἐν ἐλαίῳ.

Notat Epiphanius ibidem, Ebionæos malè *ἀκρίδας, locustas* transformasse in *ἐγκρίδας ἐν ἐλαίῳ placentas dulciarias è simila confectas & oleo coctas*,memoratas Numer.c.11. Idem §.22.aliam textus Evangelici corruptionem indicat, qua Christum interrogantibus discipulis: *Ubi vis, paremus tibi comedere Pascha?* ita introduxerunt respondentem: *Numquid desiderio desideravi comedere carnem hoc Pascha vobiscum?* quasi negasset, se agnum Paschalem comesturum esse. Docebant quippe Ebionæi, ab omni animatorum esu, saltem sub Novo Testamento, abstinendum esse, indeque ut argumentum Catholicorum ab esu agni Paschalis, quem Christus cum Apostolis haud refugit, petitum eluderent, Evangelium falsasse Epiphanio dicuntur.

Hieronymus in Catal. Script. Eccles. num. 4. *T.* I.*p.* 266.

Evangelium quoque, quod appellatur secundum Hebræos, & à me nuper in Græcum Latinumque sermonem translatum est,quo & Origenes sæpe utitur, post resurrectionem Salvatoris refert: Dominus autem cum dedisset sindonem servo Sacerdotis, ivit ad Jacobum, & apparuit ei *. Juraverat enim Jacobus, se non comesturum panem ab illa hora, qua biberat calicem Domini (in Græca versione legitur Κύριος, *Dominus)* donec videret eum resurgentem à mortuis. Rursusque post paululum: Afferte, ait Dominus, mensam & panem. Statimque additur: Tulit panem & benedixit, ac fregit, & dedit Jacobo Justo, & dixit ei: Frater mi, comede panem tuum,quia resurrexit filius hominis à dormientibus.

Idem Lib. III. *contra Pelagianos parum ab initio*:

In Evangelio juxta Hebræos — narrat historia: Ecce mater Domini & fratres ejus dicebant ei: Johannes Baptista baptizat in

* Apparitionem Christi resurgentis, Jacobo peculiariter factam, nullus quidem quatuor Evangelistarum memorat, recenset verò inter alias Paulus 1 Corinth. xv. v. 7. Ad quem locum Sedulius, Seculi V. Scriptor Scoto-Hybernus, commentans, hujus voti à Jacobo præstiti mentionem facit, idque in Evangelio secundum Hebræos legi scribit.

remissionem

remiſſionem peccatorum, eamus & baptizemur ab eo. Dixit autem eis: Quid peccavi, ut vadam & baptizer ab eo? Niſi forte hoc ipſum, quod dixi, ignorantia eſt. Et in eodem volumine: Si peccaverit, inquit, frater tuus in verbo, & ſatis tibi fecerit, ſepties in die ſuſcipe eum. Dixit illi Simon diſcipulus ejus: Septies in die? Reſpondit Dominus & dixit ei: Etiam ego dico tibi, uſque ſeptuagies ſepties.

Idem Lib. IV. *Comment. ſuper Eſaiæ cap.* 11. *v.* 2. *Tom.* IV. *pag.* 41. *E.*

In Evangelio, cujus ſupra fecimus mentionem (nempe illo, *quod Hebræo ſermone conſcriptum legunt Nazareni*, ut paulo ante dixerat) hæc ſcripta reperimus: Factum eſt autem, cum adſcendiſſet Dominus de aqua, deſcendit fons omnis Spiritus Sancti, & requievit ſuper eum, & dixit illi: Fili mi, in omnibus Prophetis expectabam te, ut venires, & requieſcerem in te. Tu es enim requies mea, tu es filius meus primogenitus, qui regnas in ſempiternum.

Idem Lib. VI. *Commentar. in Ezechielis cap.* 18. *Tom.* IV. *pag.* 384. *D.*

In Evangelio, quod juxta Hebræos Nazaræi legere conſueverunt, inter maxima ponitur crimina, qui fratris ſui Spiritum contriſtaverit.

Idem Lib. I. *Comment. in Matthæi c.* 6. *T.* VI. *p.* 8. *G.*

In Evangelio quod appellatur ſecundum Hebræos, pro ſuperſubſtantiali pane reperi מחר, quod dicitur Craſtinum, ut ſit ſenſus: Panem noſtrum Craſtinum, id eſt futurum, da nobis hodie.

Et Lib. II. *Commentar. in Matthæi c.* 12. *p.* 21. *B.*

In Evangelio, quo utuntur Nazareni & Ebionitæ (quod nuper in Græcum de Hebræo ſermone tranſtulimus, & quod vocatur à pleriſque Matthæi authenticum) homo iſte, qui aridam habet manum, cœmentarius ſcribitur, iſtiuſmodi vocibus auxilium precans: Cœmentarius eram, manibus victum quæritans: precor te Jeſu, ut mihi reſtituas ſanitatem, ne turpiter mendicem cibos.

Et Lib. IV. *Commentar. in Matth. cap.* 23. *p.* 51. *C.*

In Evangelio, quo utuntur Nazareni, pro filio Barachiæ filium Jojadæ reperimus ſcriptum.

Et in cap. 27. *ad iſta verba* : *Habebat autem vinctum inſignem*, *p.* 62. *H.*

Iſte in Evangelio, quod ſcribitur juxta Hebræos, filius magiſtri eorum

eorum interpretatur, qui propter ſeditionem & homicidium fuerat condemnatus.

Idem ibid. ad iſta verba : Velum Templi ſciſſum. p.64. H.

In Evangelio, cujus ſæpe facimus mentionem, ſuperliminare Templi infinitæ magnitudinis fractum eſſe atque diviſum legimus.

Denique Lib. III. Commentar. in Epiſt. ad Epheſios cap. 5. Tom. VI. pag. 185. F.

In Hebraico quoque Evangelio legimus, Dominum ad diſcipulos loquentem : Et nunquam, inquit, læti ſitis, niſi cum fratrem veſtrum videritis in charitate.

Evangelium ſecundum Ægyptios.

EVangelium juxta Hebræos meritò ſequitur iſtud *ſecundum Ægyptios*, cui, perinde ut illi, titulum indidere Patres à primis ejus auctoribus, quos Chriſtianos Ægyptios fuiſſe, ipſe hujus libri textus, myſticis verbis more Ægyptiorum pleraque involvens, ſatis indicavit. Quippe, ut Epiphanius hæreſ. LXII. num. 2. ſcribit : Ἐν αὐτῷ πολλὰ τοιαῦτα, ὡς ἐν παραβύστῳ μυστηριωδῶς ἐκ προσώπου τοῦ Σωτῆρος ἀναφέρεται, *In ipſò pleraque hujus generis clam atque occulte more myſteriorum proponuntur*; hocque ex re & vero ab Epiphanio dictum eſſe, ex ipſis, quæ ſuperſunt, fragmentis patet. Atque illa ipſa rarioris ejus uſus cauſa fuiſſe videtur, ſiquidem non tam crebra ejus mentio in S. Patrum ſcriptis occurrit, ut alterius ſecundum Ebræos, imo, quod mirandum, in Euſebii Hiſtoria Eccleſiaſtica & Gelaſii Decreto planè nulla. Memoratur tamen ab Origene Homil. I. in Lucam, ex quo cùm plurima in Commentarium ſuum tranſtulerit, ac eadem Apocrypha Evangelia recenſuerit Ambroſius, neſcio quî factum, ut illud juxta Ægyptios omiſerit, præ aliis hoc loco nominandum. Reliqua quippe ab Origene & Ambroſio nominata falſa Evangelia, veluti Baſilidis, aliudque Manichæorum Apoſtolo Thomæ perperam adſcriptum, procul omni dubio poſt S. Lucæ obitum prodiere, adeo ut ea in primis Evangelii verbis, in quorum explicatione Origenes & Ambro-

ſius

ſius iſta afferunt, reſpicere haud potuerit: contra vero haud eſt abſimile, iſta ſecundum Hebræos & Ægyptios antè fuiſſe ſcripta, atque ad ea, unà cum aliis pluribus jam ignotis, Lucam intendiſſe digitum, dum præfatur: *Multi aggreſſi ſunt contexere narrationem earum, quæ certiſſimæ inter nos fidei ſunt, rerum.* Unde accuratiùs & meliori cum κρίσει Auctor Commentariorum in Lucam, ſub Titi Boſtrenſis nomine latens Tom. XIII. Bibliothecæ Patrum Morellianæ pag. 762. citata Lucæ verba exponens, dicta duo Evangelia, omiſſis reliquis, nominavit, ita ſcribens: Τὸ μέντοι κατὰ Αἰγυπτίους εὐαγγέλιον καὶ τὸ ἐπιγεγραμμένον τῶν δώδεκα εὐαγγέλιον οἱ συγγράψαντες ἐπεχείρησαν. Quæ Theodorus Peltanus ita vertit: *Evangelium quod inſcribitur ſecundum Ægyptios, tum illud rurſum, quod duodecim Apoſtolorum titulum præfert, ab iis prodiit, qui Evangelium ſcribere conati ſunt.* Hunc procul dubio ſecutus Theophylactus in Comment. ad h. l. itidem ad iſta duo Evangelia Lucam reſpexiſſe tradidit. Ex recentioribus probabilem cenſuit hanc opinionem Maldonatus in h. l., licet ipſe aliam ſententiam improbabilem, qua per πολλοὺς Matthæus & Marcus intelliguntur, magis probaſſe videatur. Grotius quoque in Annotat. ad procemium Lucæ, dum πολλοὺς iſtos conſiderat, ſcribit: *Quos inter numero Evangelii Ægyptiaci vetuſtiſſimum ſcriptorem. Nam quæ alia circumferuntur Evangelia, putidiſſima ſunt figmenta ævi multo poſterioris.* Utinam magnus hic vir addidiſſet rationes vel conjecturas, quibus in iſtam ſententiam inductus fuit! Sed de his nullum facit verbum; Maldonatus autem nec poſſe quippiam ad hanc ſententiam probandam afferri exiſtimavit, eam ideo ſolùm probabilem appellans, quod neque ullo impugnari poſſet argumento. Verùm ut de Evangelio ſecundum Ebræos conjecturas meas protuli, ita & in hoc juxta Ægyptios idem faciam, ulteriori eruditiorum conſiderationi & judicio cuncta ſubjiciens.

Evangelium, de quo agitur, ab Ægyptiis editum fuiſſe ante Lucæ Evangelium, huncque iſtud inter alia, ſi non præcipuè, reſpexiſſe, dum in procemio plures hiſtorias Evangelicas

Evangelicas memorat, ad quas emendandas & defectus earum ſupplendos ſuam literis conſignaſſe ſe innuit, probabile redditur ex eo, quod Lucas Evangelium ſcripſiſſe dicatur Alexandriæ in Ægypto. Ita quippe ſonat titulus ejus in verſione Syriaca ante mille annos edita: *Evangelium Lucæ Evangeliſtæ, quod protulit & evangelizavit Græce in Alexandria magna.* Et in Verſione Perſica, quam tamen non ex Græco, ſed Syriaco textu tranſlatam exiſtimat admodum Reverendus Waltonus: *Evangelium Lucæ, quod lingua Græca, Ægyptiaca in Alexandria ſcripſit.* Atque hoc non parum confirmatur ex eo, quod Lib. VII. Conſtit. Apoſtol. Clementis cap. 46. Lucas dicatur Alexandriæ fuiſſe, ibique Epiſcopum Avilium ordinaſſe: Τῆς Ἀλεξανδρέων Ἀννιανὸς πρῶτος ὑπὸ Μάρκου τοῦ εὐαγγελιστοῦ κεχειροτόνηται, δεύτερος δὲ Ἀβίλλιος ὑπὸ Λουκᾶ, καὶ αὐτοῦ Εὐαγγελιστοῦ. *Urbis Alexandrinorum Annianus primus à Marco Evangeliſta ordinatus eſt, ſecundus verò Avilius à Luca, & ipſo Evangeliſta.* Taceo recentiores, veluti Simeonem Metaphraſten, qui in Vita S. Lucæ Græce & Latine editâ ad calcem Commentariorum Oecumenii, p. 857. D. ita ſcribit: *Totam Libyam percurrens in Ægyptum pervenit, & quum ſuperiorem Thebaida intra ſuam doctrinam recepiſſet, ac ad magiſtrum* (Chriſtum) *per Evangelium adduxiſſet, inferiorem Thebaida, ſeptem portarum Civitatem, accedit, in qua etiam Pontifex ac Paſtor in Spiritu præficitur.* Equidem bene memini, quod Hieronymus in Præfat. Commentariorum ſuper Matthæum teſtetur, Lucam in Achaiæ Bœotiæque partibus Evangelium condidiſſe. Sed præferenda videtur hac in parte auctoritas Verſionis Syriacæ opinioni Hieronymi, qui fortaſſis legens, Lucam, poſtquam à Paulo ſejunctus fuit, in Achaia Evangelium prædicaſſe, ibique Martyrium objiſſe, ac reliquias ejus inde Conſtantinopolin tranſlatas eſſe, ut ipſe refert in Catalogo Scriptorum Eccleſiaſt. cap. *de Luca*, auguratus eſt eum ibidem Evangelium ſcripſiſſe, quod tamen certe aliquot ante mortem annis, & proinde alibi potiùs, quam in Achaia, ubi vitam finivit, feciſſe videtur. Sane

acta Apoſtolorum Lucas haud diu poſt conſignavit, quàm Paulus prima vice Romam venit, aut inde abiit, ut ex fine Actorum Apoſtolicorum colligitur: eundemque paulo antè Evangelium ſcripſiſſe itidem viris eruditis probatur, adeo ut quidam ambos libros duas unius operis partes faciant. Si igitur verum eſt, quod ex Vita S. Lucæ adduxi, eum nempe, Apoſtolo Paulo Romæ relicto, in Libyam & Ægyptum ſe contuliſſe, certè ratio temporis optimè titulo verſionis Syriacæ congruit, ac omnino Lucas in Ægypto Evangelium una cum Actis edidiſſe, ac inde ad Theophilum miſiſſe videtur. Poſito autem, quod verior ſit Hieronymi traditio de Achaia, aut quod ullo alio in loco Evangeliſta ſcripſerit, nihilominus, cùm in Ægypto eum fuiſſe, & Eccleſiæ iſtic curam geſſiſſe, in antiquis monumentis memoriæ ſit proditum, cumque inſuper certiſſimum ſit, hiſtoriam Evangelicam iſta fini ab eo literis conſignatam eſſe, ut alia, quæ tunc extabant, ὑπομνήματα Evangelica minus accuratè, minuſque perfectè ſcripta emendaret ac ſuppleret, inter alia iſtud ſecundum Ægyptios tunc in iſta gente extitiſſe, haud ineptè conjectare licet. Accedit, quod jam Clemens Romanus, vel quiſquis eſt Auctor Epiſt. 2. ad Corinthios, certè antiquiſſimus, iſto Evangelio uſus eſſe, ex fragmento mox recitando colligatur, quodque alter Clemens, Alexandrinus, cum à Julio Caſſiano aliiſque hæreticis textus quidam Ægyptiaci Evangelii contra matrimonium allegarentur, iſtud quidem haud in Canone eſſe monuerit, nec tamen rejecerit, quin potius obſcuris & durioribus verbis planum commodumque ſenſum reddere conatus fuerit, id minime facturus, ſi ex male ſano cerebro vel manibus hæreticorum primò prodiiſſet. Sin autem Evangelium iſtud à Catholicis Chriſtianis, & quidem Ægyptiis, fuit compoſitum, omnino id ante Lucæ aliorumque Apoſtolorum Evangelia edita factum eſt: neque enim poſtea Apoſtolicæ fidei ſectatores tale opus præſumpſiſſent, vel præſumptum alii acceptaſſent, ſed velut intempeſtivum fœtum prorſus abjeciſſent, quod tamen haud factum legimus. Equidem Origenes

Homil.

Homil. I. in Lucam, & Hieronymus Præfat. Commentar. in Matthæum iſtud inter principia hæreſeon retulerunt; ſed quid ad hoc reſpondendum ſit, ex iis patet, quæ de Evangelio ſecundum Hebræos dicta ſunt, unde hîc nullo amplius verbo opus eſſe videtur.

Clemens Romanus Epiſt. II. §. 12.

INterrogatus à quodam ipſe Dominus, quando venturum eſſet Regnum ejus, dixit: Cum duo erunt unum, & quod foris, ut quod intus, & maſculum cum fœmina, neque mas, neque fœmina.

ΕΠερωτηθεὶς αὐτὸς ὁ Κύριος ὑπό τινος, πότε ἥξει αὐτοῦ ἡ βασιλεία, εἶπεν· ὅταν ἔσται τὰ δύο ἓν, καὶ τὸ ἔξω ὡς τὸ ἔσω, καὶ τὸ ἄρσεν μετὰ τῆς θηλείας, οὔτε ἄρσεν, οὔτε θῆλυ.

Hæc ex Evangelio ſecundum Ægyptios petita eſſe, teſtatur alter Clemens, nempe Alexandrinus, qui Lib. III. Stromat. p. 465. Julio Caſſiano, hæretico atque diſcipulo Valentini, verba iſta citanti reſpondet, ea non in quatuor Evangeliis ab univerſa Eccleſia receptis, ſed in eo, quod eſt ſecundum Ægyptios, extare. Textum Clementis, quoniam adducta Evangelii Ægyptiaci verba paulo aliter ex Caſſiano allegat, & perſonam, quæ Chriſtum de tempore Regni ejus interrogavit, deſignat, integrum hic dabo: Διὰ τοῦτό τοι, ὁ Κασσιανός φησι, πυνθανομένης τῆς Σαλώμης, πότε γνωσθήσεται τὰ περὶ ὧν ἤρετο, ἔφη ὁ Κύριος· ὅταν τὸ τῆς αἰσχύνης ἔνδυμα πατήσητε, καὶ ὅταν γένηται τὰ δύο ἓν, καὶ τὸ ἄῤῥεν μετὰ τῆς θηλείας, οὔτε ἄῤῥεν, οὔτε θῆλυ. πρῶτον μὲν οὖν ἐν τοῖς παραδεδομένοις ἡμῖν τέτταρσιν Εὐαγγελίοις οὐκ ἔχομεν τὸ ῥητὸν, ἀλλ' ἐν τῷ κατ' Αἰγυπτίους. *Propterea, ait Caſſianus, cum percontaretur Salome, quando cognoſcerentur ea, de quibus interrogabat, dixit Dominus: Quando pudoris indumentum conculcaveritis, & quando duo facta fuerint unum, & maſculum cum fœmina, neque mas, neque fœmina. Primò quidem in nobis traditis quatuor Evangeliis non habemus hoc dictum, ſed in eo, quod eſt ſecundum Ægyptios.* Senſum obſcurorum iſtorum verborum in ſequentibus tradit Clemens Alexandrinus, de quo in Notis ad finem operis dicam. *

Clemens Alexandrinus Lib. III. *Stromat. p.* 445. *B.* 452. *D.* & 453. *D.*

SAlomæ interroganti; quoadusque homines morientur, dixit Dominus: quoadusque vos mulieres paritis. — Cumque ea

ΤῌΣαλώμῃ ὁ Κύριος πυνθανομένῃ, μέχρι τίνος οἱ ἄνθρωποι ἀποθανοῦνται· Μέχρις ἂν, εἶπεν, ὑμεῖς αἱ γυναῖκες τίκτετε -- φαμένης

γὰρ αὐτῆς, καλῶς οὖν ἐποίησα μὴ τεκοῦσα· ἀμείβεται λέγων ὁ Κύριος, πᾶσαν φάγε βοτάνην· τὴν δὲ πικρίαν ἔχουσαν μὴ φάγῃς.

dixiſſet: Rectè ergo feci, quæ non peperi, excipit Dominus dicens: Omni herba veſcere, ea autem, quæ habet amaritudinem, ne veſcaris.

Hæc ex Evangelio ſecundum Ægyptios deſumpta putavit Clemens, ut ipſe teſtatur pag. 452. B. Τὰ πρὸς Σαλώμην εἰρημένα, ὧν πρότερον ἐμνήσθημεν, φέρεται, οἶμαι, ἐν τῷ κατ' Αἰγυπτίους Εὐαγγελίῳ. *Quæ ad Salomen dicta ſunt, quorum prius meminimus, habentur, ut exiſtimo, in Evangelio ſecundum Ægyptios.* Proferebantur iſta ab hæreticis contra matrimonium, quibus ideo reſpondere conatus eſt non modo laudatus Clemens, ſed & Theodotus, licet hæreticus Valentinianus (*Valentiniani enim acceptum habent matrimonium*, ut ait Clemens initio Libri III. Stromat. pag. 350.) apud Clementem in Excerptis ex Theodoti Ἀνατολικῇ διδασκαλίᾳ aliiſque ejus libris pag. 799. col. 1. his verbis: ὅταν ὁ Σωτὴρ πρὸς Σαλώμην λέγῃ, μέχρι τότε εἶναι θάνατον, ἄχρις ἂν αἱ γυναῖκες τίκτωσιν, οὐ τὴν γένεσιν κακίζων ἔλεγεν, ἀναγκαίαν οὖσαν διὰ τὴν σωτηρίαν τῶν πιστευόντων. *Quando Servator Salomæ dixit, eouſque fore mortem, quouſque mulieres parerent, non prolocutus eſt iſta in vituperium generationis, quæ utique neceſſaria eſt propter conſervationem fidelium*; cætera ut omittam, quoniam Valentiniana in reſponſione profert deliria.

Idem Clemens citato Lib. III. *Stromat. p.* 452. *C. alia quædam verba ex Evangelio ſecundum Ægyptios ab hæreticis prolata refert*:

Φασὶ γὰρ, ὅτι αὐτὸς εἶπεν Σωτήρ· ἦλθον καταλῦσαι τὰ ἔργα τῆς θηλείας· θηλείας μὲν, τῆς ἐπιθυμίας· ἔργα δὲ γένεσιν καὶ φθοράν.

Aiunt ipſum Servatorem dixiſſe: Veni ad diſſolvendum opera fœminæ: fœminæ quidem cupiditatis, opera verò generationem & interitum.

Reſpondet Clemens & verba iſta explicat hunc in modum: *Non falſum dixit Dominus*: *Revera enim opera diſſolvit cupiditatis, avaritiam, contentionem, gloriæ cupiditatem, mulierum inſanum amorem, pædicatum, ingluviem, luxum & profuſionem, & quæ ſunt his ſimilia. Horum autem generatio* (ſive ortus) *eſt animæ interitus, ſiquidem delictis mortui efficimur.*

Cæterum Epiphanius citatâ hæreſ. LXII. §. 2. dicit, in Evangelio ſecundum Ægyptios Servatorem introduci declarantem diſcipulis, τὸ αὐτὸν εἶναι πατέρα, τὸ αὐτὸν εἶναι υἱὸν, τὸ αὐτὸν εἶναι ἅγιον πνεῦμα, *Eundem eſſe Patrem, & Filium, & Spiritum, S.*; eoque loco Sabellianos ad defenſionem erroris ſui, quo perſonas Trinitatis

nitatis confundebant, abuſos eſſe. Verùm non ipſa Evangelii Ægyptiaci verba, quæ in hiſtoria inſtitutionis Baptiſmi lecta fuiſſe videntur, recitavit Epiphanius, nec alibi, quod ſciam, allegata reperiuntur.

Acta Apoſtolorum.

PRæter Evangelium XII. Apoſtolorum, de quo ante dictum, extitere jam olim Apocryphi Actus Apoſtolorum, alii ab hæreticis confictí, alii inter Eccleſiaſtica ſcripta numerati, non tamen in Canonem Divinæ Scripturæ admiſſi. Illos quod attinet, Epiphanius Hæreſ. XXX. de Ebionitis ſcribit §. 16. Πράξεις δὲ ἄλλας καλοῦσιν Ἀποστόλων εἶναι, ἐν αἷς πολλὰ τῆς ἀσεβείας αὐτῶν ἔμπλεα, ἔνθεν οὐ παρέργως κατὰ τῆς ἀληθείας ἑαυτοὺς ὥπλισαν. Ἀναβαθμοὺς γάρ τινας καὶ ὑφηγήσεις δῆθεν ἐν τοῖς Ἀναβαθμοῖς Ἰακώβου ὑποτίθενται, ὡς ἐξηγουμένου κατά τε τοῦ ναοῦ καὶ τῶν θυσιῶν, κατά τε τοῦ πυρὸς τοῦ ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ, καὶ ἄλλα πολλὰ κενοφωνίας ἔμπλεα, ὡς καὶ τοῦ Παύλου κατηγοροῦντες οὐκ αἰσχύνονται ἐπιπλάστοις τισὶ τῆς τῶν ψευδαποστόλων αὐτῶν κακουργίας καὶ πλάνης λόγοις πεποιημένοις· Ταρσέα μὲν αὐτόν, ὡς αὐτὸς ὁμολογεῖ, καὶ οὐκ ἀρνεῖται, λέγοντες, ἐξ Ἑλλήνων δὲ αὐτὸν ὑποτίθενται, λαβόντες τὴν πρόφασιν ἐκ τοῦ τόπου διὰ τὸ φιλάληθες ὑπ' αὐτοῦ ῥηθέν, ὅτι Ταρσεύς εἰμι, οὐκ ἀσήμου πόλεως πολίτης· εἶτα φάσκουσιν αὐτὸν εἶναι Ἕλληνα, καὶ Ἑλληνίδος μητρὸς καὶ Ἕλληνος πατρὸς παῖδα. ἀναβεβηκέναι δὲ εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ χρόνον ἐκεῖ μεμενηκέναι, ἐπιτεθυμηκέναι δὲ θυγατέρα τοῦ ἱερέως πρὸς γάμον ἀγαγέσθαι, καὶ τούτου ἕνεκα προσήλυτον γενέσθαι, καὶ περιτμηθῆναι· εἶτα μὴ λαβόντα τὴν κόρην ὠργίσθαι, καὶ κατὰ περιτομῆς γεγραφέναι, καὶ κατὰ Σαββάτου καὶ νομοθεσίας. *Alios Apoſtolorum actus circumferunt, in quibus plurima ſunt impietatis illorum veſtigia; ejuſque potiſſimum auctoritate libri ad oppugnandam veritatem armantur. Quippe certos illîc gradus & ductus, videlicet in gradibus Jacobi, ſupponunt, quaſi declamantis contra templum & ſacrificia, eumque, qui in altari eſſe ſolet, ignem. Accedunt alia quamplurima futiliſſima, ut vel Paulum ipſum illic accuſare non erubuerint mendaciſſimis quibuſdam ſermonibus, quos falſorum ex illo grege Apoſtolorum error atque improbitas excogitavit. Quippe Tarſenſem quidem illum nominant, id quod ipſe non negat, imo palam profitetur,*

profitetur, ſed commenti ſunt à Gentilibus oriundum eſſe, captantes occaſionem ex iſto loco, ubi ipſe, quod res erat, ingenuè proponit, dicens (Act. XXI. 39.) *Tarſenſis ego ſum, nec urbis obſcuræ civis. Ex quo Gentilem fuiſſe colligunt, & utroque parente gentili procreatum: cumque Hieroſolymam acceſſiſſet, & ibidem aliquamdiu manſiſſet, Pontificis filiam ducere in animum induxiſſe, & eam ob rem Proſelytum factum, atque circumciſum eſſe; poſtea, quod virginem non accepiſſet, ſuccenſuiſſe, & adverſus Circumciſionem ac Sabbathum totamque legem ſcripſiſſe.* Ex quibus patet, pleniſſima hæreticæ inſaniæ Acta iſta fuiſſe. Alia verò Acta Apoſtolorum non ita malæ notæ memorat Varadatus, Seculi V. Monachus, in Epiſtola ad Leonem Imperatorem, (quæ eſt ultima inter iſtas, quas de Concilio Chalcedonenſi ad Cæſaream Majeſtatem ex diverſis mundi partibus ſcriptas habemus) Tom. IV. Concil. Labbæi col. 978. D. ſequentibus verbis: *Sancti Apoſtoli, dum congregati eſſent in Jeruſalem, præter Paulum Apoſtolum, omnes ſimul librum Actuum conſcripſerunt propter fidem Domini Jeſu Chriſti, & permanet in ſanctis Eccleſiis, quod ſcripſerunt.* Quibus verbis haud obſcurè indicat, in iſto libro hiſtoriam rerum, primis poſt adſcenſionem Domini annis geſtarum, enarratam, eamque ipſis S. Apoſtolis auctoribus adſcriptam fuiſſe. Innuit inſuper Acta iſta Apoſtolorum ſatis nota iſto tempore in Eccleſiis fuiſſe; unde miror, vix in ullis aliis S. Patrum monumentis, quibus excuſis utimur, memorata aut allegata reperiri, præterquam in Iſidori Peluſiotæ, Varadato coævi, Lib. II. Epiſt. 99. ad Aprodiſium, ubi iſta Acta, & in ſpecie Petri, Apoſtolorum Principis, verba aliqua citantur, adeo ut hinc conjectare liceat, non junctim omnium Apoſtolorum, ſed ſeorſim ſingulorum res geſtas in libro iſto enarratas fuiſſe. Equidem objici poſſet, Iſidorum verba illa non ex Actis Apoſtolorum omnium à Varadato memoratis, ſed ex alio libro Actuum Petri, cujus mentionem injicit Euſebius Lib. III. Hiſt. Eccleſ. cap. 3. adduxiſſe. Verùm primo incertum eſt, utrum acta Petri

apud

apud Eusebium diversa fuerint à prima parte libri, à Varadato laudati, qui ab Actibus Petri, tanquam primi Apostoli, procul dubio incepit, ac forte totus inde titulum Actorum Petri gessit. Deinde posito, quod haud eadem fuerint acta ab Eusebio & Varadato memorata, Isidorum sane verba mox recitanda non ex singulis Actis Petri, sed omnium Apostolorum citasse vero est simillimum, partim quia expresse præfatur, Apostolos (*pluraliter*) scripsisse, quæ ipsi ceperunt; partim quia verba Petri, quæ allegat, in plurali numero concepta sunt, ac proinde ex tali libro desumpta videntur, ubi plurium Apostolorum, non unius Petri, dicta & facta fuere recensita, vel in quo Petrus nomine omnium scripsit, ut sæpe nomine omnium locutus est, indeque *os Apostolorum* à quibusdam appellari meruit. Quomodocunque autem hæc res se habeat, non incommodum hîc censui locum, quo exiguum istud fragmentum ex Isidoro repetam, quod licet non insignem videatur habere usum, inveniendis tamen antiquis Actis forte inservire aliquando poterit.

Isidorus Pelusiota Lib. II. *Epist.* 99. *ad Aprodisium.*

APostoli ea, quæ ceperunt, literis complexi sunt, veluti Petrus, Apostolici chori præsul in Actibus suis apertè pronuntiavit: quæ cepimus, scripsimus: at mundus ne ea quidem, quæ scripta sunt, capere potuit. Nam nec avarus de voluntaria paupertate sermonem cepit: nec lascivus eum, qui de pudicitia erat: nec alienorum bonorum raptor eum, qui de justitia; nec crudelis eum, qui de humanitate: nec iracundus eum, qui de mansuetudine.

ΟΙ μὲν οὖν ἀπόστολοι, ἃ ἐχώρησαν, ἔγραψαν, καθὼς Πέτρος ὁ κορυφαῖος τοῦ χοροῦ ἐν ταῖς ἑαυτοῦ πράξεσι σαφῶς ἀπεφήνατο· ἃ ἐχωρήσαμεν, ἐγράψαμεν, ὁ δὲ κόσμος οὐδὲ τὰ γραφέντα ἐχώρησεν· ὁ γὰρ φιλοχρήματος οὐκ ἐχώρησε τὸν τῆς ἀκτημοσύνης λόγον· οὐδ᾽ ὁ λάγνος, τὸν περὶ σωφροσύνης· οὐχ᾽ ὁ πλεονέκτης τὸν περὶ δικαιοσύνης· οὐχ ὁ ὠμὸς τὸν περὶ φιλανθρωπίας· οὐχ ὁ θυμώδης τὸν περὶ πραότητος.

Utrum integer textus modò recitatus sit Petri, an vero finiatur istis verbis: *capere potuit*, adeò ut sequentia sint ab Isidoro explicationis gratia addita, pro certo affirmare nequeo, ideoque cuncta potius descripsi, ne quid improvide omitterem.

Institutiones

Institutiones ſive *Conſtitutiones Apoſtolorum.*

INter Apocrypha N.T. ſcripta, recepta quidem ab aliis, ab aliis verò rejecta numerantur ab Euſebio Lib. III. Hiſt. Eccleſ. cap. 25. τῶν Ἀποςόλων αἱ λεγόμεναι διδαχαὶ, *Apoſtolorum Doctrinæ* ſive *Inſtitutiones* vulgò *dictæ*; quamvis Ruffinus in ſua verſione poſuerit in numero ſingulari: *Doctrina, quæ dicitur, Apoſtolorum*, ideoque legiſſe videatur τῶν Ἀποςόλων ἡ λεγομένη διδαχὴ, quomodo & ab Athanaſio in Epiſtola Feſtali ac in Synopſi Scripturæ ſingulariter appellata eſt, illic quidem διδαχὴ καλυμένη τῶν Ἀποςόλων, hîc verò ſimpliciter διδαχὴ Ἀποςόλων, & ſic quoque à Nicephoro Conſtantinopolitano in fine Chronologiæ, ubi de libris Scripturarum agit. Per hanc *Doctrinam* ſive *Inſtitutiones Apoſtolorum* Matthæus Blaſtares in Notis ad Athanaſii Epiſtolam Heortaſticam intellexit Conſtitutiones Apoſtolicas Clementis, uti vulgo dicuntur, à Synodo Trullana memoratas & hodienum ſuperſtites; in qua ſententia alii quoque fuere, quorum mentionem fecit, non tamen nomina dedit, Zonaras in Scholiis ad dictam Athanaſii Epiſtolam allegatus p. 221. Annotat. ad Synodicon, quod edidit Vir ob dignitatem pariter ac ſingularem pietatem atque eruditionem Reverendus D. Beveregius. Ex recentioribus idem opinati ſunt Turrianus & Baronius, quorum ille Manuſcriptum quendam Codicem adducit, in quo Conſtitutiones Clementis titulo Διδασκαλίας inſignitæ fuerunt, hic verò pro argumento ſumit caput ſive principium operis: Ἀκούσατε διδασκαλίαν ἱερὰν οἱ ἀντεχόμενοι τῆς ἐπαγγελίας αὐτοῦ ἐκ προστάγματος Σωτῆρος. *Audite ſacram doctrinam vos, qui ex præcepto Servatoris promiſſionem ejus retinetis.* Addere potuiſſet plura clariora ex ipſo Conſtitutionum Apoſtolicarum corpore, nempe Lib. II. cap. 12. cujus inſcriptio eſt: *Doctrina* (διδασκαλία) *de modo, quo pœnitentes tractandi ſunt.* Et cap. 39. Matthæus expreſsè dicit: *Ego Matthæus, unus ex duodecim, qui vobis in hac Doctrina*

(ἐν τῇδε τῇ διδασκαλίᾳ) *loquuntur, sum Apostolus.* Similiter Lib. VI. cap. 14. *Omnes in unum congregati scripsimus vobis Catholicam hanc doctrinam ad confirmandos vos*, &c. Et cap. 18. *Vobis Episcopis & reliquis Sacerdotibus hanc Catholicam doctrinam* (τὴν δὲ τὴν καθολικὴν διδασκαλίαν) *merito & jure reliquimus.* Quibus aliisque locis inductus quoque doctissimus Cotelerius in eandem concessit sententiam, ac argumenta contraria dissolvere conatus est in principio aurearum Annotationum ad Constitutiones Apostolicas Clementis. Verùm non possum hac in parte judicio magni hujus viri acquiescere, fateorque me magis in contrariam Reverendissimi Usserii inclinare sententiam. Equidem id lubens concedo, Doctrinam Apostolorum ab Eusebio & Athanasio memoratam fuisse eandem cum Διατάξει sive *Constitutione Apostolica*, ab Epiphanio aliquoties laudata, siquidem ipse Hæres. LXXX. Messalianorum, §. 7. Constitutionibus istis Doctrinam Apostolorum comprehensam fuisse, aperte indicat his verbis: Ἐν ταῖς διατάξεσι τῶν Ἀποστόλων φάσκει ὁ θεῖος λόγος καὶ ἡ διδασκαλία, *In Constitutionibus Apostolorum edicit Divinus sermo & Doctrina*; sed istas, quibus modò utimur, Constitutiones Apostolicas Clementi adscriptas, nego easdem esse cum διδαχαῖς sive διδασκαλίᾳ Apostolorum, licet in quibusdam capitibus conveniant. Ac tribus quidem argumentis negativam jam probavit laudatus Usserius in eruditissimis Prolegomenis ad S. Ignatii Epistolas, cap. 7. Primum ipsi suppeditavit auctoritas Athanasii, in Epistola Heortastica annumerantis *Doctrinam Apostolorum* istis libris, qui non erant in Canone, sed legendi tradebantur προσερχομένοις καὶ βουλομένοις κατηχεῖσθαι, *accedentibus cum proposito, ut Catechesi imbuerentur.* Id quod nullatenus ad Constitutiones Clementis quadrat, in quibus mysteria prolixe exponuntur, Catechumenis semper occultata. Unde in Canone ultimo Apostolorum, ubi libris N. T. enumeratis adjunguntur Constitutiones Clementis, hæ ita insigniuntur: *Constitutiones vobis Episcopis per me Clementem in octo libris nuncupatæ, quas non oportet coram omnibus evulgare ob mystica,*

ſtica, quæ in eis continentur. Equidem excipit Cotelerius, ultimum iſtum Canonem Apoſtolicum non tantum ferre ætatis, ac primam διατάξεων Editionem,qua utebatur Epiphanius; verùm quicquid de Canone iſto ſtatuatur, quem recentiorem eſſe facile conceſſerim, ritus tamen occultandi myſteria in Eccleſia, Athanaſii præſertim ævo, ita ſtricte obſervabatur, ut ipſe Arianos tanquam proditores Chriſtianæ religionis ob evulgationem myſteriorum reprehenderit. Quomodo igitur ſcribere poterat, Conſtitutiones Clementis, myſteriis plenas, Catechumenis legendas traditas fuiſſe? Quod verò auguratur Cotelerius, duo fuiſſe Apoſtolicæ Doctrinæ corpora, unum integrum, alterum Excerpta quædam iſtius doctrinæ continens, demptis μυστικωτέροις, gratis dicitur, & Dallæus primus hujus conjecturæ auctor Lib. I. de Pſeudepigraphis Apoſtolicis c. 4. illam tanquam incertam propoſuit, nec ipſe Cotelerius ei multum fidere videtur. Sed fortius eſt ſecundum Uſſerii argumentum, deſumptum ab exiguo 200. verſiculorum numero, quibus διδαχὴ Apoſtolorum, tum in Græco Nicephori Conſtantinopolitani textu, tum in Latina Anaſtaſii Bibliothecarii interpretatione conſtare dicitur: unde colligere eſt, eam minorem fuiſſe Cantico Salomonis, cui 280. στίχους idem Auctor adſcribit. At verò Conſtitutiones Clementis longe prolixiores eſſe,cuilibet eas primùm evolventi patet. Equidem Johannes Croius cap. I. Obſervationum in N. T. mentionem facit MS. cujuſdam Codicis Nicephori, in quo non διδαχαὶ, ſed διαδοχαὶ Αποστόλων lectæ fuere. Sed ipſe Cotelerius *manifeſtum* in hoc *vitium* agnoverat in antecedentibus, adeo ut mirari ſubeat, eum paulo poſt in reſponſione ad prolatum Uſſerii argumentum poſuiſſe: *Vel præferre oportet lectionem MS. Crojani*. Quod verò ibidem objicit, Nicephorum forte decurtatam vidiſſe διδαχὴν, id ipſe addita voce *forte*, incertum eſſe prodit, nec ullam rationem hujus conjecturæ addit. Fortiſſimum autem eſt tertium Reverendiſſimi Uſſerii argumentum, petitum ex Indiculo librorum Canonicorum & Apocryphorum, quem Anaſtaſii quæſtionibus ſubjectum

ctum exhibet Codex 206. Baroc. in Bibliotheca Bodleiana, ubi διδαχαὶ τῶν Ἀποςόλων & Διδασκαλία Κλήμεντος, tanquam duo diſtincta opera recenſentur. Confirmavit potiùs hoc argumentum Cl. Cotelerius, dum eundem Indiculum ex Codice 1789. Bibliothecæ Regis Galliæ integrum recenſuit, nulla autem ratione iſtud ſolvit; tam exilia enim ſunt, quæ regerit, ut repetere ſit tædioſum. Quis enim ſibi perſuaderet, non per *Didaſcaliam Clementis* in Indiculo iſto memoratam, ſed per *Doctrinas Apoſtolorum* indigitatas eſſe *Conſtitutiones Clementis*, quibus modò utimur? Miſſis aliis argumentis, hoc ſolùm ad probandam differentiam Doctrinæ Apoſtolorum & Conſtitutionum Clementis addo, quod varia ex illa citentur, quæ in his non reperiuntur, imo contraria in iiſdem legantur, ut ex fragmentis mox recenſendis & Annotationibus ſubnexis patebit. Quod verò quædam ex Conſtitutionibus vel Doctrinis Apoſtolicis allegata apud Epiphanium, in Conſtitutionibus Clementis reperiantur, nihil eſt mirum, ſiquidem plura & in his duabus Didaſcaliis, & in aliis, veluti Ignatii, Polycarpi, &c. fuere prorſus eadem, ex eodem fonte, orali ſcilicet Apoſtolorum traditione, vel conſuetudine Apoſtolicarum Eccleſiarum manantia. Minùs adhuc miranda Doctrinarum Apoſtolicarum & Conſtitutionum Clementinarum affinitas, ſi vera eſt conjectura valde probabilis admodum Reverendi Pearſoni, in Vindiciis Epiſtolarum S. Ignatii Part. I. c. 4. prope finem aſſerentis, libros octo Conſtitutionum Apoſtolicarum, quos nunc habemus, poſt Epiphanii ævum ex ipſis Didaſcaliis Apoſtolorum aliorumque Apoſtolicorum virorum conſarcinatos, indeque titulum καθολικῆς διδασκαλίας indeptos eſſe, adeo ut antiquæ iſtæ *Doctrinæ Apoſtolorum* maxima ſui parte in iſta Compilatione fuerint ſervatæ, exceptis iis punctis, quæ recentioris iſtius ævi conſuetudini erant adverſa, v. g. *de Paſchate cum Judæis celebrando*; qua conſtitutione rejecta, contraria potius, de qua in Concilio Nicæno convenerat, collectioni iſti inſerta eſt, ac ſimiliter alia pro iſtius temporis ratione mutata, detracta vel addita.

dita. Sed quomodocunque ista se habeant, sive Doctrinæ Apostolorum Clementinis constitutionibus fuerint insertæ, indeque nata utrarumque affinitas, sive hæc orta fuerit ex eo, quod utraque Didascalia ex eodem manaverit fonte, id firmum ratumque manet, duo distincta opera fuisse.

Cæterùm ut pateat, quænam in antiquis istis Doctrinis Apostolorum tradita fuerint, fragmenta earum ex Epiphanio aliisque collecta hîc exhibebo. Cui operæ pretium fore puto, quia *Doctrinæ* sive *Constitutiones* istæ antiquæ maximam olim in Ecclesia apud quosdam auctoritatem obtinuere, tanquam ab ipsis Apostolis profectæ fuissent, licet alii de auctoribus, ac proinde etiam de auctoritate earum dubitaverint. Patet id ex allegato Eusebii loco & Athanasii Epistola Heortastica, siquidem ille Doctrinas istas ab indubitatis quidem libris Sacri Codicis discernit, attamen non inter rejectanea retulit, sed in media classe Scripturarum dubiarum collocavit, in qua etiam Epistolas Jacobi, Judæ, &c. ipsamque S. Johannis Apocalypsin posuit; hic vero cum Sapientia Salomonis, Sirach, aliisque talibus V. T. libris, cumque Hermæ Pastore connumeravit, scribens *hos libros non quidem in Canonem relatos, sed auctoritate Patrum illis, qui elementis Catecheseos imbuendi essent, propositos fuisse.* Epiphanius quoque semper hunc librum ita citavit, tanquam ipsorum Apostolorum genuinus fuerit fœtus, ut ex verbis jamjam recitandis patebit. Præ aliis vero notabilis est locus supra allegatus ex Hæres. LXXX. §. 7. ubi Constitutiones istas Apostolicas, tanquam Divinitus inspiratas laudabat. Unde etiam factum, ut, Audianis Constitutiones istas ad defensionem suæ discessionis ab Ecclesia in ritu celebrandi Paschatis adducentibus, Epiphanius contra ipsos Hæres. LXX. §. 10. disputans, testimonium inde petitum haud rejecerit, tanquam invalidum aut fide indignum, sed verba aliter exponere conatus fuerit, de ipsa Apostolorum Diataxi sive Doctrina scribens: οὖσαν μὲν τοῖς πολλοῖς ἐν ἀμφιλέκτῳ, ἀλλ' οὐκ ἀδόκιμον. Πᾶσα γὰρ ἐν αὐτῇ κανονικὴ τάξις ἐμφέρεται, καὶ οὐδὲν παρακεχαραγμένον τῆς πίστεως, οὐδὲ τῆς ὁμολογίας, οὐδὲ τῆς ἐκκλησι-

ασικῆς

αστικῆς διοικήσεως, καὶ κανόνος, καὶ πίστεως. i. e. *Librum istum à multis quidem in dubium vocari, sed non esse improbandum: omnis quippe Canonicus ordo in eo continetur, nihilque in fide adulteratum, neque in confessione, nec in Ecclesiastica administratione, & Canone, & fide.*

Quamvis autem ipsi Apostoli Doctrinas sive Constitutiones eis adscriptas haud scripserint aut dictaverint, neque forte Epiphanius id voluerit, id tamen omnino videtur certum, librum istum ex traditionibus, quas Ecclesiæ ab Apostolis hic illic prædicantibus & Ecclesiastica negotia rite constituentibus acceperunt ac religiose observarunt, compositum fuisse, & quidem sub finem Seculi I. aut saltem ipso Seculi II. initio. Quod ut credam, ista de tempore Paschalis festi unà cum Judæis celebrandi constitutione inducor. In hac enim primorum Hierosolymitanæ Ecclesiæ Episcoporum & fidelium, qui ex circumcisione fuerant, rationem præ aliis fuisse habitam, Epiphanius Hær. LXX. §. 10. notat his verbis: Ἅμα δὲ καὶ πεντεκαίδεκα ἐπίσκοποι γεγόνασιν ἐκ περιτομῆς, καὶ ἐχρῆν τότε τῶν ἐπισκόπων ἐκ περιτομῆς ὄντων ἐν Ἱερουσαλὴμ κατασταθέντων, τὸν πάντα κόσμον τούτοις συνέπεσθαι, καὶ μετ' αὐτῶν ἐπιτελεῖν· ἵνα μία τις γένηται συμφωνία καὶ μία ὁμολογία, μία ἑορτὴ ἐπιτελουμένη. *Simul autem XV. Episcopi fuerunt ex circumcisione, & oportebat tunc Episcopis ex circumcisione existentibus, inque Hierusalem constitutis, omnem mundum aßentiri, & cum ipsis perficere, una ut omnium concordia, una confessio, una festivitatis obeundæ ratio firmaretur.* At verò quindecim isti Episcopi ante eversam ab Hadriano Hierosolymam sibi in ea sede successerunt, teste Eusebio Lib. IV. Hist. Eccles. c. 5. ubi ait: *Illud ex veterum Scriptorum monumentis didici, ad illam usque obsessionem Judæorum, quæ imperante Hadriano contigit, quindecim Episcopos continua successione illi Ecclesiæ* (Hierosolymitanæ) *præfuisse.* Cum itaque ista obsessio circa annum Christi cxx. contigerit, ante hæc tempora doctrinas Apostolorum collectas literisque consignatas esse, haud inepte colligitur.

Fragmenta

Fragmenta *Doctrinæ Apostolorum* sive *Constitutionum Apostolicarum.*

Epiphanius Hæres. XLV. §. 5.

Καὶ οἱ Ἀπόστολοί φασιν ἐν τῇ διατάξει τῇ καλουμένῃ· ὅτι φυτεία Θεοῦ καὶ ἀμπελὼν ἡ καθολικὴ Ἐκκλησία.

ET Apostoli in libro, qui Constitutio vocatur, aiunt, Catholicam Ecclesiam esse Dei plantationem & vineam.

Eadem habentur in ipso limine Constitutionum Clementis, illuc ex Doctrinis Apostolorum translata.

Idem Hæres. LXX. §. 10.

Οείζουσι γὰρ ἐν τῇ διατάξει οἱ Ἀπόστολοι, ὅτι ὑμεῖς μὴ ψηφίζητε, ἀλλὰ ποιῆτε, ὅταν οἱ ἀδελφοὶ ὑμῶν οἱ ἐκ περιτομῆς· μετ᾽ αὐτῶν ἅμα ποιεῖτε -- κἄν τι πλανηθῶσι, μηδὲ ὑμῖν μελέτω.

Apostoli in Constitutione definiunt: Vos temporum rationes nolite subducere, sed eo tempore agite (festum) quo fratres vestri, qui ex circumcisione prodierunt. Cum iis itaque celebrate — & quamvis aberrent ipsi, hoc nihil curate.

Contrarium plane præcipitur in istis, quibus modo utimur, Constitutionibus Clementis Lib. V. cap. 17. quod Latinis verbis ita sonat: *Oportet ergo fratres, ut vos, qui pretioso Christi sanguine redempti estis, dies Paschæ accurate & cum omni diligentia celebretis post æquinoctium, ne bis in anno passionis unius memoriam peragatis, sed semel quotannis memoriam semel mortui recolatis: non amplius observantes, ut cum Judæis festum agitetis: nulla enim nobis nunc cum eis est societas. Nam in ipso etiam calculo falluntur, quem putant se recte ponere, ut omni ex parte errent, & sint à veritate disjuncti. Vos autem observate diligenter conversionem æquinoctialem verni temporis, quæ contingit vigesima secunda die mensis duodecimi, id est, Dystri; notantes usque ad vigesimam primam Lunam, ne in aliam hebdomadam incidat dies Lunæ quartus decimus, & errore oborto per ignorantiam bis in anno Pascha peragamus, aut diem resurrectionis Domini nostri Jesu in alio die celebremus, præterquam in Dominico solo.* Unde Cotelerius ad h. l. *Recte*, inquit, *observarunt docti homines, Constitutionem hujus Capitis diversam esse à Constitutione, de qua Epiphanius in Hæresi Audianorum Sect.* 10. Imo non solum diversa est, sed è diametro contradicit.

Idem

Idem:

Aiunt enim (Apoſtoli) pervigilium agendum eſſe in medio azymorum.

Φάσκουσι γὰρ τὴν ἀγρυπνίαν φέρειν, μεσαζόντων τῶν ἀζύμων.

Ex hac Conſtitutione Apoſtolica videtur nata illa in Clementinis Lib. V. c. 19. *Sabbatho* (ante Paſchalem Dominicam) *uſque ad gallicinium permanentes, illuceſcente una Sabbathorum, quæ eſt dies Dominica, jejunium ſolvite, a veſpera uſque ad galli cantum vigilantes, & in Eccleſia congregati in unum, vigiliis, orationibus & ad Deum precibus vacate.* Hinc Hieronymus ritum iſtum ab Apoſtolis traditum fuiſſe docuit, ejuſque originem pandit in Matth. xxv. v. 6. Tom. VI. pag. 55. B. ſcribens: *Traditio Judæorum eſt, Chriſtum media nocte venturum in ſimilitudinem Ægyptii temporis, quando Paſcha celebratum eſt, & exterminator venit, & Dominus ſuper tabernacula tranſiit, & ſanguine agni poſtes noſtrarum frontium conſecrati ſunt. Unde reor, & traditionem Apoſtolicam permanſiſſe, ut in die vigiliarum Paſchæ ante noctis dimidium populos dimittere non liceat, expectantes adventum Chriſti, & poſtquam illud tempus tranſierit, ſecuritate præſumpta feſtum cunctos agere diem.*

Idem §. 11.

Dicunt enim iidem Apoſtoli: quando illi epulantur, vos jejunantes pro ipſis lugete, quia in die feſtivitatis Chriſtum crucifixerunt: & quando illi lugent, azyma edentes cum lactucis agreſtibus, vos epulamini.

Λέγουσι γὰρ οἱ αὐτοὶ Ἀπόστολοι, ὅτι ὅταν ἐκεῖνοι εὐωχῶνται, ὑμεῖς νηστεύοντες ὑπὲρ αὐτῶν πενθεῖτε, ὅτι ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς ἑορτῆς τὸν Χριστὸν ἐσταύρωσαν· καὶ ὅταν αὐτοὶ πενθῶσι, τὰ ἄζυμα ἐσθίοντες ἐν πικρίσιν, ὑμεῖς εὐωχεῖσθε.

Iſtæ Doctrinæ Apoſtolicæ expreſſe, ſive quoad verba, in hodiernis Conſtitutionibus non habentur: prioris tamen veſtigium aliquod cernitur Lib. V. cap. 15. ubi de jejunio ſex dierum hebdomadis Antepaſchalis, tanquam ab ipſo Servatore fidelibus præſcripto, Auctor ita ſcribit: *Itaque ipſe præcepit nobis jejunare his ſex diebus propter Judæorum impietatem & ſcelus, admonens ut defleamus illos & de eorum interitu lamentemur: nam ipſe etiam eis illacrymatus eſt, ignorantibus tempus viſitationis eorum.*

Eodem §. 11.

Cum iterum eoſdem (*Apoſtolos*) audiamus in Conſtitutione dicentes: Qui affligit animam ſuam in Dominica, maledictus eſt Deo.

Αὖθις αὐτῶν ἀκούοντες ἐν τῇ διατάξει, ὅτι ὁ κακῶν ἑαυτοῦ τὴν ψυχὴν ἐν Κυριακῇ, ἐπικατάρατός ἐστι τῷ Θεῷ.

Iſtis

Iſtis gemina ſunt verba, quibus Liber V. Conſtitutionum Clementinarum clauditur, ita ſonantia: *In omni Dominica lætos conventus celebrate: erit enim reus peccati, qui per Dominicam, utpote diem reſurrectionis, jejunaverit, aut qui Pentecoſten, vel quemlibet feſtum diem triſtitia funeſtaverit: tunc enim lætari oportet, non autem lugere.*

Idem §. 12.

Παρατηρεῖται ἡ Ἐκκλησία ἄγειν τὴν ἑορτὴν τοῦ πάσχα, τουτέστι τὴν ἑβδομάδα τὴν ὡρισμένην καὶ ἀπ' αὐτῶν τῶν Ἀποστόλων ἐν τῇ διατάξει, ἀπὸ δευτέρας σαββάτων, ὅπερ ἐστὶν ἀγορασμὸς τοῦ προβάτου.

Obſervat autem Eccleſia, ut peragat feſtum Paſchatos, hoc eſt, hebdomadam decretam etiam ab ipſis Apoſtolis in Conſtitutione, à ſecunda Sabbathorum, quæ dies eſt agni emptioni dicta.

Idem Epiphanius Hæreſ. 75. Aerianorum §. 6.

Εἰ δὲ καὶ χρὴ τὸ τῆς διατάξεως τῶν ἀποστόλων λέγειν, πῶς ἐκεῖ ὥριζοντο τετράδα καὶ προσάββατον νηστείαν, (Uſſerius in Prolegom. ad Ignatium c. 8. vult legi νηστεύειν) διὰ παντὸς, χωρὶς πεντηκοστῆς· καὶ περὶ τῶν ἓξ ἡμερῶν τοῦ Πάσχα, πῶς παραγγέλλουσι μηδὲν ὅλως λαμβάνειν, ἢ ἄρτου καὶ ἁλὸς καὶ ὕδατος, ποίαν τε ἡμέραν ἄγειν, πῶς τε ἀπολύειν εἰς ἐπιφώσκουσαν Κυριακήν, φανερόν ἐστι -- Εἶτα δὲ εἰ μὴ περὶ τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως τετράδων καὶ προσαββάτων οἱ αὐτοὶ ἀπόστολοι ἐν τῇ διατάξει ἔλεγον, καὶ ἄλλως ἐκ πανταχόθεν εἴχομεν ἀποδεῖξαι· ὅμως περὶ τούτου ἀκριβῶς γράφουσι.

Si vero etiam oportet ex Apoſtolorum Conſtitutione loqui, quomodo illîc definierunt jejunandum eſſe perpetuò feria quarta & Proſabbatho, excepta Pentecoſte; & de ſex diebus Paſchatis, quomodo præcipiunt nihil omnino ſumendum, præter panem, & ſalem, & aquam, qualemque diem agere oporteat, & quomodo jejunium ſolvere in illuceſcente Dominica, manifeſtum eſt — Deinde vero ſi de eodem argumento quartarum & Proſabbathorum iidem Apoſtoli in Conſtitutione non dixiſſent, etiam undique aliter poſſemus demonſtrare: ſed tamen accurate ea de re ſcribunt.

Quod attinet Conſtitutionem Apoſtolicam de Paſchali hebdomada ſive ſex diebus Antepaſchalibus ſtricto jejunio tranſigendis, ita ut ipſæ veſpertinæ refectiones non niſi pane, ſale & aqua conſtent, hæc iterum iterumque repetitur in Clementinis, veluti Lib. V. c. 13. Ἄρξασθε τῆς ἁγίας τοῦ πάσχα ἑβδομάδος, νηστεύοντες αὐτὴν πάντες μετὰ φόβου καὶ τρόμου, προσευχόμενοι ἐν αὐτῇ περὶ τῶν ἀπολλυμένων

μένων. *Incipite sanctam Paschæ hebdomadam, cuncti per eam jejunantes cum timore & tremore, orantes in iis diebus pro pereuntibus.* Conferatur cap. 15. ex quo jam antè verba aliqua recitavi. Porro cap. 18. hæc legimus verba: Ἐν ταῖς ἡμέραις οὖν τοῦ πάσχα νηστεύετε, ἀρχόμενοι ἀπὸ δευτέρας, μέχρι τῆς παρασκευῆς καὶ σαββάτου, ἓξ ἡμέρας, μόνῳ χρώμενοι ἄρτῳ, καὶ ἁλὶ, καὶ λαχάνοις, καὶ ποτῷ ὕδατι. οἴνου δὲ καὶ κρεῶν ἀπέχεσθε ἐν ταύταις· ἡμέραι γάρ εἰσι πένθους, ἀλλ' οὐχ ἑορτῆς. Τὴν μὲν γὰρ παρασκευὴν καὶ τὸ σάββατον ὁλόκληρον νηστεύσατε, οἷς δύναμις πρόσεστι τοιαύτη, μηδενὸς γευόμενοι μέχρις ἀλεκτοροφωνίας νυκτός· εἰ δέ τις ἀδυνατεῖ τὰς δύο συνάπτειν ὁμοῦ, φυλασσέσθω κἂν τὸ σάββατον. *In diebus ergo Paschæ jejunate, incipientes à feria secunda, usque ad Parasceven & Sabbatum, per sex dies, solo utentes pane, sale, oleribus & aquæ potu: abstinete autem tunc vino & carne: dies enim sunt luctûs, & non festi Et quidem in Parasceve & Sabbato ex parte omni jejunate, quibus sat virium suppetit, nihil penitus gustantes usque ad nocturnum galli cantum: siquis vero duos dies continuare non valeat, saltem Sabbatum servet.* Et cap. 19. Τῷ δὲ σαββάτῳ μέχρις ἀλεκτοροφωνίας παρατείνοντες, ἀπονηστίζεσθε ἐπιφωσκούσης μιᾶς σαββάτων, ἥτις ἐστὶ Κυριακή. *At Sabbato usque ad gallicinium extendentes,* (jejunium) *illucescente prima Sabbatorum, quæ est dies Dominica, jejunium solvite.* Jejunium autem feriæ IV. & VI. per totum annum, excepta Pentecoste, quod concernit, de eo Lib. V. cap. 20. sequens præceptum dantes introducuntur Apostoli: Πᾶσαν τετράδα καὶ παρασκευὴν προστάσσομεν ὑμῖν νηστεύειν, καὶ τὴν περισσείαν ὑμῶν τῆς νηστείας πένησιν ἐπιχορηγεῖν. *In omnibus quartis & sextis feriis vobis præcipimus jejunare, ac quod ob jejunium vestrum superfluit, pauperibus elargiri.* Mox vero Pentecosten excipiunt, dum ita concludunt: Ἔνοχος ἁμαρτίας ἔσται ὁ τὴν Κυριακὴν νηστεύων, ἡμέραν ἀναστάσεως οὖσαν, ἢ τὴν πεντηκοστὴν, ἢ ὅλως ἡμέραν ἑορτῆς Κυρίου κατηφῶν. εὐφρανθῆναι γὰρ δεῖ ἐν αὐταῖς, ἀλλ' οὐ πενθῆσαι. *Reus erit peccati, qui per Dominicam, utpote diem Resurrectionis, vel Pentecosten, jejunaverit, vel omnino diem festum Domini tristitia funestaverit: tunc enim lætari oportet, non lugere.* Confer Lib. VII. cap. 23. ubi præceptum jejunandi feria quarta & sexta repetitur, addita ratione: ὅτι τῇ μὲν τετράδι ἡ κρίσις ἐξῆλθεν ἡ κατὰ τοῦ Κυρίου, Ἰούδα χρήμασιν ἐπαγγειλαμένου τὴν προδοσίαν· τὴν δὲ παρασκευὴν, ὅτι ἔπαθεν ὁ Κύριος ἐν αὐτῇ πάθος διὰ σταυροῦ, ὑπὸ Ποντίου Πιλάτου, *quoniam quarto quidem hebdomadis die judicium Dominum condemnans prodiit, cum Judas pecuniâ proditionem esset pollicitus; Parasceve autem, quia eo die Dominus mortem crucis passus est sub Pontio Pilato.* Ex eadem ratione jejunium quartæ & sextæ feriæ, speciatim in Paschali hebdomada, jubetur Lib. V. Constit. Clement. cap. 15. Atque hanc quidem

rationem

rationem jejunii feriæ quartæ & ſextæ in antiquis Doctrinis ſive Conſtitutionibus Apoſtolorum additam fuiſſe, Epiphanius loco ſuperius citato haud addit; haud obſcure autem innuit alio in loco, in brevi ſcilicet Expoſitione fidei Catholicæ §. 22. cujus textum paulo poſt recitabo. Conſtitutionem quoque ſive Doctrinam Apoſtolicam jam ante Epiphanium pro hac ſententia allegaſſe, ac quod illa ex inſtitutis Apoſtolorum, viva voce traditis, conflata eſſet, nomine *traditionis* indigitaſſe videtur Petrus Alexandrinæ Eccleſiæ Præſul, anno Chriſti 300. creatus, Θεῖον Ἐπισκόπων χρῆμα, *Divinum Epiſcoporum decus*, ut ab Euſebio Lib. IX. Hiſt. Eccl. cap. 6. appellatur, dum in Libro de Pœnitentia Canon. 15. ſcribit: Οὐκ ἐγκαλέσει τις ἡμῖν παρατηρουμένοις τετράδα καὶ παρασκευήν, ἐν αἷς καὶ νηστεύειν ἡμῖν κατὰ παράδοσιν εὐλόγως προστέτακται· τὴν μὲν γὰρ τετράδα διὰ τὸ γενόμενον συμβούλιον ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων ἐπὶ τῇ προδοσίᾳ τοῦ Κυρίου, τὴν δὲ παρασκευήν, ὅτι αὐτὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἔπαθε. *Non reprehendet nos quiſpiam, quartam & ſextam feriam obſervantes, in quibus & jejunare nobis ſecundum traditionem cum ratione præceptum eſt: quarta quidem propter initum à Judæis conſilium de proditione Domini; ſexta autem, quod ipſe pro nobis paſſus ſit.*

Idem Epiphanius Hæreſ. LXXX. *Maſſalianorum* §. 7.

Περὶ μὲν οὖν τοῦ γενείου ἐν ταῖς διατάξεσι τῶν Ἀποστόλων φάσκει ὁ θεῖος λόγος καὶ ἡ διδασκαλία, μὴ φθείρειν, τουτέστι μὴ τέμνειν τρίχας γενείου, μηδὲ ἑταιρισμῷ κατακομᾶσθαι, μήτε ὑπερηφανίας ὑπόδειγμα δικαιοσύνης τὴν προσέλασιν ἔχειν.

De barba igitur in Conſtitutionibus Apoſtolorum Divinus ſermo & doctrina perhibet, non corrumpendam, id eſt, non ponendam eſſe barbam, nec comam meretriciæ converſationis ergo nutriendam, neque ſuperbiæ oſtenſionem & juſtitiam bene convenire.

Priuſquam hæc ex antiquis Apoſtolorum Conſtitutionibus deprompta cum modernis Clementinis conferam, quædam de una atque altera emendatione textus Epiphanii neceſſario dicenda ſunt. Pro κατακομεῖσθαι, quod in vulgari textu extat, repoſui κατακομᾶσθαι, & Latine reddidi, *comam non eſſe nutriendam.* Contra Petavius vertit: *ne meretricius cultus & ornatus uſurpetur,* & κατακοσμεῖσθαι legendum eſſe, ad marginem hujus loci monuit, infeliciter hac in parte conjectans, ut mihi quidem videtur, imo hac conjectura, indeque nata mala interpretatione, genuinum Epiphanii ſenſum prorſus è medio tollens. Quippe tale verbum ab Epiphanio poſitum fuiſſe, quod ſignificaret

ficaret ***Comam nutrire***, antecedentia pariter ac consequentia apertissime indicant. Illa enim adversus Massalianos ità sonant: ***Sed deterius quoddam ac contrarium ab iis geritur, siquidem isti barbam, propriam viri formam, resecant, capillos verò utplurimum prolixiores habent*** (πολλάκις κομῶσι, est in Græco) His immediate pòst opponit textum Constitutionum Apostolicarum, in quibus juxta Petavii lectionem primum solùm prohibetur, juxta nostram utrumque. Deinde, nullo verbo interposito, ista sequuntur: ἔπρεπε γὰρ Ναζωραίοις τοῦτο μόνον διὰ τὸν τύπον, ***Illud enim Nazaræis duntaxat ob figuram congruebat.*** Quodnam, quæso, τοῦτο? quid *illud*, inquam, quod Nazaræis quidem in usu erat, in Constitutionibus Apostolicis vero fidelibus novi fœderis prohibitum legebatur? nullum sane in proxime antecedentibus verbis juxta lectionem & interpretationem Petavii reperias, cum tamen Epiphanius id ipsum mox claris verbis indicet, ita pergens juxta vulgatam lectionem: Τύπῳ γὰρ ἡγοῦντο οἱ παλαιοὶ τοῦ μέλλοντος ἔσεσθαι, ἔχοντες κόμην ἐπὶ τῆς κεφαλῆς διὰ τὴν εὐχήν. Quæ rursum frustra vir alioqui doctissimus emendare conatus est, pro ἡγοῦντο legendum existimans ἤγοντο, ac male insuper interpretatus: *Quippe veteres per futurarum rerum adumbratas imagines traducti sunt, veluti cum comam ex voto promissiorem habuerunt*; addens de suo, *veluti*, quod videret verba de Nazaræorum prolixiori coma nullam cum præcedenti Epiphanii textu, prout ipse legebat, habere connexionem. Ego vero, mutato solum articulo, ἡγοῦντο legens pro ἡγοῦντο, ita interpretor: *Quippe veteres typo præeuntes significabant, quæ essent futura, cæsariem in capite gerentes.* Cum itaque *Cæsariem gerere* sit illud, quod olim Nazaræis usitatum, dehinc autem Apostolica constitutione abrogatum erat, κατακομᾶσθαι pro καλλικομεῖσθαι apud Epiphanium legendum esse vix quisquam dubitabit. Licet enim verbum istud compositum haud in quoquam Scriptore me legisse meminerim, simplex tamen κομᾶν, à sacris & profanis Auctoribus sæpissime usurpatum, significat ***Comam nutrire***, item *de cæsarie gloriari*, & nomen compositum κατάκομος in Julio Polluce reperitur, denotans eum, qui densam, eamque disjectam, comam gerit, adeo ut verbum medium κατακομᾶσθαι in hanc significationem ab Epiphanio formari, vel forte jam ab aliis formatum accipi potuerit. Equidem posset quispiam ad defendendam Petavii conjecturam atque lectionem καλλικοσμεῖσθαι excipere, quod Epiphanius addita voce ἑταιρισμοῦ sive mentione meretriciæ conversationis respexerit ista verba, quæ Lib. I Constitut. Clementis cap. 3. hodie legimus: Μηδὲ ἐπιτηδευομένη σου τῇ ἐσθῆτι χρήσῃ εἰς ἀπάτην, μηδὲ ἀναξυρίδας, ἢ κρηπῖδας σου τοῖς ποσὶ κακοτέχνως ὑποῤῥα-

ψυχῆς — ὅτι ταῦτα πάντα ἑταιρισμοῦ τεκμήρια ὑπάρχει. *Neque vestitu exquisito ad decipiendum utaris, nec fascias vel crepidas tuas nequiter componas — quandoquidem hæc omnia vitæ meretriciæ indicia sunt.* Quibus cum ornatus vestium prohibeatur, utique lectio καλλωκοσμείας genuina esse videtur. Verum primò incertum est, an in pristinis quoque Doctrinis sive Constitutionibus Apostolicis ista de ornatu vestium fuerint lecta, indeque ab Epiphanio citata; posito autem, quod Epiphanius illa ibi legerit & allegaverit, non tamen καλλωκομείας è textu Epiphanii, qui necessario tale aliquod verbum habere debet, auferendum, aut in καλλωκοσμείας transformandum esset, sed aliud verbum addendum foret, quo ornatus vestium denotaretur, forte ipsum καλλωκοσμείας, quamvis vix usquam in ista significatione adhibitum occurrat. Et quidem si καλλωκοσμείας ab Epiphanio fuisset scriptum una cum καλλωκομείας, plana foret corruptionis, sive omissionis, verbi alterius occasio, utriusque scilicet affinitas. Sed non necesse est, ob citata ex Constitutionibus Clementis verba addere textui Epiphanii vocem καλλωκοσμείας: neque enim ista hoc loco, ubi contra Massalianos disputat, allegasse videtur, utpote quos nimio vestium cultui deditos fuisse, nec ipse, nec alius quispiam dicit. Mentionem autem ἑταιρισμοῦ sive meretriciæ conversationis quod attinet, hanc Epiphanius ipsi comæ nutriendæ studio, omisso vestium ornamento, bene jungere potuit, siquidem non solùm ad hoc posterius, sed & illud prius, quod proxime præcesserat, referri ipse Constitutionum Clementinarum compilator clare indicavit, dum posuit: ταῦτα πάντα ἑταιρισμοῦ τεκμήρια ὑπάρχει. *Hæc omnia vitæ meretricæ indicia sunt.* Atque hæc sunt, quæ præmonere volui, miratus Cl. Cotelerium, qui totus aliàs emendandis Scriptoribus deditus, ac in hac palæstra felicissimus fuit, ista in Notis ad Constitutiones Clementis, ubi textum Epiphanii cum iis comparavit, alto silentio præteriisse.

Cæterum cuncta tria membra Doctrinæ Apostolicæ, ab Epiphanio adducta, habentur in Clementinis Lib. I. cap. 3. ubi, quantum ad barbam, ita præscribitur: χρὴ δὲ οὐδὲ γενείου τρίχα διαφθείρειν, καὶ τὴν μορφὴν τοῦ ἀνθρώπου παρὰ φύσιν ἐξαλλάσσειν. Οὐκ ἀπομαδαρώσετε γάρ, φησιν ὁ νόμος, τοὺς πώγωνας ὑμῶν. *Oportet præterea non corrumpere pilum barbæ, nec formam hominis contra naturam mutare. Non enim, inquit lex, depilabitis barbas vestras.* Quæ & ipsa verba antiquarum, quas Epiphanius citavit, Constitutionum fuisse, affinitas vocum satis indicat, siquidem utrobique verbum φθείρειν habetur, & barba μορφὴ ἀνθρώπου, *propria viri forma*, tam in Clementinis Constitutionibus, quàm loc. cit. apud Epiphanium, dicitur. Alterum quoque præceptum

præceptum de coma non nutrienda, in iſta, quam ſuperſtitem habemus, Conſtitutionum Collectione traditur his verbis: Τὸ ὑπὸ τῆς φύσεώς σοι δεδομένον ἐκ Θεοῦ κάλλος μὴ περιεπικαλλώπιζε, ἀλλὰ ταπεινοφρόνως μετρίασον αὐτὸ πρὸς ἀνθρώπους, οὕτω τὴν θρίχα σου τῆς κόμης μὴ παρατρέφων, μᾶλλον δὲ συγκόπτων καὶ καθαιρῶν (non καθαίρων, uti vulgo, inque ipſa Cotelerii editione, ac noviſſima ejus impreſſione, perperam legitur) αὐτήν· ἵνα μὴ καταχτενιζομένου σου καὶ ἄσκυλτον τηροῦντος τὴν κεφαλὴν, ἢ καταμεμυρισμένου σου, ἐπαγάγῃς σεαυτῷ τὰς οὕτως ἀγρευομένας ἢ ἀγρευούσας γυναῖκας. *Pulchritudinem tibi à Deo & natura tributam noli inſuper ornare, ſed eam modeſte tempera apud homines, ita ut comæ capillum non nutrias, imo vero potius reſcindas ac diminuas eum, ne pexus & illæſos retinens capitis pilos, aut unguentis delibutus, illas mulieres ad te pellicias, quæ ſic capi aut capere ſolent.* Quod monitum de non nutrienda atque adornanda coma paulo poſt ibidem repetitur, huncque in finem lex Moſis, perinde ut antea de barba non radenda, citatur. Sed & iſta, quæ ab Epiphanio ex Conſtitutionibus Apoſtolicis adducta eſt, ratio, cur à nutrienda ornandaque coma Chriſtianis omnino abſtinendum ſit, meretricia ſcilicet converſatio, in Clementinis l. c. extat, ut antea vidimus. Denique quod ab Epiphanio dicitur, inter exteriora iſta ſuperbiæ ſigna & juſtitiam non bene convenire, in Clementinis additur his verbis: ἅπερ παρὰ τὸ προσῆκον ἐπιτηδεύων, οὐ ποιήσεις δικαίως: *Quibus ſi præter officium ſtudueris, juſte non ages.*

Idem denique in Compendiaria fidei expoſitione §. 22.

Sacri vero conventus ab Apoſtolis conſtituti ſunt celebrandi feria quarta & Proſabbato, nec non die Dominica: feria quarta autem & Proſabbato in jejunio uſq; ad horam nonam, ſiquidem illuceſcente quarta comprehenſus eſt Dominus, & Proſabbato crucifixus. Unde Apoſtoli tradiderunt, jejunia in iſtis diebus obſervanda.

Συνάξεις δὲ ἐπιτελούμεναι ταχθεῖσαί εἰσιν ὑπὸ τῶν Αποστόλων, τετράδι καὶ προσαββάτῳ, καὶ Κυριακῇ. τετράδι δὲ, καὶ ἐν προσαββάτῳ, ἐν νηστείᾳ ἕως ὥρας ἐνάτης, ἐπειδήπερ ἐπιφωσκούσῃ τετράδι συνελήφθη ὁ Κύριος, καὶ τῷ προσαββάτῳ ἐσαυρώθη, καὶ παρέδωκαν οἱ Απόστολοι ἐν ταύταις νηστείας ἐπιτελεῖσθαι.

Quod de ſacris conventibus feria IV. & VI. nec non Dominica die celebrandis dicit Epiphanius, in noſtris Conſtitutionibus non extat, hæque ideo ab antiqua Apoſtolorum Διδαχῇ in hoc puncto differunt. De jejunio autem feriæ IV. & VI. ſupra ſatis dictum, nec quicquam hîc addendum, niſi quod Epiphanius per errorem comprehenſionem Chriſti aſſignaverit feriæ IV, eam cum decreto comprehendendi confundens.

In

In Libro MS^to. Bibliothecæ Regis Galliæ num. 1789. post centum Anastasii quæstiones hæc sequuntur:

Περὶ τῆς ἐπιφανείας τοῦ Κυρίου· ἐκ τῶν Ἀποστολικῶν διδαγμάτων.

ΕΤέχθη μὲν γὰρ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου Μαρίας ἐν Βηθλεὲμ ἐν Μηνὶ κατ' Αἰγυπτίους Χοιὰκ (al. Χυὰκ) κε'. (f. κθ'.) [in marg. Δεκεμβρίῳ f. add. κε'.] ὥρα ἑβδόμη τῆς ἡμέρας (f. δεκάτη τῆς νυκτὸς) ὅ ἐστιν πρὸ ὀκτὼ Καλάνδων Ἰαννουαρίων. ἐβαπτίσθη δὲ ἐν τῷ τριακοστῷ αὐτοῦ ἔτει ὑπὸ Ἰωάννου, τοῦ Τυβὴ (al. Τυβὶ) ια'. [in marg. Ἰαννουαρίῳ ς.] ὥρα δεκάτη τῆς νυκτὸς (f. ἑβδόμη τῆς ἡμέρας) ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ποταμῷ. ἔμεινεν δὲ σὺν ἡμῖν ἐν τῷ κόσμῳ, κηρύσσων τὸ εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, καὶ θεραπεύων πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν ἐν τῷ λαῷ, ἕως ἐγένετο ἐτῶν λβ'. καὶ μηνῶν τριῶν. Ἐν δὲ τριακοστῷ τρίτῳ ἔτει αὐτοῦ ἐσταυρώθη, φαμενὼθ κθ'. [in marg. Μαρτίῳ κγ. f. κε'.] ἡμέρα ἕκτη, ὥρα ἕκτη τῆς ἡμέρας, καὶ τῆς σελήνης ιδ'. ἀνέστη δὲ ἐν τριημέρῳ, Φαρμουθὴ (al. Φαρμουθὶ) (f. deest α'.) [in marg. Ἀπριλλίῳ] ἡμέρα πρώτη, ὥρα ἕκτη τῆς νυκτὸς· καὶ ὤφθη πᾶσιν ἡμῖν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ· καὶ ἐφανέρωσεν τὴν δόξαν αὐτοῦ δι' ἡμερῶν τεσσαράκοντα, διδάσκων ἡμᾶς κηρύσσειν ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ μετάνοιαν καὶ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. ἀνελήφθη δὲ Παχὼν γ'. [in marg. Μαΐῳ γ'. f. ε'.] ὥρα θ'. τῆς ἡμέρας.

De apparitione Domini, Ex Doctrinis Apostolicis.

NAm natus quidem est Dominus noster Jesus Christus ex sancta Maria virgine in Bethlehem, secundum Ægyptios Chœac 29. hora decima noctis; quod est VIII. Kalendas Januarii. Baptizatus autem est tricesimo ætatis suæ anno à Johanne, 11. mensis Tybi, Januarii 6, hora septima diei, in fluvio Jordane. Mansit autem nobiscum in mundo, prædicans Evangelium Regni cœlorum, & curans omnem morbum & omnem ægritudinem in populo; donec natus fuit annos XXXII. & menses tres. In trigesimo tertio autem ætatis suæ anno crucifixus est Phamenoth 29. (Martii 25.) die sexto, hora diei sexta & XIV. Luna. Resurrexit autem in triduo, mensis Pharmuthi 1. (Martii 27.) die primo, hora sexta noctis: & visus est ab omnibus nobis discipulis ejus: ac manifestavit gloriam suam per dies quadraginta, docens nos prædicare in nomine suo pœnitentiam & remissionem peccatorum. Assumptus est autem Pachon decimo (Maii 5) hora diei nona.

Descripsit

Deſcripſit & edidit iſta Cotelerius in generali Diſſertatione de Conſtitutionibus Clementis, à qua annotationes ſuas exorditur. Monet ibidem, Cod. 1067. quoque eadem haberi cum varietatibus quibuſdam, veluti quod prætermittat, quæ in margine prioris leguntur, &c. Verum illa ex Conſtitutionibus Clementis haud petita eſſe certum eſt. Nam licet Lib. V. cap. 13. jubeatur memoria nativitatis Chriſti celebrari εἰκάδι πέμπτῃ τοῦ ἐννάτου μηνὸς, *vigeſima quinta die noni menſis*, Epiphaniæ autem dies dicatur eſſe ἕκτη τοῦ δεκάτου μηνὸς, *ſexta decimi menſis*, non tamen ibi dicitur Chriſtum hâc die baptizatum eſſe. Paſſio autem Chriſti apud Clementem citato Lib. V. cap. 14. facta docetur μηνὶ πρώτῳ, ὅς ἐστι Ξανθικὸς *menſe primo, qui Xanthicus dicitur*, cum contra in fragmento ad menſem ultimum, *i. e.* Martium referatur, ita ut hoc omnino ex antiquis Conſtitutionibus petitum videatur.

Auctor Libri de Aleatoribus inter opera S. Cypriani ante medium:

Et in doctrinis Apoſtolorum (*dicitur*): Si quis frater delinquit in Eccleſia, & non paret legi, hic non colligatur, donec pœnitentiam agat, & non recipiatur, ne inquinetur & impediatur oratio veſtra.

Pamelius in hunc locum: *Unde hæc citet, neſcio: neque enim reperiuntur, aut in Canonibus, aut in Conſtitutionibus Apoſtolicis.* Citata autem ſunt ex libro, cujus titulus erat: *Doctrinæ Apoſtolorum.*

Petri Apocrypha, in ſpecie *Prædicatio.*

DE S. Petri, Principis Apoſtolorum, ſcriptis agens Euſebius Lib. III. Hiſtor. Eccleſ. cap. 3. *Una*, inquit, *ejus epiſtola, quæ prior dici ſolet, tanquam germana ab omnibus ſine controverſia admittitur. Cujus etiam teſtimonio veteres religionis noſtræ antiſtites, utpote extra omnem dubitationem poſitæ, in ſcriptis ſuis frequenter uſi ſunt.* Mox de poſteriori Petri epiſtola addit: *Quæ vero ſecunda appellatur, eam quidem inter ſacros Novi Teſtamenti libros cenſitam non eſſe, à majoribus accepimus. Sed tamen, cum utilis eſſe videretur quamplurimis, una cum reliquis S. Scripturæ libris ſtudioſe lectitata eſt.* Dehinc

verò

verò alios S. Petro adſcriptos libros recenſet, eoſque quatuor nominat: Τό γε μὴν τῶν ἐπικεκλημένων αὐτοῦ πράξεων, καὶ τὸ κατ' αὐτὸν ὠνομασμένον εὐαγγέλιον, τό τε λεγόμενον αὐτοῦ κήρυγμα, καὶ τὴν καλουμένην ἀποκάλυψιν, *Librum, qui actus Petri dicitur, & Evangelium ejus nomine inſcriptum, ejuſque Prædicationem, nec non Revelationem, quam appellant.* Neque plures libros, præter iſtos quatuor, nudum Petri nomen geſſiſſe arbitror, licet inſuper memorentur alibi tam *Judicium*, quam *Doctrina*, nec non *Circuitus Petri.* Quod enim attinet *Judicium Petri*, cujus mentionem injicit Ruffinus Tractat. in Symbolum Apoſtolorum, quodque quatuor ante recenſitis addit Hieronymus in Catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum Cap. *de Petro*, vereor ſane, ne Ruffinus Κήρυγμα Petri, in Græcis libris contracte ſcriptum κῆμα, legerit κρίμα, idque Latine reddiderit *Judicium Petri*, neve Ruffinum ſecutus Hieronymus, re minus conſiderata, tanquam diverſum à *Prædicatione* enumeraverit, cum tamen idem fuerit opuſculum. Atque licet hæc mea conjectura haud parum inde confirmetur, quod non modo Euſebius, dubia & Apocrypha Petri ſcripta diligenter recenſens, de iſto libro ne verbum dixerit, ſed & nullus alius Patrum Græcorum ac Latinorum, exceptis duobus modo dictis, illum nominaverit vel citaverit, nolim tamen hac in re quicquam velut certum definire, quin potius meam *de Judicio Petri* opinionem doctorum virorum judicio ſubmitto. *Doctrina* quoque Petri à ſolo, quod ſciam, Origene & Damaſceno, locis infra citandis, memorata, eadem videtur eſſe cum Prædicatione Petri, quia nec Euſebius, nec Hieronymus, locis citatis eam nominant, aut diſtinctam hujus faciunt mentionem. Accedit, quod iſtud ab Origene è *Doctrina* Petri allegatum, de Chriſto negante, ſe eſſe Dæmonium incorporeum, etiam in Evangelio ſecundum Hebræos ſcriptum fuerit, ut ſupra vidimus, quodque plura, quæ ex Petri *Prædicatione* citat Auctor Tractatus de Baptiſmo hæreticorum inter opera Cypriani, deinde recitanda, itidem in Evangelio ſecundum Hebræos extiterint: unde non inepte conjectare li-

cet,

cet, doctrinam & Prædicationem Petri eundem fuisse libellum, in quem plura ex Evangelio secundum Hebræos, utpote ex traditione Petri aliorumque Apostolorum scripto, translata fuere. *Circuitus* denique *Petri* (Græce περίοδοι) quos inter dubia Novi Testamenti scripta recenset Auctor Synopseos Scripturæ Tom. II. Operum Athanasii, ita dicti sunt, quod itinera Petri designaverint, non autem ipsius, tanquam Auctoris, nomine fuere inscripti, quin potius Clementi disertè adscripti ab Epiphanio Hæres. XXX. Ebionæorum §. 15. ubi de hisce hæreticis ait: χρῶνται δὲ καὶ ἄλλαις τισὶ βίβλοις, δῆθεν ταῖς περιόδοις καλουμέναις Πέτρου, ταῖς διὰ Κλήμεντος γραφείσαις. *Sunt & alii libri, quibus utuntur, veluti Petri circuitus vulgo dicti, à Clemente conscripti.* Neque dubium est, quin hi ipsi sint libri Recognitionum Clementis, quos περιόδων & Itinerarii Petri titulum passim gessisse, post alios Cotelerius accurate notavit. Quatuor igitur soli remanent ab Eusebio memorati libri, quos aliqui Apostolo Petro, quasi Auctori, tribuerunt, ipse vero Eusebius de istis loc. cit. ita scripsit: Οὐδ᾽ ὅλως ἐν καθολικοῖς ἴσμεν παραδεδομένα· ὅτι μήτε ἀρχαίων, μήτε τῶν καθ᾽ ἡμᾶς τις ἐκκλησιαστικὸς συγγραφεὺς ταῖς ἐξ αὐτῶν συνεχρήσατο μαρτυρίαις. *Haud plane pro Catholicis scriptis habita esse constat: quandoquidem nec vetustiorum quisquam, nec recentiorum Ecclesiæ Scriptorum, desumpto ex iis libris testimonio usus fuit.* Quem locum considerans Valesius in eruditissimis Annotationibus, miratur Eusebium scripsisse, quod nemo veterum Petri Κήρυγμα & Apocalypsin allegaverit, cum tamen ipse sequenti Lib. VI. cap. 14. testetur, Clementem Alexandrinum in libris Hypotyposeon Apocalypsin Petri laudasse, quem & ex Petri Prædicatione in libris Stromatum plura adduxisse, mox videbimus. Addo & hoc, non minus forte mirandum, quod Eusebius in ipso progressu ejusdem Libri III, ex cujus cap. 3. supra posita citavimus, sibi contrarius esse videatur. Dicto enim capite idem de cunctis promiscue Apocryphis Petri ferebat judicium, scilicet, plane non pro Catholicis habita esse, vel saltem non constare, quod Catholica sint; postea autem

cap. 25. diversam eorum facit conditionem, ac Evangelium quidem Petri inter manifeste reproba, ac ab hæreticis conficta, scripta rejicit, Apocalypsin vero ejusdem ab his aperte secernit, ac in classe dubiarum Scripturarum collocat, in qua ipsam quoque posteriorem Petri epistolam ibidem ponit. Verum, quantum ad Eusebium, res ita se habet: quando ipse in limine Libri III. versabatur, nondum accurate consideraverat, nec satis inquisiverat in traditionem majorum de libris extra Canonem Novi Testamenti positis, & tamen Apostolorum nomina gerentibus; hinc ruditer rem tractans, ista, quæ prius recitata sunt, scribebat, pollicitus interim, se exactius atque distinctius posthæc materiam istam explicaturum, dum expresse citatis ex Lib. III. cap. 3. verbis subdit: *Procedente deinceps opere diligenter indicaturus sum unà cum successionibus Apostolorum, qui subinde Ecclesiastici Scriptores Scripturarum, de quibus ambigitur, auctoritate sint usi: & quænam illi, tum de Scripturis Canonicis & omnium consensu receptis, tum de iis, quæ non sunt ejusmodi, in suis libris pronuntiaverint.* Stetit igitur promissis, & in progressu operis, diligenter Scriptorum Ecclesiasticorum monumenta excutiens, accuratiorem de dubiis libris notitiam hausit ipse, aliisque propinavit, inventis & indicatis Auctoribus, qui hortulos suos ex rivis istis rigarunt, ac ex controversis scriptis quædam in suis adduxerunt. Quod cum circa Petri quoque Apocrypha fecerit, tantum abest, ut ideo sit carpendus, ut potius in laude ponendum sit, eum non erubuisse in posterioribus Historiæ Ecclesiasticæ libris vel capitibus ea distinctius exponere & emendare, quæ antea minus distincte, minusque accurate proposuerat. Cæterum enumeratos antea Apocryphos Petri Tractatus quod attinet, Evangelium ejus fuisse figmentum Leucii hæretici, Seculo II. plura ejusmodi cudentis, suo loco probabo, ubi famosi hujus mangonis integra partim scripta, nominibus S. Apostolorum supposita, partim fragmenta eorundem edam, cum hactenus nihil illius lucem viderit. Κηρύγματος autem Petri alia omnino ratio esse videtur.

videtur. Equidem Auctor Tractatûs de Baptiſmo non iterando, jam ante citatus, dum diſputat contra opinionem illorum, qui baptiſmum hæreticorum pro irrito & plane nullo habebant; *Tum etiam quidam*, inquit, *ab iiſdem ipſis hæreticis propter hunc eundem errorem confictus liber, qui inſcribitur Petri Prædicatio*; verùm nullam hâc in re fidem meretur, quia hunc librum jam Seculo II, antequam ulla de rebaptizandis hæreticis lis fuerat exorta, non modo Heracleon & Theodotus hæretici Valentiniani, ſed & Clemens, Catholicus Scholæ Alexandrinæ doctor, aliique forte plures allegarunt, ut jamjam videbimus. Ex recentioribus Doctiſſ. Dn. Dodwellus Diſſert. VI. in Irenæum §. 10. Κήρυγμα Petri inter Apocrypha, ab hæreticis, falſis traditionum Apoſtolicarum impoſtoribus, ut vocat, ſuppoſita refert, & auguratur, epiſtolam ſub nomine Petri ad Jacobum ab Ebionæo quodam confictam, ac à Cotelerio ante Homilias Clementinas editam, fuiſſe Præfationem antiquiſſimi hujus Κηρύγματος. Quæ res ſi ita ſe haberet, utique & ipſius Prædicationis Petri auctorem Ebionæum fuiſſe, ſuſpicio foret. Verum plura obſtant, quo minus in ſententiam Viri Clariſſimi hâc in parte concedam. Primo dictam epiſtolam ſi ſpectes, in hac quidem ſemel atque iterum fit mentio Κηρυγμάτων Petri, ſed tanquam antè à Petro ad Jacobum miſſorum, quem inde rogat, ne omnibus promiſcue legenda ea tradat. Ita quippe mox ab initio: Ἀξιῶ καὶ δέομαι, τῶν ἐμῶν κηρυγμάτων, ἃς ἔπεμψά σοι, βίβλους, μηδενὶ τῶν ἀπὸ τῶν ἐθνῶν μεταδοῦναι, μήτε ὁμοφύλῳ, πρὸ πείρας. *Rogo & precor, ut mearum Prædicationum libros, quos ad Te miſi, nulli ex Gentibus tradas, neque etiam tribuli ante experimentum.* Et in fine, ubi eandem obteſtationem repetit: Τούτου ἕνεκα ἠξίωσα καὶ ἐδεήθην, τῶν ἐμῶν κηρυγμάτων, ἃς ἔπεμψά σοι, βίβλους, μηδενὶ μεταδοῦναι, μήτε ὁμοφύλῳ, μήτε ἀλλοφύλῳ, πρὸ πείρας. *Quapropter rogavi & precatus ſum, ne ulli, ſive tribuli, ſive alienigenæ, libros Prædicationum mearum ante periculum factum tradas.* Dum itaque Petrus in hac epiſtola bis ſcribit, ſe Jacobo *miſiſſe*, non autem *mittere* in præſenti, Κηρύγματα ſua,

ſane illa horum præfatio eſſe haud potuit, ſed ad aliud volumen ſpectet neceſſe eſt, & quidem tale, quod poſt Κηρύγματα iſta ad Jacobum miſſum fuerit. Atque hoc ſunt X. libri Recognitionum Clementis, ſiquidem in fine libri III. Pſeudo-Clemens diſerte memorat, ſe jam antè *de his, quæ apud Cæſaream diſerta ſunt* (κηρυττόμενα) *à Petro, jubente ipſo, decem conſcripta ad Jacobum miſiſſe volumina*, quorum ſummas ibi recenſet. Iſta itaque decem volumina fuere *libri* Κηρυγμάτων, quos Jacobo miſſos memorat Pſeudo Petrus in ſæpe dicta epiſtola, hancque idcirco puto eſſe Præfationem poſteriorum decem Librorum, Jacobo inſcriptorum, nempe Recognitionum Clementis. Id quod etiam patet ex Photii Cod. 113. & ex pluribus, quæ ibi memorat, dictæ epiſtolæ exemplaribus, ita ſcribens de hac Pſeudo-Petri & alia Clementis ad Jacobum epiſtola: Ἐν πᾶσι τοῖς βιβλίοις, ἃ εἴδομεν, καί τοι οὐκ ὀλίγων ὄντων, μετὰ τὰς διαφόρους ἐκείνας ἐπιστολὰς καὶ ἐπιγραφὰς τὴν αὐτὴν εὕρομεν ἀπαραλλάκτως πραγματείαν ἀρχομένην· ἐγὼ Κλήμης, καὶ τὰ ἑξῆς ἐνταττόμενα. *In omnibus libris, quos quidem videre mihi contigit, hoſque non paucos, poſt diverſas illas epiſtolas atque inſcriptiones idem omnino ſine varietate hoc operis initium reperi: Ego Clemens, & quæ deinceps ordine ſequuntur.* Atqui hoc eſt initium x. librorum Recognitionum Clementis, quos appellatos fuiſſe Περιόδους *i. e.* circuitus Petri, jam ſupra ex Epiphanio probavi; adeo ut ad hos epiſtola Pſeudo-Petri ad Jacobum pertinere, ejuſque præfationem conſtituere inde colligatur. Id quod alia quoque ratione confirmari poteſt. Quippe epiſtolam iſtam ab Ebionæo quodam confictam, vel ſaltem interpolatam fuiſſe, totus ejus contextus oſtendit, idque ex eo ſolidiſſime probavit ipſe laudatus Dodwellus loc. cit. Atqui idem de Periodis Petri ſive Recognitionibus Clementis conſtat. His enim Ebionæos uſos fuiſſe Epiphanius verbis ſupra allegatis diſerte teſtatur, & hæc immediate ſubdit: Νοθεύσαντες μὲν τὰ ἐν αὐτοῖς, ὀλίγα δὲ ἀληθινὰ ἐάσαντες, *In quibus*, (Periodis Petri) *paucis veris relictis, cætera ſuppoſuerant.* Cum igitur epiſtola Pſeudo-Petri ad Jacobum eandem cum Periodis

Petri

Petri sustineat notam Ebioniticæ corruptionis, utique illa ad hos libros referenda videtur, non autem ad Κήρυγμα Petri, quod adeo sævas Ebionæorum manus passum esse, ut, pluribus falsis suppositis, pauca vera relicta fuerint, vix ullo probabitur argumento. Imo contrarium colligitur ex tot fragmentis,quæ postea recitabuntur, plane orthodoxis, præsertim ex illo, quod Clemens Alexandrinus Lib. VI. Stromatum nobis conservavit, quo Judæorum Sabbata aliæque festivitates, juxta Lunæ cursum observatæ, reprobantur, cum contra Ebionæos ista, perinde ut Judæos & Samaritanos, observasse,ex Epiphanii Hæres. XXX. num. 2. clare pateat, & ex ipsa Pseudo-Petri epistola quadantenus colligatur. Denique, si concedatur etiam de Prædicatione Petri, eam ab Ebionitis hinc inde interpolatam fuisse, adeò ut ab ipsorum manu profluxerint pauca ista, quæ Auctor Tractatus de Baptismo non iterando, inde allegat commenta, non tamen isti, vel alii hæretici, primi hujus Libri Auctores essent statuendi, sed hi utique Catholici Christiani fuisse videntur, quia Clemens Alexandrinus,& post ipsum alii Orthodoxi Doctores Ecclesiæ, istud Κήρυγμα crebro allegarunt, & ubi ab heterodoxis etiam citatum fuit, istud haud rejecerunt,sed solùm Canonicum ipsius Petri Apostoli scriptum, vel divinitus inspiratum esse inficias iverunt, atque aliqua ex parte interpolatum esse suspicati sunt. Ac prius quidem aperte legitur in Latina versione Procemii Origenis in Libros de Principiis, ubi, cum objecisset sibi dictum aliquod è *Doctrina* Petri, (quam cum Prædicatione eandem esse supra dixi) istud sequentibus repellit verbis: *Primo respondendum est, quoniam ille liber inter libros Ecclesiasticos* (i. e. ab Ecclesia in Canonem receptos) *non habetur, & ostendendum, quia neque Petri est ipsa Scriptura, neque alterius cujusquam, qui Spiritu Dei fuerit inspiratus. Quod etiam si ipsum concederetur, non idem sensus in isto sermone ἀσωμάτε indicatur*, &c. Posterius autem habetur in Græco Origenis textu Tom. XIV. Comment. in Johannem pag. 211. ubi considerans dictum Heracleonis, qui verba

verba aliqua Κηρύγματος Petri uſurpaverat, diſquirendum eſſe dicit de hoc ſcripto, πότερόν ποτε γνήσιόν ἐστιν, ἢ νόθον, ἢ μικτὸν, *Utrum genuinum ſit, an ſuppoſititium, an mixtum.* Atque hoc ultimum ipſe Origenes ſtatuiſſe videtur, quod nempe non totum ſpurium, ſed ſolùm, immixtis quibuſdam falſis notionibus, interpolatum fuerit, licet ipſe hujus controverſiæ diſcuſſionem alii loco reſervaverit. Utinam citato loco rem expediviſſet! tunc enim certiorem, & de Auctore, & de ætate hujus libri, haberemus notitiam. Nunc verò iſtud ſolum conſtat, jam Seculo II. poſt Chriſtum natum ineunte, ſive circa annum 123. notum fuiſſe, ſiquidem Heracleon iſtum allegavit, ut Origenes in citatis Commentariis teſtatur. Atqui Heracleon γνώριμος *familiaris Valentini* hæretici fuiſſe dicitur apud Origenem in iiſdem Commentariis p. 60, & ab Epiphanio Hæreſ. XLI. Cerdonianorum §. 1. Cerdon Heracleoni ſucceſſiſſe dicitur. Cum igitur Valentinus & Cerdon ambo tempore Hygini, Romæ circa annum 123 Epiſcopi facti, extiterint, ut ex Epiphanii loco citato, ac antiquioris Irenæi Lib. III. adverſus hæreſ. cap. 4. conſtat, & Κήρυγμα Petri jam tunc extitiſſe certum eſt. Veriſimile itaque eſt, librum iſtum haud diu poſt mortem Petri conſcriptum fuiſſe à quibuſdam S. Apoſtoli diſcipulis, qui ut ea, quæ ex viva hujus Prædicatione hauſerant, poſteris quoque communicarent, ea literis conſignare voluerunt, ad æternam Apoſtolicæ perſonæ & prædicationis memoriam. Atque huc forſitan ſpectant verba Lactantii, qui Lib. IV. Divinarum Inſtitut. cap. 21. *Petrus*, inquit, *& Paulus Romæ prædicaverunt, & ea Prædicatio in memoriam ſcripta permanſit.*

Prædicationis Petri Fragmenta.

Clemens Alexandrinus Lib. I. *Stromat. in fine p.* 357. *A.*

ΕΝ τῷ Πέτρου κηρύγματι εὕροις ἂν νόμον καὶ λόγον Κύριον προσαγορευόμενον.

IN Petri prædicatione inveneris Dominum vocari Legem & Verbum.

Idem

Idem habetur in Excerptis ἐκ τῶν Προφητικῶν Theodoti, quæ Clementi Alexandrino adſcripta, ejuſque operibus ſubnexa ſunt. In his enim prope finem hæc leguntur verba: Νόμος καὶ λόγος αὐτὸς ὁ σωτὴρ λέγεται, ὡς Πέτρος ἐν Κηρύγματι. *Lex & Verbum ipſe Servator appellatur, ut Petrus in Prædicatione ait.*

Idem Lib. VI. *Stromat. pag.* 635. *ſequ.*

Dicit Petrus in Prædicatione: Cognoſcite unum eſſe Deum, qui fecit principium omnium, & finis habet poteſtatem, & qui non cadit ſub adſpectum, ipſe omnia videns: qui cum capi non poſſit, omnia capit, nullius indigus, cujus indigent omnia, & per quem ſunt omnia, qui comprehendi non poteſt, æternus, ab interitu alienus, non factus, qui omnia fecit verbo virtutis ſuæ, ſcripturæ, inquam, cognoſcentis, hoc eſt, filii — Hunc Deum colite, non ut Græci, utpote quòd eundem, quem nos, colunt Deum, qui ſunt viri probi apud Græcos, ſed non perfecta cognitione, ut qui à filio datam non didicerint traditionem.

Πέτρος ἐν τῷ Κηρύγματι λέγει· Γινώσκετε οὖν, ὅτι εἷς Θεός ἐστιν, ὃς ἀρχὴν * πάντων ἐποίησεν, καὶ τέλους ἐξουσίαν ἔχων· καὶ ὁ ἀόρατος, ὃς τὰ πάντα ὁρᾷ· ἀχώρητος, ὃς τὰ πάντα χωρεῖ· ἀνεπιδεὴς, οὗ τὰ πάντα ἐπιδέεται, καὶ δι' ὅν ἐστιν· ἀκατάληπτος, ἀέναος, ἄφθαρτος· ἀποίητος, ὃς τὰ πάντα ἐποίησεν λόγῳ δυνάμεως αὐτοῦ, τῆς γνωστικῆς γραφῆς *, τουτέστι, τοῦ υἱοῦ. — Τοῦτον τὸν Θεὸν σέβεσθε, μὴ κατὰ τοὺς Ελληνας· ὡς δηλονότι τὸν αὐτὸν ἡμῖν σεβόντων Θεὸν, καὶ τῶν παρ' Ελλησι δοκίμων, ἀλλ' οὐ κατ' ἐπίγνωσιν παντελῆ τὴν δι' υἱοῦ παράδοσιν μεμαθηκότων.

Hiſce verbis Clemens Alexandrinus ſequentem ſubjungit obſervationem: *Non dixit: Ne colatis Deum, quem Græci, ſed ne colatis, ut Græci: divini cultus mutans modum, non autem alium annuntians.* Mox ex ipſa Petri Prædicatione allegata verba declarat, dum ſequentia hujus libri recitare pergit hunc in modum: *Quid autem ſit: Non colatis ut Græci, ipſe Petrus explanabit, ſubjungens:*

Quoniam dum feruntur ignorantia, & Deum neſciunt, ut nos, perfecta cognitione, cùm poteſtate, quam dedit eis ad uſum, formaſſent ligna & lapides, æs & ferrum, aurum & argentum, ex ipſorum materia & uſu, & quæ ſubſtantiæ ſerva ſunt, ex-

Ὅτι ἀγνοίᾳ φερόμενοι, καὶ μὴ ἐπιστάμενοι τὸν Θεὸν, ὡς ἡμεῖς, κατὰ τὴν γνῶσιν τὴν τελείαν, ἣν ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίας εἰς χρῆσιν *, μορφώσαντες ξύλα καὶ λίθους, χαλκὸν καὶ σίδηρον, χρυσὸν καὶ ἄργυρον, τῆς ὕλης αὐτῶν καὶ χρήσεως *, τὰ δοῦλα τῆς ὑπάρξεως ἀναστή-

ἀναςήσαντες, σέβονται· καὶ ἃ δέδωκεν αὐτοῖς εἰς βρῶσιν ὁ Θεὸς, πετεινὰ τοῦ ἀέρος, καὶ τῆς θαλάσσης τὰ νηκτὰ, καὶ τῆς γῆς τὰ ἑρπετὰ, καὶ τὰ θηρία σὺν κτήνεσι τετραπόδοις τοῦ ἀγροῦ, γαλᾶς τε καὶ μῦς, αἰλούρους τε καὶ κύνας, καὶ πιθήκους· καὶ τὰ ἴδια βρώματα βροτοῖς θύματα θύουσιν· καὶ νεκρὰ νεκροῖς προσφέροντες ὡς θεοῖς, ἀχαριςοῦσι τῷ Θεῷ, διὰ τούτων ἀρνούμενοι αὐτὸν εἶναι.

citassent, ea colunt: & quæ eis dedit Deus in cibum, volucres aëris, & maris natatilia, & humi serpentia, & feras cum quadrupedibus agri pecoribus, mustelasque & mures, feles, & canes, & simias, & proprios cibos hominibus sacrificant, & mortua mortuis offerentes tanquam Diis, in Deum sunt ingrati, per hæc ipsum esse negantes.

Pergit Clemens mox sequentia Κηρύγματος *Petri verba recensere loco citato*:

Μηδὲ κατὰ Ἰουδαίους σέβεσθε, καὶ γὰρ ἐκεῖνοι μόνον οἰόμενοι τὸν Θεὸν γινώσκειν, οὐκ ἐπίστανται, λατρεύοντες ἀγγέλοις καὶ ἀρχαγγέλοις, μηνὶ καὶ Σελήνῃ, καὶ ἐὰν μὴ Σελήνη φανῇ, σάββατον οὐκ ἄγουσι τὸ λεγόμενον πρῶτον· οὐδὲ νεομηνίαν ἄγουσιν, οὔτε ἄζυμα, οὔτε ἑορτὴν, οὔτε μεγάλην ἡμέραν. *

Neque colite ut Judæi: etenim & illi, soli se Deum nosse putantes, nesciunt, adorantes Angelos & Archangelos, mensem & Lunam, & nisi Luna apparuerit, non agunt Sabbatum, quod dicitur primum, neque agunt neomeniam, neque azyma, neque festum, neque magnum diem.

Eadem, quæ hactenus Clemens de inani ac falsa Gentilium & Judæorum religione ex *Prædicatione Petri* adduxit verba, post eum observavit Origenes, indeque Tom. XIV. in Johan. pag. 211. seq. de libro isto scribit: Φέρειν αὐτὸν, ὡς Πέτρου διδάξαντος, μὴ δεῖν καθ' ἕλληνας προσκυνεῖν τὰ τῆς ὕλης πράγματα ἀποδεχομένους, καὶ λατρεύοντας ξύλοις, καὶ λίθοις, μήτε κατὰ Ἰουδαίους σέβειν τὸ θεῖον, ἐπείπερ καὶ αὐτοὶ μόνοι οἰόμενοι ἐπίστασθαι θεὸν, ἀγνοοῦσιν αὐτὸν, λατρεύοντες ἀγγέλοις, καὶ μηνὶ, καὶ σελήνῃ. *Eum tradere, quasi Petrus docuerit, non oportere Gentilium more adorare, materialia laudantium atque servientium lignis & lapidibus; neque Judæorum more Deum colere, quandoquidem & ipsi soli Deum scire existimati, ipsum ignorant, servientes Angelis, & Mensi, & Lunæ.*

Porro conclusionem doctrinæ Petri de cultu Dei exscripsit Clemens, dum hæc addidit pag. 636.

Εἶτα τὸν κολοφῶνα τοῦ ζητουμένου προσεπιφέρει· ὥστε καὶ ὑμεῖς

Deinde ejus, quod quæritur, colophonem infert: Quare vos quoque

quoque ſanƈte & juſte, quæ vobis tradimus, diſcentes, ſervate, noviter Deum per Chriſtum colentes. Invenimus enim in Scripturis, ſicut dicit Dominus: Ecce facio vobis teſtamentum novum, non ut feci patribus veſtris in monte Choreb. Novum dedit nobis teſtamentum: quæ enim ſunt Judæorum & Græcorum, vetera ſunt. Nos autem, qui nove ipſum tertio genere colimus, ſumus Chriſtiani.

ὁσίως καὶ δικαίως μανθάνοντες, ἃ παραδίδομεν ὑμῖν, φυλάσσεσθε, καινῶς τὸν Θεὸν διὰ τοῦ Χριστοῦ σεβόμενοι. εὕρομεν γὰρ ἐν ταῖς γραφαῖς, καθὼς ὁ Κύριος λέγει· ἰδοὺ διατίθεμαι ὑμῖν καινὴν διαθήκην, οὐχ ὡς διεθέμην τοῖς πατράσιν ὑμῶν ἐν ὄρει Χωρήβ. νέαν ἡμῖν διέθετο· τὰ γὰρ ἑλλήνων καὶ Ἰουδαίων, παλαιά· ἡμεῖς δὲ, οἱ καινῶς αὐτὸν τρίτῳ γένει σεβόμενοι, Χριστιανοί.

Recitata hactenus ex Prædicatione Petri verba, miſerè corrupta, iſtis, quæ aſteriſco notavi, locis, emendare conabor in Notis ad finem operis.

Dehinc Clemens alia ex Prædicatione Petri verba, tanquam ab Apoſtolo Paulo dicta, adducit, ita ſcribens:

Quod, quemadmodum Judæos Deus ſalvos eſſe voluit, dans eis Prophetas, ita etiam Græcorum probatiſſimos, excitans propriæ ſuæ linguæ Prophetas, prout apti erant ad recipiendam Dei beneficentiam, à vulgo ſecreverit, declarabit in Petri Prædicatione Apoſtolus Paulus dicens: Libros quoque Græcos ſumite, agnoſcite Sibyllam, quomodo unum Deum ſignificet, & quæ ſunt futura: & Hyſtaſpen ſumentes legite, & invenietis Dei filium multo clariùs & aptiùs ſcriptum, & quemadmodum adverſus Chriſtum multi Reges inſtruent aciem, odio habentes illum, & iſtos, qui geſtant nomen ejus, & fideles ejus, illiuſque tolerantiam & adventum. Deinde uno ver-

Οτι, καθάπερ Ἰουδαίους σώζεσθαι ἐβούλετο ὁ Θεὸς, τοὺς Προφήτας διδοὺς, οὕτως καὶ Ἑλλήνων τοὺς δοκιμωτάτους, οἰκείους αὐτῶν τῇ διαλέκτῳ Προφήτας ἀναστήσας, ὡς οἷοί τε ἦσαν δέχεσθαι τὴν παρὰ Θεοῦ εὐεργεσίαν, τῶν χυδαίων ἀνθρώπων διέκρινεν, δηλώσει πρὸς τῷ Πέτρου Κηρύγματι ὁ Ἀπόστολος λέγων Παῦλος· λάβετε καὶ τὰς ἑλληνικὰς βίβλους· ἐπίγνωτε Σίβυλλαν, ὡς δηλοῖ ἕνα Θεὸν, καὶ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι· καὶ τὸν Ὑστάσπην λαβόντες, ἀνάγνωτε, καὶ εὑρήσετε πολλῷ τηλαυγέστερον καὶ σαφέστερον γεγραμμένον τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ καθὼς παράταξιν ποιήσουσι τῷ Χριστῷ πολλοὶ βασιλεῖς, μισοῦντες αὐτὸν καὶ τοὺς φοροῦντας τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καὶ τοὺς πιστοὺς αὐτοῦ, καὶ τὴν ὑπομονὴν, καὶ τὴν παρουσίαν αὐτοῦ. Εἶτα

ἑνὶ λόγῳ πυνθάνεται ἡμῶν· Ὅλος δὲ ὁ κόσμος, καὶ τὰ ἐν τῷ κόσμῳ, τίνος; οὐχὶ τοῦ Θεοῦ;

bo nos interrogat: Totus autem mundus, & quæ ſunt in mundo, cujus ſunt? nonne Dei?

Scio Cl. Cotelerium in Notis ad ſecundam Clementis Romani epiſtolam, aliam recitatorum verborum Clementis Alexandrini facere diſtinctionem, dum iſta: ὁ Ἀπόστολος λέγων Παῦλος, non vult connectenda cum ſequentibus: λάβετε καὶ τὰς ἑλληνικὰς βίβλους, hæcque Paulo adſcribi negat; ſed refert tantùm ad præcedentia, οἰκείως αὐτῶν τῇ διαλέκτῳ προφήτας, quaſi Clemens Alexandrinus ſcribens: λέγων Παῦλος, reſpexerit ad c. I. Epiſt. ad Titum ver. 12. ubi Apoſtolus mentionem facit Prophetæ Cretenſium, & ſequentia: λάβετε καὶ τὰς ἑλληνικὰς γραφὰς, tanquam ſua addiderit. At verò plura novæ iſti verborum Clementis diſtinctioni & expoſitioni oppoſuit Reverendus D. Beveregius Lib. I. Codicis Canonum Apoſtolicorum vindicati, cap. 14. §. 7. quæ una cum ipſo Clementis textu bene conſiderans, Cotelerio aſſenſum præbere haud potui, ac proinde dicta verba, tanquam è Petri Prædicatione citata, hîc recitare volui. Neque profectò ullam video rationem, quæ evincat, verba iſta à diſcipulo quodam Apoſtolorum, qui Petri & Pauli Prædicationem ſcripſerit, Paulo attribui haud potuiſſe. Quippe haud inuſitatum fuit Paulo, ſapientiorum Gentilium teſtimonia allegare, uti patet ex Act. XVII. v. 28. ubi probaturus, Deum omnibus hominibus vitam, & Spiritum, cæteraque cuncta largiri, Arati, Gentilis Poetæ, adducit dictum, quo de Jove cecinit: *Ipſius genus nos ſumus.* Quidni igitur ad Sibyllina, aliaque id genus vaticinia provocare, aut ab Auctore Prædicationis ejus dici poterat provocaſſe? Extitiſſe enim Sec. I. oracula quædam Sibyllina, laudatus D. Beveregius loc. cit. §. 8. ſeq. ſatis probavit tum eô, quod Clemens Romanus iſtâ ætate ea citaverit, tum clariſſimis teſtimoniis Strabonis & Joſephi, quorum ille antiquum vulgoque notum oraculum memorat, quod in iis, quæ modò habemus, Sibyllinis Lib. IV. reperitur; hic verò Lib. I. Antiq. Judaic. cap. 5. agens de turri Babylonica, ita ſcribit: ***De turri autem hâc, deque linguis hominum mutatis, meminit etiam Sibylla, ad hunc modum dicens***: *Cum univerſi homines uno eloquio uterentur*, &c. Quæ ibi à Joſepho, nec non poſt ipſum à Theophilo Antiocheno Lib. II. ad Autolycum allegata, initio fere Libri III. Sibyllinorum, quæ hodie circumferuntur, Oraculorum legere, indeque colligere eſt, quod antiqua Sibyllina in his aliqua ſaltem ex parte conſervata ſint, licet non minùs conſtet, plura prætermiſſa, pluraque contrà à recentiori manu addita, ſicque miſere interpolata

interpolata esse. Cæterum ex recitato Clementis Alexandrini textu, si dicto modo legatur & intelligatur, liquet, in Petri Prædicatione etiam Pauli præcepta aliqua fuisse consignata, hosque duos Apostolorum coryphæos, sicut Romæ aliisque in locis simul docuerunt, ita in hoc quoque libro junctim repræsentatos fuisse prædicantes, adeo ut titulum Prædicationis, & *Petri* & *Pauli*, licet illius primario, gerere potuerit. Atque hoc ex Lactantii verbis supra adductis confirmari posse videtur, nec non ex eo, quem mox integrum recitabo, textu Auctoris anonymi de Baptismo hæreticorum, in quo *Pauli prædicatio* citatur, adeo ut forte haud necesse sit, cum Rigaltio in Notis ad hunc Auctorem, nomen *Petri* in locum *Pauli* reponere.

Posthæc Clemens sub finem pag. 636. aliud quoddam ex Prædicatione Petri dictum recitat :

Propterea dicit Petrus, Dominum dixisse Apostolis : Si quis ergo Israelitarum velit duci pœnitentia, & propter nomen meum credere in Deum, remittentur ei peccata. Post duodecim annos egredimini in mundum, ne quis dicat : Non audivimus.

Διὰ τοῦτό φησιν ὁ Πέτρος, εἰρηκέναι τὸν Κύριον τοῖς Ἀποστόλοις· Ἐὰν μὲν οὖν τις θελήσῃ τοῦ Ἰσραὴλ μετανοῆσαι (forte μετανοήσας) διὰ τοῦ ὀνόματός μου πιστεύειν ἐπὶ τὸν Θεὸν, ἀφεθήσονται αὐτῷ αἱ ἁμαρτίαι. Μετὰ δώδεκα ἔτη ἐξέλθετε εἰς τὸν κόσμον, μή τις εἴπῃ, οὐκ ἠκούσαμεν.

Et pag. 639. B.

In Prædicatione Petri ait Dominus ad discipulos post resurrectionem : Elegi vos duodecim discipulos, judicans vos me dignos esse.

Ἐν τῷ Πέτρου κηρύγματι ὁ Κύριός φησι πρὸς τοὺς μαθητὰς μετὰ τὴν ἀνάστασιν· Ἐξελεξάμην ὑμᾶς δώδεκα μαθητὰς, κρίνας ἀξίους ἐμοῦ.

Priora Petri verba quod attinet, quibus refert, Christum Apostolos jussisse, ut post duodecim annorum spatium Hierosolymis abirent in universum mundum, ea paulo aliter distinxi, quàm in editione Clementis Alexandrini leguntur. Ibi enim voces μετὰ δώδεκα ἔτη, perperam, ut mihi quidem videtur, junctæ sunt cum præcedentibus : Ἀφεθήσονται αὐτῷ αἱ ἁμαρτίαι, & in Latina versione positum : *Remittuntur ei peccata post duodecim annos.* Aptius autem cohærent cum sequentibus : ἐξέλθετε εἰς τὸν κόσμον, ideoque cum istis composui, & Latine reddidi : *Post duodecim annos egredimini in mundum.* Eandem Servatoris in-

 structionem

ſtructionem Apoſtolis datam memorat Apollonius, Scriptor Clementis Alexandrini æqualis, in Syngrammate contra Cataphrygas hæreticos, ex quo fragmenta quædam nobis conſervavit Euſebius Lib. V. Hiſt. Eccl. cap. 18. & hæc quoque poſt alia exinde notavit: Ἔτι δὲ ὡς ἐκ παραδόσεως τὸν Σωτῆρά φησι προστεταχέναι τοῖς αὐτοῦ Ἀποστόλοις, ἐπὶ δώδεκα ἔτεσι μὴ χωρισθῆναι τῆς Ἱερουσαλήμ. *Adhæc tanquam ex veterum traditione refert, Dominum Apoſtolis ſuis præcepiſſe, ne intra duodecim annos Hieroſolymis excederent.* Id utrum factum ſit, & an Apoſtoli poſt duodecim demum annos in univerſum orbem diſperſi Evangelium prædicare cœperint, à plurimis controvertitur; ſed hac de re agere, non eſt hujus loci.

Denique Clemens eodem Libro VI. *Stromat. pag.* 678. *hæc habet:*

Ὁ Πέτρος ἐν τῷ Κηρύγματι περὶ τῶν Ἀποστόλων λέγων, φησίν· ἡμεῖς δὲ ἀναπτύξαντες τὰς βίβλους, ἃς εἴχομεν, τῶν Προφητῶν, ἃ μὲν διὰ παραβολῶν, ἃ δὲ δι' αἰνιγμάτων, ἃ δὲ αὐθεντικῶς καὶ αὐτολεξεὶ τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν ὀνομαζόντων, εὕρομεν καὶ τὴν παρουσίαν αὐτοῦ καὶ τὸν θάνατον, καὶ τὸν σταυρὸν, καὶ τὰς λοιπὰς κολάσεις πάσας, ὅσας ἐποίησαν αὐτῷ οἱ Ἰουδαῖοι· καὶ τὴν ἔγερσιν, καὶ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψιν, πρὸ τοῦ Ἱεροσόλυμα κτισθῆναι, καθὼς ἐγέγραπτο· ταῦτα πάντα, ἃ ἔδει αὐτὸν παθεῖν, καὶ μετ' αὐτὸν ἃ ἔσται. Ταῦτα οὖν ἐπιγνόντες, ἐπιστεύσαμεν τῷ Θεῷ διὰ τῶν γεγραμμένων εἰς αὐτὸν — Ἔγνωμεν γὰρ, ὅτι ὁ Θεὸς αὐτὰ προσέταξεν ὄντως, καὶ οὐδὲν ἄτερ γραφῆς λέγομεν.

Petrus in Prædicatione loquens de Apoſtolis dicit: Nos autem cum evolviſſemus libros, quos habuimus, Prophetarum, qui partim quidem per parabolas, partim autem per ænigmata, partim verò expreſſa auctoritate & claris verbis Chriſtum Jeſum nominant, invenimus ejus adventum & mortem, & crucem, & reliqua omnia tormenta, quibus Judæi ipſum affecerunt, & reſurrectionem, & in cœlos aſſumptionem, priuſquam conderentur Hieroſolyma, ſicut ſcriptum eſt: Hæc omnia ſunt, quæ oportebat ipſum pati, & poſt ipſum quæ erunt. Hæc ergo agnoſcentes, credidimus Deo per ea, quæ de ipſo ſcripta ſunt — Sciebamus enim, Deum hæc vere juſſiſſe *(ut ſcriberentur)* & abſque ſcriptura nihil dicimus.

Vide quæ ad illuſtrandum hunc locum dicam in Notis ad calcem hujus Tomi I. *

Origenes

Origenes in Præfat. Librorum περὶ ἀρχῶν, ex versione Ruffini:

Si quis velit nobis proferre ex illo Libello, qui Petri Doctrina appellatur, ubi Salvator videtur ad discipulos dicere, quod non sit dæmonium incorporeum, primo respondendum est ei, &c. *Reliqua vide supra in historia Prædicationis Petri, fragmentis præmissa.*

Auctor Tractatûs de Baptismo hæreticorum editus à Rigaltio inter opera Cypriani prope finem.

Est autem adulterini hujus, imo internecini baptismatis, siquis alius auctor, tum etiam quidam ab eisdem ipsis hæreticis propter hunc eundem errorem confictus liber, qui inscribitur PAULI (PETRI) PRÆDICATIO. In quo libro contra omnes Scripturas, & de peccato proprio confitentem invenies Christum, qui solus omnino nihil deliquit, & ad accipiendum Joannis Baptisma pene invitum à matre sua Maria esse compulsum: item cum baptizaretur, ignem super aquam esse visum. Quod in Evangelio nullo est scriptum. Et post tanta tempora Petrum & Paulum, post conlationem Evangelii in Hierusalem, & mutuam altercationem & rerum agendarum dispositionem, postremò in Urbe quasi tunc primùm invicem sibi esse cognitos. Et quædam alia hujuscemodi absurde ac turpiter conficta. Quæ omnia in illum librum invenies congesta.

Nomen *Petri*, quod Rigaltius pro *Pauli* in Notis reponit, apposui, quanquam non adeo necessaria hîc sit ulla emendatio, ut ex supra dictis patet.

Lactantius Lib. IV. *Divin. Institut. cap.* 21.

Magister aperuit illis omnia, quæ Petrus & Paulus Romæ prædicaverunt, & ea prædicatio in memoriam scripta permansit: in qua cum multa alia mira, tum etiam hoc futurum esse dixerunt, ut post breve tempus immiteret Deus Regem, qui expugnaret Judæos, & civitates eorum solo adæquaret, ipsos autem fame sitique confectos obsideret. Tum fore, ut corporibus suorum vescerentur, & consumerent se invicem. Postremo ut capti venirent in manus hostium, & in conspectu suo vexari acerbissime conjuges suas cernerent, violari ac prostitui virgines, diripi pueros, allidi parvulos, omnia denique igni ferroque vastari, captivos in perpetuum terris suis exterminari, eò quod exultaverint super amantissimum & probatissimum Dei filium.

Atque hæc ex Petri & Pauli *Prædicatione* literis consignata adducit Lactantius, quamvis suspicer, ex *Apocalypsi* Petri ea desumpta esse, ut inferiùs dicam.

Gregorius

Gregorius Nazianzenus, Epist. priore ad Cæsarium fratrem, quæ est in Græca editione 50, *in Græco-Latina* 16. *Tom.* I. *pag.* 778.

Κάμνουσα ψυχὴ ἐγγύς ἐστι Θεοῦ, φησί που θαυμασιώτατα λέγων ὁ Πέτρος.

Ægra anima vicina est Deo, ait alicubi admirabilia loquens Petrus.

Non nominat Gregorius Librum Petri, sed procul dubio ex *Prædicatione* citavit, ex qua & Orat. XVI. quædam adduxisse jamjam patebit.

Johannes Damascenus Lib. II. *Parallel. cap.* 16. *hæc ex Doctrina Petri allegat* :

Πλούσιος ἐκεῖνός ἐστιν ὁ πολλοὺς ἐλεῶν, καὶ ὁ κατὰ Θεοῦ μίμησιν ἐπιδιδοὺς, ἐξ ὧν ἔχει. Θεὸς γὰρ πάντα πᾶσιν ἔδωκεν ἐκ τῶν αὐτοῦ κτισμάτων. σύνετε δὴ πλούσιοι, ὅτι διακονεῖν ὀφείλετε, λαβόντες πλείονα, ὧν αὐτοὶ χρήζετε. Μάθετε, ὅτι ἑτέροις λείπει τὰ ὑμῖν περισσεύοντα· αἰσχύνθητε κατέχοντες ἀλλότρια· μιμήσασθε ἰσότητα Θεοῦ, καὶ οὐδεὶς ἔσται πένης.

Dives est ille, qui multis misericordiam tribuit, & qui ad Dei imitationem ea, quæ habet, impertit. Deus enim res à se conditas omnino nobis tribuit. Quocirca hoc scitote, qui divitiis polletis, vos ministrare debere, cum plura, quàm vobis opus sint, acceperitis. Intelligite, deesse ea aliis, quæ vobis supersunt. Erubescite, qui aliena retinetis, atque æquitatem Dei vobis imitandam proponite, & nemo pauper erit.

Latino textui, qui in Parisiensi editione operum Damasceni legitur, Græcum ex Manuscripto Codice Bibliothecæ Claromontanæ addidit Cotelerius in Notis ad Lib. III. Constit. Apost. Clementis cap. 13. Cæterum posteriora Petri verba jam ante Damascenum citavit Gregorius Nazianzenus Orat. XVI. *de Pauperum amore* Tom. I. pag. 254. hunc in modum : Μὴ γενώμεθα κακοὶ τῶν δοθέντων ἡμῖν οἰκονόμοι, ἵνα μὴ ἀκούσωμεν Πέτρου λέγοντος· αἰσχύνθητε οἱ κατέχοντες τὰ ἀλλότρια, καὶ μιμήσασθε ἰσότητα Θεοῦ, καὶ οὐδεὶς ἔσται πένης. *Ne simus eorum, quæ divino munere nobis concessa sunt, mali administratores, ne Petrum audiamus dicentem : Erubescite, qui aliena detinetis, Deique æquitatem vobis imitandam proponite, & nemo erit pauper.* In quæ Gregorii verba hæc notavit Nicetas Tom. II. operum Gregorii col. 672. A. *Est hic locus ex Apostolicarum Constitutionum libro, quem postea sexta Synodus improbavit, tanquam ab hæreticis depravatum & adulteratum.* Sed eum falli animad-

animadvertit Cotelerius loc. cit. qui tale quid in Conſtitutionibus Clementis haud deprehendit, neque ego eas evolvens invenire potui. Unde ex Doctrina ſive Prædicatione Petri deſumptum eſſe firmum ratumque manet.

Oecumenius in Commentar. ad iſta verba epiſtolæ Jacobi c. 5. Deprecatio juſti multum valet. Tom. II. p. 478.

SI enim, dum alii pro nobis orant, voluptatibus, & recreationibus, & vitæ diſſolutæ indulgemus, diſſolvimus hoc ipſo vim orationis ejus, qui pro nobis precatur, & completur in nobis iſtud beati Petri dictum: Unus ædificans & alter deſtruens, quid proficiunt, niſi ut labores ſibi invicem exhibeant.

ΑΝ γὰρ ἑτέρων ὑπὲρ ὑμῶν εὐχομένων, σπατάλαις ἡμεῖς χολαζώμεθα, καὶ ἀνέσεσι, καὶ ἐκδεδιῃτημένῳ βίῳ, ἐκλυόμεθα διὰ τούτου τὸ σύντονον τῆς εὐχῆς τοῦ ὑπὲρ ὑμῶν ἀγωνιζομένου, καὶ γίνεται ἐφ' ἡμῖν τὸ τοῦ μακαρίου Πέτρου· εἷς οἰκοδομῶν, καὶ εἷς καθαιρῶν, οὐδὲν ὠφέλησεν, ἢ κόπους.

Non addit, ex quo ſcripto Petri iſtud dictum deſumpſerit, ſed, cum in duabus S. Petri epiſtolis haud extet, ex Prædicatione ejus allegaſſe veriſimillimum eſt.

Petri Apocalypſis.

REvelationem Petri non tam ſæpe quidem à Catholicis Patribus memoratam ac allegatam reperio, quàm Prædicationem ejus, interim eam inter ſcripta ab hæreticis conficta referre nolim, quod nullus antiquorum Patrum eam ſimpliciter rejecerit, nec Euſebius Lib. III. c. 25. illam in claſſe Librorum ab hæreticis ſuppoſitorum, ſed in ordine ſcriptorum controverſorum collocaverit unà cum Hermæ Paſtore, Epiſtola Barnabæ, & Doctrinis Apoſtolorum, ſicuti & Lib. VI. c. 14. eandem Petri Apocalypſin dubiis N. T. ſcriptis unà cum epiſtola Judæ aliiſque Catholicis accenſet, & illius, perinde ac harum, teſtimonio Clementem Alexandrinum in Libris Hypotypoſeon uſum fuiſſe notat, ita ſcribens: *Idem* (Clemens) *in Hypotypoſibus omnium, ut uno verbo dicam, utriuſque Teſtamenti Scripturarum compendioſam inſtituit enarrationem, ne illis quidem prætermiſſis Scripturis, de quibus ambigitur: Judæ*

epiſtolam nempe ac reliquas Catholicas, nec non Barnabæ, & Petri, ut dicitur, Apocalypſin. Similiter in Stichometria apud Cotelerium in Notis ad epiſtolam Barnabæ, & in alio Indiculo S. Scripturarum, apud eundem in Notis ad Conſtitutiones Clementis ab initio, Petri Apocalypſin Apocryphis N.T. ſcriptis, perinde ac Hermam & Barnabam, annumeratam legimus. Atque hinc factum, ut in quibuſdam Eccleſiis olim publice lecta fuerit, teſte Sozomeno, cujus hæc de Apocalypſi Petri ſunt verba Lib. VII. c. 19. ἔν τισιν ἐκκλησίαις τῆς Παλαιστίνης εἰσέτι νῦν ἅπαξ ἑκάστου ἔτους ἀναγινωσκομένην ἔγνωμεν, ἐν τῇ ἡμέρα παρασκευῆς, ἣν εὐλαβῶς ἄγαν ὁ λαὸς νηστεύει ἐπὶ ἀναμνήσει τοῦ σωτηρίου πάθους. *In quibuſdam Eccleſiis Palæſtinæ uſque adhuc ſingulis annis ſemel legi novimus, in die ſcilicet Paraſceves, quam populus admodum religiosè jejunio celebrat in memoriam Dominicæ Paſſionis.* At verò hoc Eccleſiæ iſtæ minime feciſſent, nec adeo ſacro die librum iſtum publica lectione fuiſſent dignatæ, ſi hæretici cerebri fuiſſet fœtus. Neque vero ex eo, quod Sozomenus ibidem dicit, iſtam Apocalypſin ὡς νόθον παντελῶς πρὸς τῶν ἀρχαίων δοκιμασθεῖσαν, *tanquam omnino ſpuriam à priſcis æſtimatam*, concludi poteſt, ab hæreticis præcisè illam fuiſſe confictam, ſed ſolùm nomini Petri falsò ſuppoſitam, ejuſque auctorem ab antiquis Patribus haud ipſum Apoſtolum fuiſſe exiſtimatum. Nam & Euſebius Lib. III. c. 25. libros νόθους, quos appellat, aperte ab hæreticorum commentis diſcernit, notante id ipſum Valeſio in Notis ad h. l. cui tamen hæc vocis iſtius uſurpatio minùs arridet, ideoque ſcribit: *Improprie hoc nomen uſurpat Euſebius, pro libris ſcilicet, qui ambiguæ ſunt auctoritatis; cum* νόθοι *dici debeant libri adulterini & ab hæreticis conficti, de quibus mentio fit in fine hujus capitis.* Sed quicquid de hac Valeſii animadverſione ſit ſtatuendum, quam modò diſcutere haud vacat, id ſaltem de Apocalypſi Petri ex antedictis patet, licet ab ipſo Apoſtolo Petro haud fuerit ſcripta, eam tamen Catholicis potius, quàm hæreticis Auctoribus eſſe adſcribendam. Fateor quidem iſta, quæ deinde recenſebo, fragmenta mira videri,

videri, facileque posse cuipiam suspicionem hæretici commenti injicere; verum si S. Johannis quoque Apocalysin inspiciamus, profectò eadem oboriri posset suspicio ei, qui secundum literam dicta ejus interpretari & judicare velit. Quare non adeo facile suspicionibus indulgere, multo minùs iis tanquam certis demonstrationibus, inniti par est, præsertim circa Prophetias, quæ ænigmaticè futura adumbrant, nec in literali sensu explicari possunt. Cæterum quicunque tandem fuerit Auctor Apocalypseos Petri, sive Catholicus, sive hæreticus, sane incertus, imo plane ignotus est. Equidem *Revelationes B. Petri Apostoli à discipulo ejus Clemente in uno volumine redactas*, se apud Surianos in Oriente vidisse Seculo XIII. memorat Jacobus de Vitriaco, Episcopus Acconensis in Epist. ad Honorium III. Tom. VIII. Spicilegii Veterum Scriptorum à Dacherio editi pag. 382. cujus verba infrà recitabo. Verùm hoc monumentum licet ex *antiquis armariis* Surianorum depromptum dicat Jacobus, recentius tamen fuisse videtur, nec ab ipso tanti æstimatum, ut de rebus adeo antiquis fidem facere possit, ac proinde nihil de Auctore Apocalypseos Petri habeo, quod dicam, nisi quod suspicer, illum quempiam ex discipulis vel sectatoribus Petri fuisse, & forte eundem, qui Κήρυγμα Petri scripsit. Quippe Seculo II. jam extitisse & cognitam fuisse hanc Petri Apocalypsin, ex eo patet, quod Theodotus hæreticus, & Clemens Alexandrinus Catholicus eam allegaverint. Atque hi soli nobis fragmenta aliqua, licet minima, conservarunt; integer verò liber forsitan hodienum extat, vel apud Surianos, apud quos se eum legisse testatur Jacobus de Vitriaco loc. cit. vel apud Coptos, de quibus Prateolus in Elencho Alphabetico hæreticorum testatur, quod utantur in Ecclesiis suis libro quodam, quem *Secreta Petri* appellant. Quo ipsam Petri Apocalypsin contineri arbitror, licet forte fabulis quibusdam interpolatam, ut Prateolus loc. cit. indicare videtur.

Fragmenta Apocalypſeos Petri.

Clemens Alexandrinus in Eclogis ex τῶν Προφητικῶν *Theodoti* §. 41. *Part.* I. *Auctarii noviſſimi Bibliothecæ Græcorum Patrum pag.* 206.

Πέτρος ἐν τῇ Ἀποκαλύψει φησί· Καὶ ἀστραπὴ πυρὸς πηδῶσα ἀπὸ τῶν βρεφῶν ἐκείνων, καὶ πλήσσουσα τοὺς ὀφθαλμοὺς τῶν γυναικῶν.

PEtrus in Apocalypſi ait: Et fulgur ignis ab infantibus illis exibit, ac mulierum oculos perſtringet.

Idem §. 49. *pag.* 207.

Αὐτίκα ὁ Πέτρος ἐν Ἀποκαλύψει φησὶ, τὰ βρέφη ἐξαμβλωθέντα τῆς ἀμείνονος ἐσόμενα πείρας (f. ἐχόμενα μοίρας.)

Statim Petrus in Apocalypſi ait, abortivos infantes ſortis melioris eſſe.

Reliqua, quæ immediatè poſt hæc verba ſequuntur hujus tenoris: ταῦτα Ἀγγέλῳ τημελούχῳ παραδίδοσθαι, &c. non ſunt Apocalypſeos Petri, ſed ex alio quodam Apocrypho ſcripto deſumpta, uti patet ex §. 41. ubi Theodotus eadem inde citaverat, hîc vero repetit, ut per ea explicet modo recitata Revelationis Petri verba, imo potius in pravum detorqueat ſenſum, dum iis immediatè ſubjungit: ταῦτα ἀγγέλῳ τημελούχῳ παραδίδοσθαι, ἵνα γνώσεως μεταλαβόντα, τῆς ἀμείνονος τύχῃ μονῆς, παθόντα ἃ ἂν ἔπαθεν καὶ ἐν σώματι γενόμενα. τὰ δὲ ἕτερα μόνης τῆς σωτηρίας τεύξεται, ὡς ἠδικημένα ἐλεηθέντα, καὶ μένει ἄνευ κολάσεως, τοῦτο γέρας λαβόντα. Quæ paulò aliter, quàm Combefiſius interpretatus eſt, Latine reddo hunc in modum: *Iſtos* (infantes abortivos) *Angelo curatori tradi, ut cognitione accepta, meliorem nanciſcantur manſionem, poſtquam paſſi fuerint, quæ pertuliſſent, ſi in corpore extitiſſent: reliquos autem ſolam ſalutem adepturos, miſericordiam propter factam ſibi injuriam conſequendo, manſuroſque abſque pœna, id muneris accipientes.* Verùm hæc, de differenti ſtatu mortuorum infantum dicta, Theodoti fuere deliria, Catholicorum doctrinæ è diametro contraria, quæque Auctori Apocalypſeos Petri haud in mentem veniſſe, ſed hunc, dum infantes abortivos natis beatiores prædicat, reſpexiſſe puto ad miſeram conditionem eorum, qui in vivis futuri eſſent, ubi Deus judicia ſua primò quidem in Judæos, dehinc verò in alios infideles exercuerit. Quippe Apocalypſin Petri *de ſtatu Eccleſiæ Dei à principio uſque ad tempora Anti-Chriſti & finem mundi prænuntiaſſe*, mox ex Jacobi de Vitriaco literis percipiemus

mus. Atque hinc fateor videri mihi ea, quæ Lactantius loco ſupra citato ex *Prædicatione* Petri adduxit de ſuppliciis Judæorum, ex *Revelatione* ejus deſumpta eſſe, illumque hoc loco vel defectu memoriæ lapſum, vel Prædicationis nomine generaliter pro quacunque doctrina uſum eſſe. In qua opinione confirmor, dum conſidero, Lactantium expreſſam facere mentionem prædicationis talium rerum, quæ Chriſtus Petro & Paulo *aperuit*; qua voce ſanè revelationem de futuris indicare videtur. Accedit, quod diſerte addat, *mira* iſto libro contineri, quæ *Revelationi* magis, quam communi *Prædicationi* conveniunt. Porro & illud conjecturæ meæ favet, quod ex Sozomeni hiſtoria ante notavi, olim ſingulis annis die Paraſceves Apocalypſin Petri in quibuſdam Eccleſiis Palæſtinæ lectam fuiſſe. Optimè enim huic diei congruit lectio talis pericopæ, qualem Lactantius deſcripſit, de pœnis ſcilicet, quas Judæi dederunt, *eò quod exultaverint ſuper amantiſſimum & probatiſſimum Dei filium.* Hæc ſi ita ſe habeant, ſanè Auctor Apocalypſeos Petri in prophetia de horrendis Judæorum calamitatibus beatiores prædicare poterat iſtos infantes, qui lucem non vidiſſent, præ iis, qui nati, tanta viſuri, imo in ſemetipſis experturi eſſent mala; ſicut ipſe Servator Luc. XXIII. 29. eodem reſpectu prædixit: *Ecce venient dies, in quibus dicent: Beatæ ſteriles, & ventres, qui non genuerunt, & ubera, quæ non lactaverunt.* Atque ſic facilè etiam conjicere poſſumus, quid ſibi velint priora verba Apocalypſeos de *fulgure exſiliente ex infantibus & oculos mulierum percuſſuro*; nimirum ſignificatur ejuſmodi verbis conſternatio mulierum, videntium *diripi pueros, allidi parvulos*, quod Lactantius à Petro de Judæis prædictum teſtatur. Neque difficile jam erit, intelligere ea, quæ ſequuntur

Ibidem §. 50.

Mulierum verò lac ex uberibus defluens concretumque, ait Petrus in Apocalypſi, minuſculas beſtias carnivoras pariet, hæque impetu in illas facto devorabunt eas.

Τὸ δὲ γάλα τῶν γυναικῶν ῥέον ἀπὸ τῶν μαστῶν, καὶ πηγνύμενον, φησὶν ὁ Πέτρος ἐν τῇ Ἀποκαλύψει, γεννήσει θηρία λεπτὰ σαρκοφάγα· καὶ ἀνατρέχοντα εἰς αὐτὰς, κατεσθίει.

Addidit Theodotus, & ex eo Clemens explicationis gratia: διὰ τὰς ἁμαρτίας γίνεσθαι τὰς κολάσεις διδάσκων, ἐκ τῶν ἁμαρτιῶν γεννᾶσθαι αὐτάς; φησιν, ὡς διὰ τὰς ἁμαρτίας ἐπράθη ὁ λαός· καὶ διὰ τὴν εἰς Χριστὸν ἀπιστίαν, ὡς φησὶν ὁ Ἀπόστολος, ὑπὸ τῶν ὄφεων ἐδάκνοντο. *Docens nimirum, ex peccatis proficiſci pœnas, ex peccatis illas generari dicit, ſicut propter peccata venundatus eſt populus, & quod in Chriſtum credere noluerunt, à ſerpentibus mordebantur, ut ait Apoſtolus.* Qui

com-

commentarius priori melior eſt, & propiùs rem attingit, dum verba Revelationis Petri ad pœnas populi Judaici refert. Aliquid tamen ſpecialius verbis iſtis deſignari exiſtimo. Nimirum ut Servator, de excidio Hieroſolymitano prophetans, beata prædicabat ubera, quæ non lactaverunt; ita Apocalypſis Petri contra male iis ominatur uberibus, quæ lactaverint, ac prædicit, *ex concreto mulierum lacte beſtias carnivoras oriundas, quæ ipſas devorarent*, id eſt, Judæorum liberos, lacte materno nutritos, ubi adoleverint, ob penuriam omnis cibi impetum facturos in ipſas matres, ut earum carnibus famem ſedarent, ſive, ut verbis Lactantii Prophetiam Petri referentis utar, *fore ut corporibus ſuorum veſcerentur, & conſumerent ſe invicem.* Cæterùm ſi cui conjectura mea, eique ſuperſtructa expoſitio Apocalypſeos Petri, minus arrideat, alium meliorem proferat ſenſum, per me licet; ſi autem verba adducta planè nullum commodum ei admittere videantur ſenſum, ea rejiciat, non tamen inde totum librum ab hæreticis confictum fuiſſe concludat. Potuere enim iſta à Theodoto vel aliis hæreticis in Apocalypſin Petri, à Catholico viro conſcriptam, inſerta fuiſſe, ſiquidem de Theodoto ejuſque ſectatoribus Theodoretus Lib. II. Hæret. fabul. cap. 5. ex antiquo quodam libro, qui *Parvus Labyrinthus* fuit inſcriptus, refert, *quod qui hanc hæreſin conflarunt, divinam Scripturam interpolare auſi ſint, & quædam amputare, quædam adjicere, emendaſſe ſe dicentes, quæ minùs rectè habebant, & ſapientiores ſe Spiritu Sancto pronuntiantes. Neque in hoc ipſo*, pergit Theodoretus, *illos conveniſſe docet, ſed alio modo id feciſſe Theodotum, alio Aſclepiadem, & Hermophilum aliter, aliter Apollonidem: quin & horum ſingulos ſua ipſorum inſuper correxiſſe, ita ut exemplarium magna ſit diſcrepantia.* Quod ſi ergo Theodotus Divinas atque Canonicas Scripturas interpolare, iiſque quædam addere haud fuit veritus, nil mirum, ſi & Apocalypſi Petri adjecerit iſta, quæ hactenus ex Clemente deſcripſimus, hic verò ex Theodoto excerpſit; quamvis ſatis commodam admittant interpretationem, ut ex antè dictis patere puto.

Jacobus de Vitriaco, Epiſcopus Acconenſis in Epiſtola ad Honorium III. *Papam circa annum Chriſti* 1219. *ſcriptâ, apud Dacherium Tom.* VIII. *Spicilegii Veterum Scriptorum pag.* 382. *hæc habet* :

Præſenti anno Suriani, qui nobiſcum erant in exercitu, librum alium antiquiſſimum, lingua Saracenica ſcriptum, de antiquis armariis ſuis nobis oſtenderunt, cujus erat ſuperſcriptio: *Revelationes B. Petri Apoſtoli, à diſcipulo ejus Clemente in uno volu-*

mine

mine redactæ. Quicunque autem hujus libri auctor extiterit, ita aperte & expresse de statu Ecclesiæ Dei à principio usque ad tempora Anti-Christi & finem mundi prænuntiavit, quod (*ut*) exc ompletione præteritorum indubitatam facit (*faciat*) fidem futurorum. Prænuntiavit autem inter alia de consummatione seu consumptione perfidæ legis Agarenorum, & qualiter imminente, & quasi in januis existente destructione Paganorum, primò civitatem herbosam & aquis circumdatam, (sic enim *Damiatam* appellant) populus Christianorum subjugaturus esset. Posthæc verò de duobus Regibus novis subjungit: quorum unus venturus est à partibus Occidentis, alium à partibus Orientis obviam prædicto Regi in civitatem sanctam venturum prædixit, & quod per manus Regum prædictorum Dominus abominabilem impiorum hominum legem exterminaturus esset, multis ex ipsis gladio interemptis, aliis ad fidem Christi conversis, ut intraret plenitudo Gentium, & sic omnis Israel salvus fieret, & posthæc filius perditionis, & inde judicium & finis.

Addit Vitriacus, *se prædictum Apocalypsis librum universo populo in sabulo ante Damiatam ad verbum Dei congregato, causa consolationis & recreationis ostendisse*, indeque prophetiam Apocalypticam de duobus Regibus, uno Occidentali, Orientali altero, applicat ad Regem Orientalem David & Fridericum Imperatorem Occidentalem. Verùm hi legem Muhammedicam haud exterminarunt, ac proinde falsa est applicatio. Cæterùm ex adductis Jacobi verbis, quibus summam totius Apocalypseos Petri recenset, conjectare licet, non adeo parvulum librum istum fuisse, quod & ex supra citatâ Stichometria apud Cotelerium colligitur, ubi ei MMLXX. versus adscribuntur, juxta alios verò Stichometriæ istius Codices CCLXX. Quæ lectionis varietas procul dubio ex errore Scribæ, 2070, & 270. facile permutantis orta est. Prior lectio si esset genuina, Petri Apocalypsis duplo fere major fuisset Apocalypsi S. Johannis, cui MCC. versus ibidem tribuuntur; sin autem posterior lectio est vera, aliquanto major fuit priori Petri epistola, quæ CC. versus ibidem habere dicitur. Sed nihil certi hac de re statui potest.

Actus Petri.

PRæter *Prædicationem* & *Revelationem* Petri, memorantur ab Eusebio & Hieronymo locis supra citatis liber *Actorum Petri.* De quo primùm notandum venit, diversum eum fuisse ab istis Petri Actibus, quos unà cum

cum aliorum Apoſtolorum rebus geſtis compoſuit ac publicavit Leucius ſive Lucius, Marcionis ſucceſſor Sec. II, quoſque ſummatim perſtrinxit Photius Cod. 114, ego verò ſuo loco fragmenta eorum hactenus inedita orbi erudito offeram. Quippe in Gelaſii Decreto Tom. IV. Concil. col. 1264. diſtincte recenſentur *Actus nomine Petri Apoſtoli*, & pluribus aliis interjectis, *libri, quos fecit Leucius diſcipulus Diaboli*. Neque S. Patres famoſi hujus impoſtoris commentaria, aperte ab omnibus rejecta, ita citare fuiſſent dignati, uti Actus Petri allegaſſe leguntur. Deinde non minus certum eſt, *Actus* iſtos Petri, quorum mentionem fecit Euſebius & Hieronymus, diſtinctos fuiſſe tam à decem libris Recognitionum, quàm à Clementina Epitome *de Geſtis S. Petri*, cujus Græca inſcriptio eſt: Κλήμεντος Ἐπισκόπου Ῥώμης περὶ πράξεων ἐπιδημιῶν τε καὶ κηρυγμάτων τοῦ ἁγίου καὶ κορυφαίου τῶν Ἀποστόλων Πέτρου ἐπιτομή· Quippe priores libri haud à quoquam ipſi S. Petro adſcripti, nec alicubi ſub titulo *Actuum* Petri allegati leguntur, ſed vulgo, tanquam Clementis, & ſub nomine περιόδων Petri, citati fuere, ut ex Origene, Epiphanio, aliiſque videre eſt, & ex iis patet, quæ ſuprà in Præfatione fragmentis Κηρύγματος Petri præmiſſâ dixi. Quocirca etiam à Gelaſio, vel quiſquis eſt Auctor Decreti modò citati, ſeorſim *Actus nomine Petri Apoſtoli* ponuntur, & tanquam ab iis diſtinctum recenſetur *Itinerarium nomine Petri Apoſtoli, quod appellatur ſancti Clementis libri octo*, (decem). Neque in hiſce decem libris Recognitionum reperiuntur pauca ea, quæ ex Actibus Petri S. Patres allegarunt, adeo ut hos ab illis diverſos fuiſſe nullum ſit dubium. Poſterior verò Epitome titulum quidem πράξεων Petri gerit, & jam Photii ævo geſſiſſe videtur, ut ex Cod. 113. Bibliothecæ ejus colligitur; ſed & ipſa diſertè Clementi, non Petro, tanquam Auctori adſcribitur, ac antiquis iſtis Actis, tanquam ab ipſo Apoſtolo ſcriptis, multo recentior eſt, imo, ut Cotelerius in principio Notarum in hunc libellum cenſet, *ex Homiliis Clementinorum & Recognitionum libris, tum ex epiſtola Clementis ad Jacobum,*

Clementis

Clementis Martyrio atque narratione Ephraemi composita fuit ista Epitome. Neque in hac invenias ea, quæ in antiquis Actibus Petri legebantur, adeo ut illam pro hisce venditare summæ foret impudentiæ. Illud vero difficilius est conjectare, ideoque suprà pag. 38. seq. incertum esse dixi, utrum scilicet liber Actuum Petri, apud Eusebium & Hieronymum, distinctus fuerit ab istis Petri Actis, ex quibus verba aliqua descripsit Isidorus Pelusiota Lib. II. Epist. 99. ad Aprodisium. Distinctum tamen fuisse probabile est, quia ex tali libro, ubi non solius Petri, sed aliorum quoque Apostolorum communia acta recensita fuere, quemque Varadatus Monachus laudavit, Isidorus sua transcripsisse videtur, ut loco citato notavi; prior verò liber Actuum Petri hujus solius res gestas exposuisse memoratur. Accedit, quod in illo ista solum acta Apostolorum, quæ ante Pauli adventum ad ipsos Hierosolymis congregatos contigere, narrata fuerint; alter verò Actuum Petri liber hujus res gestas ad finem usque vitæ sit prosecutus, uti colligere est ex isto, quod apud Origenem legitur, fragmento, infrà à nobis recitando, si assumatur lectio Perionii, nomen *Petri* loco *Pauli*, quod in vulgatis Codicibus extat, reponentis. Certius hâc de re judicium ferre, pluraque insuper de Actibus Petri dicere possem, si plura ex iis conservata fuissent fragmenta. Verùm nemo S. Patrum *Acta Petri* expressè citavit, præter Origenem, quamquam & de hoc propter diversitatem lectionis modò dictæ res sit dubia. Addenda tamen, hîcque recitanda putavi sequentia Clementis Alexandrini, siquidem ea ex antiquis istis Actis Petri manasse est verisimillimum, licet Clemens horum haud disertam fecerit mentionem, imo se traditionem istam ex ore aliorum accepisse innuat, qui tamen è dicto libro illam hausisse videntur.

Clemens Alexandrinus Lib. VII. *Stromat. p. 736. B.*

AIunt igitur beatum Petrum, cum vidisset uxorem suam duci ad mortem, lætatum

ΦAσὶ γ᾽ οὖν τὸν μακάριον Πέτρον, θεασάμενον τὴν αὑτοῦ γυναῖκα ἀγομένην τὴν ἐπὶ θάνατον, ἡσθῆναι μὲν τῆς

τῆς κλήσεως χάριν, καὶ τῆς εἰς οἶκον ἀνακομιδῆς· ἐπιφωνῆσαι δὲ εὖ μάλα προτρεπτικῶς τε καὶ παρακλητικῶς ἐξ ὀνόματος προσειπόντα, Μέμνησ', ὦ αὕτη, τοῦ Κυρίου.

quidem esse, quod vocaretur, & quod reverteretur domum, adhortationis autem & consolationis ergo acclamasse ei, proprio nomine compellatæ, dicendo: Memento tu Domini.

Ultima verba, quæ malè in edito Clementis Alexandrini textu leguntur: μεμνήσθω αὐτῆ τοῦ Κυρίου, emendavi, adjutus Codice Eusebii, qui Lib. III. Hist. Eccl. cap. 30. ista Clementis Alexandrini allegavit hoc modo: μέμνησο ὦ αὕτη τοῦ Κυρίου.

Origenes Tom. XXI. *Comment. in Johannem p.* 298.

EI τῳ δὲ φίλον παραδέξασθαι τὸ ἐν ταῖς Παύλου (Πέτρου) πράξεσιν ἀναγεγραμμένον, ὡς ὑπὸ τοῦ σωτῆρος εἰρημένον· ἄνωθεν μέλλω σταυροῦσθαι.

QUod si cui placet admittere, quod in Actis Pauli (*Petri*) scriptum est, tanquam à Servatore dictum: Denuo debeo crucifigi, &c.

Perionius h. l. nomen *Petri* pro *Pauli* vult legendum, cui hac in parte assentior, quia de Petro ita scribit Egesippus, (vel quisquis fuerit Auctor, Seculo IV. clarus & Ambrosii æqualis) Lib. III. de Excidio Hierosolymitano cap. 2. *Ubi ventum est ad portam* (Romæ) *videt sibi Christum occurrere, & adorans eum dixit: Domine quò vadis? Dicit ei Christus: Iterum venio crucifigi. Intellexit Petrus de sua dictum passione, quod in ea Christus passurus videretur, qui patitur in singulis, non corporis dolore, sed quadam misericordiæ compassione aut gloriæ celebritate. Et conversus ad urbem redit, captusque à persecutoribus, cruci adjudicatus.* De Paulo verò nusquam tale quid legitur.

Priusquam ad alia procedam, monitum velim Lectorem, ne miretur, me in recensendis fragmentis controversorum Petri Scriptorum omisisse ista, quæ in Irenæi Symbolis apud Combefisium Part I. Auctarii novissimi Bibliothecæ Patrum, p. 299. leguntur: *Ejus generis Presbyteros alit Ecclesia, de quibus & Petrus ait: Dabo principes tuos in pace, & Episcopos tuos in justitia.* Nam hæc quidem ex Apocryphis Apostoli Petri ab Irenæo deprompta esse, ad marginem hujus loci notavit Cl. Combefisius. Verùm errorem Combefisii deprehendit & correxit Cotelerius in eruditissimis Notis ad Tom. II. Monument. Ecclesf. Græc. col. 608. ubi postquam in genere observaverat, *breviatas exemplarium manu exaratorum lectiones præbuisse occasionem plurimis librariorum librorumque erratis*, inter alia exempla hoc quoque profert, ita scribens: *Hinc etiam Combefisius, licet in MSS. Græcis legendis exerci-*

exercitatissimus, Auctarii novissimi Part. I. pag. 299. *D. è Codice Regio* 753. *quem hisce oculis vidi, testimonium S. Irenæi Lib. IV. cap.* 44. *edidit hoc pacto:* Τούτους πρεσβυτέρους ἀνατρέφει ἡ ἐκκλησία, περὶ ὧν καὶ ὁ Πέτρος φησίν· δώσω τοὺς ἄρχοντάς σου ἐν εἰρήνῃ, καὶ τοὺς ἐπισκόπους σου ἐν δικαιοσύνῃ. *Ast ponendum fuit* ὁ προφήτης, *juxta Latinum Irenæum: Tales Presbyteros nutrit Ecclesia, de quibus & Propheta ait: Et dabo Principes,* &c. Esaias cap. LX. v. 17. juxta versionem τῶν ό.

Pauli Apocrypha, in specie *Actus illius & Theclæ.*

UTi *Petri,* ita & *Pauli* Apostoli nomine inscripti jam olim extitere varii libri, iique vel manifestè spurii, partim piâ, ut vulgò dicitur, quorundam Christianorum fraude, partim malo hæreticorum dolo conficti; vel controversi, ac dubiæ in Ecclesia auctoritatis. Equidem Evangelium aliquod Pauli prodiisse haud legimus, uti quidem sub Petri nomine à Leucio confictum esse supra dixi. *Inter scripta Pauli nullus extat liber, qui vocari Evangelium consueverit; sed quicquid vel prædicavit, vel dixit, est Evangelium,* sunt verba Origenis in Præfatione Commentar. Græco-Latini super Johannem pag. 6. quibus ista Apostoli Rom. II. 16. *Secundum Evangelium meum,* bene explicat. Sane mirari fere subit, neminem priscorum impostorum, quales fuere plurimi, ex verbis istis occasionem captasse fingendi sub Pauli nomine Evangelii, uti quidem haud defuere, qui inducti eò, quod Apostolus in Epistolâ ad Colossenses cap. IV. v. 16. scripsit, jubens eos legere Epistolam τὴν ἐκ Λαοδικείας, Epistolam quandam Pauli ad Laodicenses supposuerunt. De quâ ex Latinis Hieronymus in Catalogo Script. Eccles. *Legunt,* inquit, *quidam & ad Laodicenses, sed ab omnibus exploditur;* ex Græcis verò Theodoretus in Comment. ad locum citatum Epist. ad Coloss. scribit: Τινὲς ὑπέλαβον, καὶ πρὸς Λαοδικέας αὐτὸν γεγραφέναι· αὐτίκα τοίνυν καὶ προσφέρουσι πεπλασμένην ἐπιστολήν. ὁ δὲ θεῖος Ἀπόστολος οὐκ ἔφη, τὴν πρὸς Λαοδικέας, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐκ Λαοδικείας. ἐκεῖνοι γὰρ πρὸς αὐτὸν περί τινων ἔγραψαν. *Sunt, qui existimant, & ad Laodicenses ipsum* (Paulum) *scripsisse.*

Itaque fictam etiam epiſtolam proferunt. Divinus autem Apoſtolus non dixit eam, quæ eſt ad Laodicenſes, ſed eam, quæ eſt ex Laodicea: illi enim de aliquibus rebus ad eum ſcripſerant. Quam Theodoreti, nec non diverſas aliorum ſententias de epiſtola ἐκ Λαοδικείας hîc diſcutere nolo, cùm accuratè hanc rem tractaturus ſit Vir, quem ſingularis honoris ac variorum in me collatorum beneficiorum cauſa nomino, Reverendus Dominus D. Johannes Millius, in eruditiſſimis Prolegomenis præclaræ editionis Novi Teſtamenti, brevi lucem viſuræ. Ipſam verò confictam Pauli ad Laodicenſes epiſtolam quod attinet, eam Hamburgi anno 1595. Latinè & Germanicè edidit Stephanus Prætorius, Græcè autem cum variis verſionibus Elias Hutterus, & nuper Leuſdenius, ut taceam Jacobi Fabri Stapulenſis commentarium in epiſtolas Pauli, & Sixti Senenſis Bibliothecam S. ubi etiam Latinè habetur. Neque dubito, hanc illam ipſam eſſe, quam olim Hieronymus & Theodoretus confictam, ac ab omnibus exploſam dixerunt, & quidem merito, cum manifeſtè ex aliis B. Apoſtoli Epiſtolis, ad Galatas, Philippenſes, &c. ſit conſarcinata, ideoque indigna quæ huic Spicilegio inſereretur.

Præter ſpurium hunc fœtum jam olim extitere Paulo adſcriptæ epiſtolæ quædam ad Senecam, hujuſque reſponſoriæ ad Apoſtolum, quas *à plurimis legi*, ſuo tempore teſtabatur Hieronymus in Catal. Script. Eccleſ. in *Seneca*, nec non Auguſtinus Epiſt. LIV. ad Macedonium, neuter ipſas tanquam ſuppoſititias rejiciens, aut cenſuram addens. Recentiores tamen Critici, omnes fere, ipſas confictas volunt, neque ego earum patrocinium in me ſuſcepero, nullum ideoque locum ipſis in hac collectione daturus. Qui eas legere voluerit, evolvat Sixti Senenſis Biblioth. S. Lib. II. in voce *Paulus*, ubi integræ recitantur, eædem ſane cum iſtis, quarum mentionem laudati Patres fecere, ſiquidem quod Hieronymus ſcribit, Senecam *optare, ejus eſſe loci apud ſuos, cujus ſit Paulus apud Chriſtianos*, in VI. Senecæ ad Paulum epiſtolâ reperias, his expreſſum verbis: *Qui meus, tuus apud te locus; qui tuus, velim ut meus.*

Relictis

Relictis ſpuriis epiſtolis progredior ad *Apocalypſin* Pauli, quam Gelaſius loc. cit. Apocryphis annumeravit, & de qua inter Nicephori Patriarchæ Conſtantinopolitani Sec. IX. Canones XVII. qui ex Jure Græco-Romano inſerti leguntur Tom. VII. Concil. Labbei, tertius ita ſonat, col. 1298. *Apocalypſin Pauli, & ea quæ dicuntur Brontologia, & Selenodromia, aut Calandologia, ſuſcipere non oportet, profana enim omnia,* βέβηλα γὰρ πάντα. Imo antiquior hiſce S. Auguſtinus in fine Tractatûs 98. in Johannem: *Vani quidam,* inquit, *Apocalypſin Pauli, quam ſane non recipit Eccleſia, neſcio quibus fabulis plenam, ſtultiſſima præſumptione finxerunt, dicentes hanc eſſe, unde dixerat, raptum ſe fuiſſe in tertium cœlum, & illic audiſſe ineffabilia verba, quæ non licet homini loqui. Utcunque illorum tolerabilis eſſet audacia, ſi ſe audiſſe dixiſſet, quæ adhuc non licet homini loqui. Cum verò dixerit, quæ non licet homini loqui, iſti qui ſunt, qui hæc audeant impudenter & infeliciter loqui?* Meritò autem Pauli Apocalypſis tanquam ſuppoſititia à laudatis Auctoribus rejecta eſt, non modò ob allatum ab Auguſtino argumentum, ſed & quod nullus antiquiorum Patrum eam unquam citaverit, aut mentionem illius injecerit, uti bene obſervavit Sozomenus Lib. VII. Hiſt. Eccl. cap. 19. ſcribens: Τὴν νῦν ὡς Ἀποκάλυψιν Παύλου τοῦ Ἀποστόλου φερομένην, οὐδεὶς ἀρχαίων εἶδε. *Illam, quæ nunc tanquam Pauli Apoſtoli Revelatio circumfertur, nullus Veterum agnovit.* Imo eſt ex priſcis Patribus, qui apertè negavit, Pauli revelationes, quarum in Epiſtolis ſuis ſubinde facit mentionem, ab ipſo literis conſignatas fuiſſe, nempe Dionyſius Alexandrinus, qui apud Euſebium Lib. VII. Hiſt. Eccl. cap. 25. contra S. Johannis Apocalypſin diſputans, ut hanc non ab ipſo Apoſtolo ſcriptam probaret, exemplum alterius Apoſtoli adducit, nempe Παύλου διὰ τῶν ἐπιστολῶν ὑποφήναντός τι καὶ περὶ τῶν ἀποκαλύψεων αὐτοῦ, ἃς οὐκ ἀνέγραψε καθ᾽ αὑτάς, *Pauli in Epiſtolis nonnihil de Revelationibus ſuis indicantis, quas tamen ille in proprium volumen non redegit.* Non igitur quicquam de Pauli Apocalypſi Sec. III. novit

 Dionyſius,

Dionyſius, imo nec Seculo IV. ipſam extitiſſe inde colligitur, quod neque Euſebius, neque Hieronymus in Catalogo Script. Eccleſ. quem anno 392. ſcripſit, ullam ejus fecerint mentionem. Cum igitur Auguſtinus, anno 396. Epiſcopus creatus, primus Apocalypſeos Pauli in Tractatibus ſuis meminerit, inter hunc & annum 392. à Monachis quibuſdam confictam eſſe auguror, inque hac opinione confirmor per ea, quæ Sozomenus loc. cit. de dicta Apocalypſi notat ſcribens: Πλεῖστοι μοναχῶν ἐπαινοῦσιν. *Plurimi Monachorum eam commendant.* Mox autem ſequentia refert, ex quibus & modum & tempus ſuppoſitionis diſcere eſt: Ἐπὶ ταύτης δὲ τῆς βασιλείας ἰσχυρίζονταί τινες ταύτην εὑρῆσθαι τὴν βίβλον· λέγουσι γὰρ ἐκ θείας ἐπιφανείας ἐν Ταρσῷ τῆς Κιλικίας κατὰ τὴν οἰκίαν Παύλου μαρμαρίνην λάρνακα ὑπὸ γῆν εὑρεθῆναι, καὶ ἐν αὐτῇ τὴν βίβλον εἶναι· ἐρωμένῳ δέ μοι περὶ τούτου, ψεῦδος ἔφησεν εἶναι Κίλιξ πρεσβύτερος τῆς ἐν Ταρσῷ ἐκκλησίας. γεγονέναι μὲν γὰρ πολλῶν ἐτῶν καὶ ἡ πολιὰ τὸν ἄνδρα ἐδείκνυεν· ἔλεγε γὰρ μηδὲν τοιοῦτον ἐπίστασθαι παρ' αὐτοῖς συμβὰν, θαυμάζειν τε, εἰ μὴ τάδε πρὸς αἱρετικῶν ἀναπέπλασθαι. *Quidam autem affirmant, hujus, de quo agimus, Imperatoris temporibus repertum eſſe hunc Librum. Aiunt enim apud Tarſum Ciliciæ in ædibus Pauli arcam marmoream, Deo revelante, ſub terra inventam fuiſſe, in qua hic Liber eſſet reconditus. Mihi verò, hac de re percontanti, falſum id eſſe dixit Cilix quidam Presbyter Eccleſiæ Tarſenſis: quem quidem grandævum eſſe ipſa canities indicabat. Ajebat autem, ſe nihil ejuſmodi apud ipſos geſtum comperiſſe, ſuſpicari autem, ne id ab hæreticis confictum eſſet.* Theodoſii itaque Imperio, unà cum Seculo IV. ad finem decurrente, conficta eſt Pauli Apocalypſis, quam *Cophtos etiamnum penes ſe habere* ſcribit Cl. du Pin in Nova Bibliotheca Tit. *de Actis Apoſtolorum ſuppoſitis & falſis Apocalypſibus.* Verùm cum nullum hujus rei Auctorem ibi alleget, vereor, ne per lapſum memoriæ, quod Prateolus de *Petri* Apocalypſi refert, & ego ſuprà ex illius Elencho hæreticorum citavi, ad *Pauli* Revelationem retulerit: neque enim memini, alium quempiam in ſcriptis teſtatum reliquiſſe, quod Pauli Apocalypſis apud

apud Cophtos etiamnum extet. Extat autem forte fictitia ista Revelatio hîc in Anglia, adeo ut siquis istiusmodi nugarum foret amans, non necesse haberet, iter ad Cophtos suscipere. Habetur quippe hîc Oxonii in Bibliotheca Collegii Mertonensis Cod. 13. N. 2. 1. Art. fol. 77.b. *Revelatio S. Pauli his tribus diebus, quum conversus & vocatus à Christo cecidit in terram, nihil videns, ostensa sibi per Sanctum Michaëlem de pœnis multiplicibus Purgatorii & inferni horribilibus, & quis primus impetravit à Domino requiem animabus, in purgatorio permanentibus, in singulis diebus Dominicis usque finem mundi subsequentibus*, ut inscriptio sonat. Attamen hanc à recentiore quodam mangone confictam, nec eandem esse cum priori, à Patribus Seculi V. rejectâ Apocalypsi, inde suspicari licet, quod Augustinus dicat, in istâ fuisse tradita ea, quæ Paulo in tertium cœlum rapto fuere revelata; cum contrà in illa Manuscripta dicatur, quod *Paulus Apostolus & Michael Archangelus exierint ad infernum*, ut hic illi tormenta animarum ostenderet. Sed sive Revelatio ista sit eadem cum priori isto commento, sive hoc interciderit, nihil refert, neque jacturam istam ægrè ferre debemus. Cæterùm constat aliam ab hactenus dicta, ac multò antiquiorem, fuisse Pseudo-Apocalypsin Pauli, quam Cajani hæretici Sec. II. finxerunt, ac Αναβαλικὸν Παύλου vocarunt, de quo lege Epiphanium Hæres. XXXVIII. §. 2.

Pauca quoque dicenda sunt de *Canonibus* Apostoli Pauli, qui allegantur in Commentario Oecumenii, ad Act. ix. v. 10. pag. 86. D. ita scribentis: Καὶ οὗτος ὁ Ανανίας διάκονος ἦν, ὡς αὐτὸς Παῦλος μαρτυρεῖ ἐν τοῖς κανόσι. *Et iste Ananias erat Diaconus, quemadmodum ipse Paulus testatur in Canonibus*. Extant quoque in Bibliotheca Bodl. MSS. Παύλου τοῦ ἁγίου Αποστόλου διατάξεις περὶ Κανόνων Εκκλησιαστικῶν, Cod. 126. Barocc. fol. 158. pag. 1. & Cod. 185. Barocc. Part. I. f. 9. p. 1. Sequuntur insuper in priori Cod. f. 160. p. 1. & in posteriori f. 10. p. 1. Πέτρου καὶ Παύλου τῶν ἁγίων Αποστόλων διατάξεις. Verùm istæ Pauli Constitutiones sunt ipsum caput 32. Lib. VIII. Constit. Apostol. cujus inscriptio in vulgatis exemplaribus est: Κανόνες

νόνες διάφοροι Παύλε τȢ Αποςόλε, &c. & in cujus collatione cum dictis MSS. Codicibus non nisi varias quasdam lectiones haud magni momenti deprehendi. Petri autem & Pauli διατάξεις, ibi descriptæ, continentur eodem Lib. VIII. Const. Apost. cap. 33, 34, 42, 43, 44, & 45. Atque hanc Constitutionum Apostolicarum Collectionem (quam bis sub titulo *Canonum* quoque citavit Auctor operis imperfecti in Matthæi cap. vi. 3. & xxv. 18.) vel dictos Canones singulatim, ut in Codicibus Bodleianis, descriptos allegavit Oecumenius loc. cit. Nam licet neque in Pauli Canonibus, cap. 32. neque in Petri & Pauli Constitutionibus, cap. 33. usque ad 45. inclusivè ulla Ananiæ facta sit mentio, occurrit tamen hæc mox sequenti cap. 46. in quo quidem non singulatim Paulus, sed omnes Apostoli introducuntur præcipientes; cujus proinde inscriptio Cod. 126. Barocc. f. 163. p. 1. talis est: περὶ εὐταξίας διδασκαλία πάντων τȢ ἁγίων Αποςόλων. At in Oecumenii Codice forte caput 46. sine tali distincto titulo prioribus junctum fuit, sicut initium ejus Codice 185. Barocc. continuâ serie, nulloque verbo interposito, cum fine capitis 45, quo Petri & Pauli Constitutiones recensentur, connexum est; ac proinde Oecumenius istud, perinde ut antecedentia, S. Paulo adscripsit, præsertim cum illa ipsa, quæ respexit verba, in fine dicti capitis Paulus singulatim protulisse videatur hunc in modum: *Philippum Diaconum & Ananiam fidelem fratrem quidam causantur, quod ille quidem Eunuchum baptizavit, hic verò me Paulum.* Quibus verbis dum Paulus se ab Anania tinctum profitetur, huncque Philippo Diacono jungit, illum perinde ut hunc à Paulo Diaconum dici, Oecumenius inde collegit.

Actus deniq; & Περιόδȣς Pauli quod concernit, præter istos à Leucio hæretico confictos, quorum meminit Photius Cod. 114. quosque tacito Leucii nomine rejicit Philastrius hæres. 40. dicens, Manichæos istis usos esse, extabat alius olim liber *Actuum Pauli*, de quo Euseb. Lib. III. c. 3. ait: ȣ̓δὲ μὴν τὰς λεγομένας αὐτȢ πράξεις ἐν ἀναμφιλέκτοις παρείληφα. *Neq; Actus Pauli vulgò dictos inter indubitatos libros accepi*; & cap. 25. hunc librum non in prima classe Canonicorum indubiè talium,

nec

nec in tertia eorum, quæ hæretici confinxerunt, ſed in medio ordine iſtarum Scripturarum collocavit, de quibus controverſia olim extitit, rejicientibus aliis, aliis admittentibus. In decreto Gelaſii nulla horum *Actuum Pauli* fit mentio, quamvis alium librum *Actuum Theclæ & Pauli*, de quo mox dicam, inter Apocryphos recenſeat. In Stichometria verò Latina à Cotelerio in Notis ad Barnabæ epiſtolam editâ *Actus Pauli* libris N. T. accenſentur, iiſque adſcribuntur verſus MMMMDLX. Unde colligitur duplo fere majores fuiſſe Actis Apoſtolorum à Luca ſcriptis, quibus MMDC. tantum verſus tribuuntur. Verùm ex illis nil habemus reliquum, unico excepto fragmento, quod in Latina verſione Librorum Origenis de Principiis legitur, & pauciſſimis conſtat verbis, infra recitandis.

Ab his Actibus Pauli diverſum fuiſſe puto libellum, qui titulum geſſit *Actorum* vel Περιόδων *Pauli & Theclæ*, quemque à Gelaſio inter Apocrypha rejectum eſſe modò dixi. Idem ante eum fecit Hieronymus in Catal. Script. Eccleſ. in *Paulo* ita ſcribens: Περιόδες *Pauli & Theclæ, & totam baptizati Leonis fabulam inter Apocryphas Scripturas computamus. Quale enim eſt, ut individuus comes Apoſtoli* (Lucas) *inter cæteras ejus res hoc ſolum ignoraverit? Sed & Tertullianus vicinus eorum temporum refert, Preſbyterum quendam in Aſia,* σπουδαστὴν *Apoſtoli Pauli, convictum à Johanne, quod auctor eſſet libri, & confeſſum ſe hoc Pauli amore feciſſe, loco excidiſſe.* Duo hiſce *Periodis* opponit Hieronymus, ſilentium Lucæ in Actis Apoſtolorum, & teſtimonium Tertulliani. Et prius quidem ad infringendam hiſtoriam parum valere, infrà patebit, ac ex ipſo Hieronymo, alio in loco id agnoſcente, probabitur. Poſterius autem majoris eſt ponderis, ac omnino conſiderandum, quod Tertullianus, Latinorum Patrum antiquiſſimus, Lib. de Baptiſmo cap. 17. contra ſectarios, jus docendi & tingendi muliebri ſexui tribuentes, diſputans, quaſi ex certa ſcientia ſcripſerit: *Quod ſi, qui Pauli perperam ſcripta legunt, exemplum Theclæ ad licentiam mulierum docendi tingendique defendunt: ſciant*

in Asia Presbyterum, qui eam Scripturam construxit, quasi titulo Pauli de suo cumulans, convictum atque confessum, id se amore Pauli fecisse, loco decessisse, i.e. gradu Ecclesiastici muneris dejectum fuisse. Quæ si ita se habent, uti facilè crediderim, id quidem constat, libellum istum suppositititium fuisse, ac Pauli nomine falsò inscriptum. At verò istud adhuc in quæstione manet, utrum historia Theclæ, in isto libro narrata, mera fuerit fabula, à Presbytero isto conficta, cum talis virgo & martyr sanctissima nunquam extiterit, istaque egerit & passa sit pro fide Christiana, quam à Paulo didicisse fertur? Sanè Tertulliani verba hoc non evincunt, sed solùm libellum Presbyteri istius Asiatici perperam Apostolo adscriptum, maleque in eo relatum esse volunt, quod Thecla ipsa docendi ac baptizandi munus exercuerit. Hieronymus ulteriùs processisse videtur, dum voce *fabulæ* utitur. Equidem non *Theclæ fabulam*, sed *baptizati leonis fabulam* dixit; attamen ratio à Lucæ silentio ducta generalis est, eâque rem totam evertere conatur. Verùm vix à me impetrare possum, ut Theclam haud in rerum natura fuisse, omneque, quod de ea narratur, purum putum figmentum esse statuam, quia vix ulla est persona in S. Patrum monumentis frequentius magisque celebrata, quàm ista, de qua agimus Thecla. Seculo III. Cyprianus Antiochenus eam commemoravit in oratione pro Martyribus, Deum his verbis precatus: *Assiste nobis, sicut Apostolis in vinculis, Theclæ in ignibus, Paulo in persecutionibus, Petro in fluctibus.* Et in alia oratione, quam sub die Passionis suæ dixit. *Libera me de medio seculi hujus, sicut liberasti Theclam de medio amphitheatro.* Sec. IV. & V. plures historiam Theclæ testimonio suo confirmarunt, nempe Gregorius Nazianzenus & Nyssenus, Ambrosius, Johannes Chrysostomus, Isidorus Pelusiota, aliique quorum verba in Notis ad Acta Theclæ sequentur; Basilius verò Seleuciensis prolixo metro eam describere dignatus est, teste Photio Cod. 168. Neque Catholici solùm, sed & hæretici huic rei fidem præbuerunt, in specie Faustus Manichæus, qui ut crimen doctrinæ

ctrinæ Dæmoniorum Manichæis ob nuptias damnatas impactum dilueret, exemplum Pauli Theclam à matrimonio abstrahentis attulit in medium, his usus verbis apud Augustinum Lib. XXX. contra Faustum c. 4. *Ipsi jam timeo Apostolo, ne Dæmoniorum doctrinam intulisse tunc Iconium videatur, cum Theclam oppigneratam jam thalamo in amorem sermone suo perpetuæ virginitatis incendit.* Ad quæ respondens Augustinus nil contra allatam Theclæ historiam excipit, qui tamen aliàs, ubi Manichæi ex Apocryphis quædam adducebant, ea tanquam falsa & conficta rejicere solebat. Nescio itaque, utrum æquum sit, ob unius Hieronymi auctoritatem, historiam à tot Catholicis Patribus, nec non hæreticis, pro vera agnitam inter fabulas rejicere, præsertim cum ratio, quam à silentio Lucæ petit, nullius sit roboris, ab ipsomet alibi convulsa. Quippe in Comment. ad cap. 2. Epist. ad Galatas, ubi agit de Petri & Pauli contentione Antiochiæ obortâ, cujus Lucas in Actis ne verbo quidem meminit, bene monet: *Non mirum esse, si Lucas hanc rem tacuerit, cum & alia multa, quæ Paulus sustinuisse se replicat* (2 Corinth. xi.) *historiographi licentiâ prætermiserit; & non statim esse contrarium, si quod alius ob causam dignum putavit relatu, alius inter cætera dereliquit. Denique*, pergit, *primum Episcopum Antiochenæ Ecclesiæ Petrum fuisse accepimus, & Romam exinde translatum, quod Lucas penitus omisit.* Quæ sua verba verissima si ad mentem revocasset Hieronymus (scripsit enim Commentarium istum ante Catalogum Scriptorum Ecclesiasticorum, ut ex hujus ultimo capite patet) adeo infirmum historiæ de Thecla Martyre haud opposuisset argumentum. Cæterùm & illud animadversionem meretur, quod scribit, *Lucam individuum Pauli comitem* fuisse. Contrarium ex ipsis Lucæ Actis patet, siquidem post concilium Hierosolymitanum demum, Paulo iter in Macedoniam suscipienti Troade se junctum esse insinuat, dum c. xvi. stylum vertit, & ubi hactenus in historia Pauli tertiâ semper persona usus erat, scribens: *Fecit, Profectus est*, &c. jam in primâ persona plurali

verba facere incipit, ſic ſcribens verſ. 11. *Navigantes autem à Troade, recto curſu venimus Samothraciam, & ſequenti die Neapolin, & inde Philippos.* Hinc abiens Paulus per quinquennium ſine Luca varias terras obiit, donec rurſum Philippis ei jungeretur Act. xx 6. Accedit quod hiſtoria Theclæ contigerit ἀναβαίνοντος Παύλου εἰς Ἰκόνιον μετὰ τὴν φυγὴν τὴν ἀπὸ Ἀντιοχείας, *Adſcendente Paulo Iconium poſt Antiochiæ fugam*, uti prima Actuum Theclæ verba indicant. Quo tempore cum Lucas Paulo nondum ſe adjunxerit comitem, nil mirum, quod rem iſtam ſilentio prætererit. Quicquid verò hujus rei ſit, ſive fabula, ſive vera fuerit hiſtoria Theclæ, ſanè iſtam à Presbytero Aſiatico ſub finem Seculi I. quo Johannes, & Apoſtolus, & alter hujus nominis, Aſiaticæ Eccleſiæ præerant, peculiari libello deſcriptam fuiſſe, ipſe Hieronymus claris verbis aſſerit, & Tertulliani teſtimonio ſuprà recitato confirmat, quamvis in modernis, quibus utimur, Codicibus Tertulliani, nomen Johannis non ſit expreſſum. Atque hic Presbyteri iſtius liber, licet perperam Pauli nomen habuerit inſcriptum, licet quoque fabulam narraſſet, tamen magnum præſtaret uſum, ſi hodienum extaret, dum varias Chriſtianorum iſtius ætatis notiones exprimeret. Extare verò, imo illum ipſum eſſe, quem modò ex MS. Codice Bibliothecæ Bodleianæ edo, omnino arbitror, variis inductus argumentis.

Iſta antequam proponam, prænotare placet, jam pridem duo commentaria Græca de Vita Theclæ à Petro Pantino, Decano Bruxellenſi, Antuerpiæ edita eſſe, quorum unum *Baſilii Seleucenſis*, alterum *Simeonis Metaphraſtæ* nomen inſcriptum gerit. Et de poſterioris quidem Auctore haud dubito, nixus auctoritate non modò Leonis Allatii, qui in Diatriba de Simeonum Scriptis, ubi *Metaphraſtæ* ſuppoſita à genuinis ſingulari cum diligentia ſecernit, Vitam Theclæ, à Pantino publici juris factam, Simeoni adjudicat pag. 130. ſed & Suidæ, qui exeunte Seculo X. ſcripſit, quo ineunte Simeon floruit, & in voce Ἄβαξ verba aliqua ex laudatâ vita Theclæ citans, eam expreſsè Λογοθέτῃ adſcribit. De priori autem Commentario

mentario

mentario dubitant Critici, utrum Baſilium Seleucienſem habuerit Auctorem, quia Photius Cod. 168. de ipſo ait: Ἔστι δὲ Βασίλειος οὗτος, ὁ καὶ μέτροις ἐντείνας τὰ τῆς πρωτομάρτυρος Θέκλης ἔργα καὶ ἆθλα καὶ νικητήρια. *Ille verò Baſilius eſt, qui primæ martyris Theclæ præclare geſta & certamina atque victorias metris perſequitur.* At verò iſte liber, qui hodie ſub nomine Baſilii proſtat, in proſa ſcriptus eſt, & alium inſuper adjunctum habet librum de miraculis Theclæ, quæ à Baſilio deſcripta eſſe Photius haud memorat. Quiſquis verò Auctor hujus hiſtoriæ ſit, is mox in principio teſtatur, quod ea ſit ἐξ ἑτέρας μὲν καὶ παλαιοτέρας ἱστορίας ἐκληφθεῖσα, κατ' ἴχνος δὲ αὐτῆς ἐκείνης συντεθεῖσα, *ex alia quadam, eaque vetuſtiori memoriâ excerpta, & ita concinnata, ut veſtigia ejus ſequatur.* Per antiquam iſtam hiſtoriam acta Theclæ, quæ Tertulliani ævo extabant, Auctorem intellexiſſe, vero eſt ſimillimum, cùm aliorum talium nuſquam facta ſit mentio; certum autem, quod hæc, quæ modo edimus, reſpexerit, ſiquidem illius hiſtoria veſtigiis noſtræ continuò inſiſtit, ut ex collatione utriuſque patet. Atque hoc eſt primum, quod ingeneravit mihi opinionem de noſtrorum Actorum antiquitate, quodque ipſa illa ſint, quæ Tertullianus à Presbytero Aſiatico ſcripta teſtatur.

Secundum argumentum eſt, quod in iſtis reperiantur omnia, quæ ſupra laudati Patres de Thecla referunt, ſuo quæque loco adnotanda, imò id ipſum quoque, quod Tertullianus in Actis iſtis reprehendit, quoad prædicationem verbi & adminiſtrationem Baptiſmi, quibus actibus Thecla defuncta eſſe narratur. Ita quippe hiſtoria noſtra ſonat: Ἡ Θέκλα ἀπῆλθεν μετὰ τῆς Τρυφαίνης, καὶ ἀνεπαύσατο σὺν αὐτῇ ἡμέρας ὀλίγας, διδάσκουσα αὐτὴν τὸν λόγον τοῦ Κυρίου, ὥστε πιστεῦσαι καὶ τῶν παιδισκῶν τὰς πλείονας. *Abiit Thecla cum Tryphæna, & requievit apud eam paucis diebus, docens eam verbum Domini, ita ut turbæ virginum crederent.* Et poſthæc, cum ad Paulum rediiſſet, hic ipſam Iconium tendentem dimiſiſſe refertur his verbis: Πορεύου καὶ δίδασκε τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, *Vade & prædica verbum Dei.* Denique: Ἐξελθοῦσα πάλιν, ἔρχεται ἐπὶ τὴν Σελεύκειαν, πολλοὺς φωτίζουσα τῷ λόγῳ τοῦ Χριστοῦ. *Et iterum loco egreſſa,*

venit

venit Seleuciam, illuminans multos verbo Christi. Quæ ultima verba recentior Auctor, qui se antiqua ista Acta strictè secutum esse profitebatur, ita interpretatus est: εὐαγγελισαμένη τὸν σωτήριον λόγον, καὶ πολλοὺς μὲν κατηχήσασα, καὶ σφραγισαμένη, καὶ στρατολογήσασα τῷ Χριστῷ, i. e. *Annuntians verbum salutare, pluresque catechesi imbuens, & insigniens,* (scilicet Baptismo) *ac militiæ Christi adscribens.* Et sanè verbo φωτίζειν Baptismum jam primâ Ecclesiæ ætate notatum fuisse, certum est, indeque satis commodum, cum Paraphraste hîc quoque isto sensu accipere, uti jam olim illi, contra quos Tertullianus disputat, accepisse videntur. Sed & in antecedentibus clariora sunt verba, quibus prisci sectarii ad jus tingendi mulieribus asserendum abuti potuerunt. Quippe Thecla Myram ad Paulum veniens, eum sic allocuta introducitur: Ἔλαβον τὸ λουτρὸν Παῦλε· ὁ γὰρ σοὶ ἐνεργήσας τὸ εὐαγγέλιον, καὶ μοὶ συνήργησεν εἰς τὸ λούσασθαι. *Accepi lavacrum Paule: qui enim per te operatus est Evangelii annuntiationem, & mihi cooperatus est ad baptizandum.* Quibus verbis proprium respexit Baptismum, quo semetipsam casu necessitatis adacta tinxisse in antecedentibus refertur his verbis: Τότε βάλλουσι πολλὰ θηρία, ἑστώσης τῆς Θέκλης, καὶ ἐκτεινομένης τὰς χεῖρας αὐτῆς εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ προσευχομένης. ὡς δὲ ἐτέλεσε τὴν προσευχὴν αὐτῆς ἡ Θέκλα, ἐστράφη, καὶ ἴδεν ὄρυγμα πλῆρες ὕδατος, καὶ εἶπεν· Νῦν καιρὸς τοῦ λούσασθαί με· καὶ ἔβαλλεν ἑαυτὴν εἰς τὸ ὕδωρ, λέγουσα· ἐν τῷ ὀνόματί σου Κύριέ μου Ἰησοῦ Χριστὲ, ὑστέρᾳ ἡμέρᾳ βαπτίζομαι. *Tunc plures bestias emiserunt, Thecla stante, & expansis in cælum manibus orante. Finita autem oratione, Thecla vertens se vidit fossam plenam aquâ, & ait: Nunc tempus est, ut baptizer, Et præcipitem semetipsam dedit in aquam, dicens: In nomine tuo, mi Domine Jesu Christe, ultima die baptizor.* Ex quibus patet, illud ipsum, quod Tertullianus in antiquis actis deprehendit & reprehendit, in nostris quoque reperiri, ac proinde hæc eadem cum istis esse. Unicum est, quod contra objici possit, nempe *baptizati Leonis fabulam,* cujus mentionem facit Hieronymus, in ea, quam edimus, historia haud legi. Sed videtur Hieronymus aut Acta ista omnino

omnino non vidisse, & ex falsa aliorum relatione fabulam baptizati Leonis accepisse, aut in exemplar aliquod Actorum, sive nugatoris cujusdam fraude, sive incuria scribæ, depravatum incidisse. Sane facta est in his Actis, & quidem paulo ante recitata de baptismo Theclæ verba, mentio leænæ, quæ in Theclam emissa, ut eam discerperet, non modò ipsi nihil nocuit, verùm etiam adversus ursam, ac leonem incurrentem defendit,& loco Theclæ bestias illam invadentes interfecit. Quod divinæ providentiæ miraculum à S. Patribus passim celebratum, de baptismo autem Leonis ne verbum unquam dictum, reperias. Unde colligere est, ipsos nil tale in Actis Theclæ legisse. Et sane si id ibi fuisset narratum, Tertullianus pro eo, qui in cunctis ejus scriptis elucet, genio haud omisisset, absurdo isto in medium prolato, libri auctoritatem elevare. Adducebatur à sectariis ad jus docendi & tingendi mulieribus adserendum Theclæ protomartyris exemplum: quàm apta fuisset exceptio, bestiarum baptismum eodem instrumento probari posse, siquidem Leo à Thecla Sacramentum accepisse legeretur. Sed de hoc ne γρῦ apud Tertullianum, neque apud Basilium Seleuciensem, qui tamen se vestigiis antiquorum Actorum strictè inhærere profitetur. Nihil itaque in istis de Leone baptizato scriptum fuit, sed hoc aliunde in exemplar Hieronymi irrepsit, si in eo extitit. Posito autem, quod olim extiterit, & quidem ab ipso Presbytero Asiatico ita scriptum fuerit, quod tamen nullatenus credo, tum exemplar quidem nostrum detruncatum foret ac imperfectum, ut & ipsum, quo Basilius Seleuciensis, vel alius, quicunque sub ejus nomine latet, Auctor usus est; nihilominus idem esse, ex cæteris omnibus, quæ S. Patres de Thecla inde allegarunt, quæque in nostro pariter leguntur, probari posset.

Denique id etiam Actorum nostrorum antiquitatem confirmat, quod vix quidquam in iis reperiatur superstitiosum, aut proprias sequioris ævi hypotheses redolens, nihilque sit, quod non prima ista ætate scribi potuerit à simplici Presbytero, Apostolicæ præsertim doctrinæ minùs gnaro;

gnaro; contra verò occurrant aliqua, quæ Scriptor ſequioris ævi vix poſuiſſet. Imo ipſum illud ſi ſpectes, quod Tertullianus notavit de jure docendi infideles & tingendi fideles converſos, nullus recentior muliebri ſexui tale quid attribuiſſet, & vel Paulum Apoſtolum, Theclæ munus iſtud ſacrum injungentem, vel Theclam id exercentem introduxiſſet. Primis temporibus hæc magis conveniunt, de quibus vide quæ in Notis ad ſupra citata Actorum verba dicam. Quod verò attinet iſtud de Tryphæna, rogante Theclam, ut pro defuncta filia Falconilla precaretur, quò in locum refrigerii & vitam æternam transferretur, hoc tantum abeſt, ut Acta Theclæ novitatis convincat, ut potius antiquitatem eorum confirmet. Quippe antiquiſſimi quidem Patres meliùs de Ethnicorum, qui honeſtè vixerant, unumque Deum coluerant, ſalute & liberatione ab æterno exitio ſperarunt, quàm recentiores, qui malè illis ominati ſunt, adeo ut ſequioribus ſeculis abſurdum fuerit, animabus infidelium defunctorum refrigerium, & tandem vitam æternam, adpoſtulare. Unde etiam factum puto, ut in MS. Codice Bibliothecæ Bodleianæ iſta pericope de Falconillâ fuerit omiſſa, adeo ut neceſſe fuerit lacunam aliunde ſupplere. Tandem etiamſi concedatur, antiqua Acta Theclæ quibuſdam in locis interpolata eſſe, nihilominus ipſa in lucem edere operæ pretium exiſtimavi, quia pauciſſima ſunt, quæ in ſuſpicionem corruptionis trahi queant, eaque haud magni momenti. Haud ingratam itaque Lectori fore ſpero editionem Actorum Theclæ, quorum Græcum textum ex Codice Barocc. 180. in Bibliotheca Bodleiana nitidè deſcriptum, pro eo, quo & publicam, & privatam rem meam promovere ſatagit, animo, benevolè mihi communicavit ſupra laudatus Reverendus Dominus D. Millius, ego verò hîc illic ex antiqua Latina verſione, quæ in celebratiſſima hac Bibliotheca Cod. 39. Digbæi extat, nec non ex Græco Baſilii Seleucienſis commentario emendavi ac ſupplevi, propriamque Latinam interpretationem cum Notis addidi, ſubjunctâ ad calcem verſione antiqua.

Μαρτύριον τῆς ἁγίας καὶ ἐνδόξου πρωτομάρτυρος καὶ Ἀποστόλου Θέκλας *.

Ἀναβαίνοντος Παύλου εἰς Ἰκόνιον μετὰ τὴν φυγὴν τὴν ἀπὸ Ἀντιοχείας, ἐγενήθησαν αὐτῷ συνοδοίποροι Δημᾶς καὶ Ἑρμογένης ὁ χαλκεύς, ὑποκρίσεως γέμοντες· ὁ δὲ Παῦλος ἀποβλέπων εἰς μόνην τὴν ἀγαθωσύνην τοῦ θεοῦ, οὐδὲν φαῦλον ἐπίει· ἀλλ᾽ ἔστεργεν αὐτοὺς σφόδρα. ὥστε πάντα τὰ λόγια τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῆς διδασκαλίας, καὶ τῆς ἑρμηνείας τοῦ Εὐαγγελίου τοῦ ἠγαπημένου, ἐγλύκαινεν * αὐτοῖς· καὶ ἐν τῇ γνώσει τοῦ Χριστοῦ, ὡς ἀπεκαλύφθη αὐτῷ, διηγήσατο αὐτοῖς.

Καί τις ἀνὴρ Ὀνησίφορος, μαθὼν τὸν Παῦλον παραγενόμενον εἰς Ἰκόνιον, παραυτὰ δρομαίως ἐξῆλθεν σὺν τῇ ἰδίᾳ γυναικὶ Λέκτρᾳ καὶ τοῖς αὐτῶν τέκνοις Σιμμίᾳ καὶ Ζήνωνι εἰς ἀπάντησιν αὐτοῦ, ἵνα αὐτὸν δέξωνται· διηγήσατο γὰρ αὐτοῖς Τίτος, ποταπῶς ἐστιν ἡ ἰδέα· μὴ εἰδῆσιν αὐτὸν σαρκὶ, ἀλλὰ μόνον πνεύματι. Ἐπορεύοντο οὖν κατὰ τὴν βασιλικὴν τὴν ἐν Λύστροις, καὶ ἑστήκεισαν ἀπεκδεχόμενοι αὐτόν. καὶ τοὺς διερχομένους ἐθεώρουν κατὰ τὴν μήνυσιν Τίτου. Ἰδόντες δὲ τὸν ἄνδρα ἐρχόμενον, τὸν Παῦλον, μικρομεγέθη, ψιλὸν τὴν κεφαλὴν, ἀγκύλον ταῖς κνήμαις, εὔκνημον *, σύνοφρυν, [1] ἐπίρρινον, χάριτος πλήρη· ποτὲ μὲν γὰρ

Martyrium ſanctæ & glorioſæ Proto-martyris & Apoſtolatu defunctæ virginis Theclæ.

ADſcendente Paulo Iconium poſt fugam ab urbe Antiochia adjunxere ſe ei comites, Demas & Hermogenes ærarius, viri pleni hypocriſeos. Paulus verò ſolam Dei bonitatem reſpiciens, nihil mali faciebat, ſed diligebat eos valde. Quamobrem verba Chriſti & doctrinæ atque interpretationis Evangelii dilecti filii dulcia ipſis reddebat, atque ſcientiam Chriſti, quemadmodum ei revelata erat, iiſdem ediſſerebat.

Quidam verò Oneſiphorus nomine, audiens Paulum Iconium eſſe venturum, illico occurrit illi cum conjuge Lectra & filiis ſuis Simmia & Zenone, ut eum hoſpitio exciperent. Narraverat quippe Titus, qualis eſſet figura Pauli; neque enim noverant eum in carne, ſed tantùm in Spiritu. Ibant igitur per viam regalem, quæ ducit Lyſtras, & ſtabant expectantes eum, ac illos, qui pertranſibant, intuebantur ſecundum ea ſigna, quæ Titus indicaverat. Videntes igitur advenientem Paulum, ſtatura brevi, calvaſtrum, cruribus curvis, ſuroſum, ſuperciliis junctis, naſo aquilino, plenum gratia Dei. Modo verò hominis,

1 Convenit hæc Pauli deſcriptio cum iſta apud Lucianum in *Philopatride*, ubi vocatur ἀναφαλαντίας, ἐπίρρινος, εἰς τρίτον οὐρανὸν ἀεροβατήσας, *Recalvaſter, naſo aquilino, qui in tertium uſque cælum per aera raptus eſt.*

modo

modo Angeli faciem habebat. Et videns Paulus Onesiphorum lætatus est.

Et dixit Onesiphorus: Ave minister Dei benedicti. (Paulus verò ad eum: Gratia tecum & cum omni domo tua. Demas autem & Hermogenes invidentes omnem excussere simulationem, adeò ut Demas diceret: Et nos non sumus benedicti Dei (*ministri*)? quare nos non salutasti? Quibus Onesiphorus dixit: non video in vobis fructum justitiæ. At vero si tales estis, venite & vos in domum meam, ac requiem capite. Ut autem Paulus introivit domum, factum est illic gaudium magnum, & oratio flexis genibus fusa, panisque fractus, & verbum Dei de continentia & resurrectione prædicatum à Paulo hunc in modum:

Beati mundi corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Beati qui carnem servant immaculatam in castitate, quoniam ipsi templa Dei erunt. Beati continentes, quia ipsis loquêtur Deus.

Beati qui huic seculo renunciant, quia ipsi accepti erunt Deo. Beati, qui habent uxores, tanquam non habentes, quia ipsi fient Angeli Dei. Beati qui ad verba Dei tremunt, quia ipsi consolationem accipient. Beati qui baptisma purum servant, quia ipsi recreabuntur apud Patrem & Filium, & Spiritum Sanctum.

Beati qui sapientiam Jesu

ἐφαίνετο ὡς ἄνθρωπος, ποτὲ δὲ ἀγγέλου πρόσωπον εἶχεν. Καὶ ἰδὼν ὁ Παῦλος τὸν Ονησιφόρον, ἐμειδίασεν.

Καὶ εἶπεν ὁ Ονησιφόρος· χαῖρε ὑπηρέτα τοῦ εὐλογημένου. Κἀκεῖνος εἶπεν· ἡ χάρις μετά σου, καὶ τοῦ οἴκου σου. Δημᾶς δὲ καὶ Ερμογένης ἐζήλωσαν, καὶ πλείονα τὴν ὑπόκρισιν ἐκίνησαν, ὥστε εἰπεῖν τὸν Δῆμον (l. Δημᾶν·) ἡμεῖς οὐκ ἐσμὲν τοῦ εὐλογημένου; ὅ, τι ἡμᾶς οὐκ ἠσπάσω; καὶ εἶπεν ὁ Ονησιφόρος· οὐχ ὁρῶ ἐν ὑμῖν καρπὸν δικαιοσύνης· εἰ δὲ ἔστε τινὲς, δεῦτε καὶ ὑμεῖς εἰς τὸν οἶκόν μου, καὶ ἀναπαύεσθε. Καὶ εἰσελθόντος τοῦ Παύλου εἰς τὸν οἶκον τοῦ Ονησιφόρου, ἐγένετο χαρὰ μεγάλη, καὶ κλίσις γονάτων, καὶ κλάσις ἄρτου, καὶ λόγος θεοῦ περὶ ἐγκρατείας καὶ ἀναστάσεως, λέγοντος τοῦ Παύλου οὕτως·

Μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν θεὸν ὄψονται. μακάριοι οἱ ἁγνὴν τὴν σάρκα τηρήσαντες, ὅτι αὐτοὶ ναοὶ θεοῦ γενήσονται. μακάριοι οἱ ἐγκρατεῖς, ὅτι αὐτοῖς λαλήσει ὁ θεός.

Μακάριοι οἱ ἀποταξάμενοι τῷ κόσμῳ τούτῳ, ὅτι αὐτοὶ εὐαρεστήσουσι τῷ θεῷ· μακάριοι οἱ ἔχοντες γυναῖκας ὡς μὴ ἔχοντες, ὅτι αὐτοὶ ἄγγελοι θεοῦ γενήσονται· μακάριοι οἱ τρέμοντες τὰ λόγια τοῦ θεοῦ, ὅτι αὐτοὶ παρακληθήσονται· μακάριοι οἱ τὸ βάπτισμα καθαρὸν τηρήσαντες, ὅτι αὐτοὶ ἀναπαύσονται πρὸς τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα.

Μακάριοι οἱ σοφίαν λαβόντες Ιη-

τοῦ Χριστοῦ, ὅτι αὐτοὶ υἱοὶ ὑψίστου κληθήσονται· μακάριοι οἱ σύνεσιν Ἰησοῦ Χριστοῦ τηρήσαντες, ὅτι αὐτοὶ ἐν φωτὶ γενήσονται· Μακάριοι οἱ δι' ἀγάπην Χριστοῦ ἐξελθόντες τοῦ σχήματος τοῦ κόσμου, ὅτι αὐτοὶ ἀγγέλους κρινοῦσιν, καὶ ἐν δεξιᾷ τοῦ Χριστοῦ σταθήσονται, καὶ οὐκ ὄψονται ἡμέραν κρίσεως πικράν.

Μακάρια τὰ σώματα τῶν παρθένων καὶ τὰ πνεύματα, ὅτι αὐτοὶ εὐαρεστήσουσι τῷ Θεῷ, καὶ οὐκ ἀπολέσουσιν τὸν μισθὸν αὐτῶν τῆς ἁγνείας· ὅτι ὁ λόγος τοῦ πατρὸς, ἔργον αὐτοῖς γενήσεται σωτηρίας, εἰς ἡμέραν τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, καὶ ἀνάπαυσιν ἕξουσιν εἰς αἰῶνα αἰῶνος.

Καὶ ταῦτα αὐτοῦ λέγοντος εἰς μέσον τῆς ἐκκλησίας ἐν τῷ Ὀνησιφόρου οἴκῳ, ΘΕΚΛΑ τις παρθένος θυγάτηρ [1] Θεοκλίας μητρὸς, μεμνηστευμένη ἀνδρὶ Θαμύριδι· αὕτη ἐπὶ τῆς θυρίδος τοῦ οἴκου αὐτῆς καθεσθεῖσα ἀπὸ τῆς σύνεγγυς θυρίδος [2] ἤκουεν νυκτὸς καὶ ἡμέρας τὸν περὶ Θεοῦ λόγον λεγόμενον ὑπὸ τοῦ Παύλου, καὶ τὸν περὶ ἀγάπης καὶ τῆς ἐν Χριστῷ πίστεως, καὶ προσευχῆς· καὶ οὐκ ἀπένευσεν ἀπὸ τῆς θυρίδος, ἀλλὰ τῇ πίστει ὑπήγετο ὑπερευφραινομένη· ἔτι δὲ καὶ βλέ-

Chriſti ſuſcipiunt, quia ipſi filii Altiſſimi vocabuntur. Beati qui intelligentiam Jeſu Chriſti ſervant, quoniam ipſi in lumine habitabunt. Beati qui propter charitatem Chriſti figuram mundi relinquunt, quia ipſi Angelos judicabunt, & ad dexteram Chriſti conſtituentur, nec ſeverum diem judicii videbunt.

Beata corpora & Spiritus virginum, quia ipſæ placebunt Deo, & non perdent mercedem caſtitatis ſuæ, quia verbum Patris operabitur eis ſalutem in die filii ejus, & requiem habebunt in ſeculum ſeculi.

Hæc perorante ipſo in medio Eccleſiæ, quæ erat in domo Oneſiphori, THECLA quædam virgo, filia Theocliæ matris, deſponſata viro, cui nomen erat Thamiridis, ſtans ad feneſtram domus ſuæ, per proximam feneſtram noctes dieſque audiebat eum, qui à Paulo prædicabatur, ſermonem de Deo, & de charitate, & de fide in Chriſtum, & oratione: nec recedebat à feneſtra, ſed jugo fidei ſubdebatur ſupra modum lætabunda. Aſt videns

1 Notandum hîc *παρόραμα* Cl. Valeſii, ad Lib. III. Evagrii cap. 8. notantis, quod Thecla per Syncopen dicta ſit pro Theocleâ, quodque illa hoc nomine ſæpius appellata ſit à Baſilio Seleucienſi. Verùm tam Baſilius Seleucienſis, quam noſter Scriptor Theocleam à Thecla omnino diverſam facit, illamque matrem, hanc filiam fuiſſe tradit.

2 Gregorius Nyſſenus Homil. XIV. in Cantic. Tom. I. pag. 676. D. *Talem myrrham olim Paulus eſſundebat ex ore ſuo, miſtam cum puro pudicitiæ lilio in ſanctæ virginis aures. Ea verò erat Thecla, quæ præclarè animo ſuo defluentibus de lilio guttis intra ſe receptis, hominem externum morte opprimit, omni cogitatione cupiditateque carnali extinctâ.*

insuper plures mulieres virginesque ad Paulum introeuntes, & ipsa adeo digna haberi desiderabat, ut in conspectu Pauli staret, & verbum Christi audiret: neque enim usque adhuc figuram Pauli viderat, sed sermones ejus audierat, & quidem seorsim.

Cum autem à fenestra recedere nollet, mater ejus misit ad Thamyrin, qui venit gaudio circumfusus, quasi jam ad thorum eam recepturus. Dixit itaque Thamyris ad Theocliam: Ubi mea est Thecla? Cui respondit Theoclia: Novam rem habeo, quam tibi dicam, mi Thamyri; jam quippe per triduum à fenestra haud dimoveri potuit Thecla, neque ad cibum, neque ad potum capiendum, sed ad ejus vim dicendi intenta, peregrino huic viro, seductorios vafrosque sermones ferenti, ita est addicta, ut mirari subeat, quod adeo insignis pudor virginis graviter obturbetur, mi Thamiri. Iste quippe homo civitatem Iconiorum concitat, imo verò ipsam tuam Theclam. Omnes enim mulieres, & adolescentes eum visitant, doctrinam ab illo capientes. Modo verò inculcat, unum Deum, eumque solum, esse timendum, & castè vivendum.

Adhuc autem filia mea Thecla, velut araneæ tela ad fenestram adstricta, Pauli sermonibus tenetur mirabili desiderio & affectu stupendo. Defixa quasi intendit iis, quæ ab illo dicuntur, iis-

πουσα πολλὰς γυναῖκας καὶ παρθένους εἰσπορευομένας πρὸς τὸν Παῦλον, ἐπεπόθει καὶ αὐτὴ καταξιωθῆναι καὶ κατὰ πρόσωπον στῆναι Παύλου, καὶ ἀκούειν τὸν τοῦ Χριστοῦ λόγον· οὐδέπω γὰρ ἀκμὴν τὸν χαρακτῆρα Παύλου ἑωράκει, ἀλλὰ τοὺς λόγους αὐτοῦ ἤκουεν, καὶ μόνον.

Ὡς δὲ οὐκ ἀφίστατο ἀπὸ τῆς θυρίδος, ἡ μήτηρ αὐτῆς πέμπει πρὸς τὸν Θάμυριν· ὁ δὲ ἔρχεται περιχαρὴς ὡς ἤδη λαμβάνων αὐτὴν πρὸς γάμον· εἶπεν οὖν ὁ Θάμυρις πρὸς Θεοκλίαν· ποῦ μου ἐστὶν ἡ Θέκλα; καὶ εἶπεν Θεοκλία· καινόν σοι ἔχω εἰπεῖν διήγημα Θάμυρι· ἤδη γὰρ ἡμέρας τρεῖς, Θέκλα ἀπὸ τῆς θυρίδος οὐκ ἐγείρεται, οὔτε ἐπὶ τὸ φαγεῖν, οὔτε ἐπὶ τὸ πιεῖν· ἀλλὰ ἀτενίζουσα εἰς εὐφρασίαν, οὕτως προσέκειται (l. πρόσκειται) ἀνδρὶ ξένῳ [ὅστις] ἀπατηλοὺς καὶ ποικίλους λόγους διδάσκει, ὥστε θαυμάζειν, ὅτι ἡ τοσαύτη αἰδὼς τῆς παρθένου χαλεπῶς ἐνοχλεῖται Θάμυρι. ὁ γὰρ ἄνθρωπος οὗτος τὴν Ἰκονιέων πόλιν ἀνασείει, ἔτι δὲ καὶ τὴν σὴν Θέκλαν. πᾶσαι γὰρ αἱ γυναῖκες καὶ οἱ νέοι εἰσέρχονται πρὸς τοῦτον, διδασκόμενοι ὑπ᾽ αὐτοῦ· ἔτι δὲ φησὶν ἕνα καὶ μόνον Θεὸν φοβεῖσθαι, καὶ ζῆν ἁγνῶς.

Ἔτι δὲ καὶ ἡ θυγάτηρ μου Θέκλα, ὡς ἀράχνη ἐπὶ τῆς θυρίδος δεδεμένη, τοῖς Παύλου λόγοις κρατεῖται, ἐπιθυμίᾳ δεινῇ καὶ πάθει δεινῷ. ἀτενίζει γὰρ τοῖς λεγομένοις ὑπ᾽ αὐτοῦ,

καὶ ἑάλω παρθένος. ἀλλὰ πρόσελθε καὶ λάλησον αὐτῇ· σοὶ γάρ ἐστιν ἡρμοσμένη. Καὶ προσελθὼν ὁ Θάμυρις, ἅμα μὲν φιλῶν αὐτὴν, ἅμα δὲ φοβούμενος τὴν ἔκπληξιν αὐτῆς, εἶπεν πρὸς αὐτήν· Θέκλα ἐμοὶ μνηστευθεῖσα, τί τοιαύτη κάθη κάτω βλέπουσα; καὶ ποῖόν σε πάθος κατέχει ἔκπληκτον; ἐπιστράφηθι πρὸς τὸν Θάμυριν, καὶ αἰσχύνθητι [1]. ἔτι δὲ καὶ ἡ μήτηρ τὰ αὐτὰ λέγουσα· τέκνον, τί τοιαύτη κάτω βλέπουσα κάθησαι, μηδὲν ἀποκρινομένη, ὡς παραπλήξ. καὶ οἱ μὲν ἔκλαιον δεινῶς· Θάμυρις μὲν, [2] γυναικὸς ἀστοχῶν, Θεοκλία δὲ τέκνου, αἱ δὲ παιδίσκαι, κυρίας· πολλὴ οὖν σύγχυσις ἦν ἐν τῷ οἴκῳ πένθους· καὶ τούτων πάντων γενομένων, Θέκλα οὐκ ἀπεστράφη, ἀλλ' ἦν πρὸς τὸν λόγον Παύλου ἀποβλέπουσα. Ο δὲ Θάμυρις ἀναπηδήσας, ἐξῆλθεν εἰς τὸ ἄμφοδον, καὶ παρετήρει τοὺς εἰσερχομένους πρὸς τὸν Παῦλον, καὶ τοὺς ἐξερχομένους· καὶ ἴδεν δύο ἄνδρας πρὸς αὐτοὺς μαχομένους πικρῶς· καὶ εἶπεν αὐτοῖς·

que capta est virgo. Sed accede, ipsamque compella, tibi enim est desponsata. Accedens Thamiris, & amans ipsam, & timens ecstasin ejus, ait ei: O Thecla, sponsa mea, quid ita sedes oculis in terram dejectis? qualis te occupavit affectus stuporis? converte te ad Thamirin, & erubesce. Insuper verò & mater ad eundem modum: Filia, inquit, quid ita defixis in terram oculis sedes, & nihil quicquam respondes quasi mentis expers? Sicque miserè illachrymabantur, Thamiris quidem, quod excidisset conjuge, Theoclia vero filiâ, ancillæ denique dominâ. Magna itaque in domo erat luctûs confusio. Hisque omnibus Thecla non movebatur, ut se verteret, sed ad sermones Pauli attenta respiciebat. Thamiris verò exsiliens in plateam exibat, & ad Paulum ingredientes egredientesque observabat. Videns igitur duos viros acriter inter se rixantes, ait illis:

1 Johannes Chrysostomus Homil. de Thecla Tom. I. Græc. Lat. pag. 885. *Instabat mater, quæ ad nuptias compellebat; at illa sponsum cælestem his vocibus compellabat: Ad te levavi oculos meos, qui habitas in cœlis Accedebat procus nuptiali illam colloquio titillans: at illa se cum Christo tacite conjungebat, dicens: Anima mea post te Confluebant adulationibus captantes propinqui: at illius menti obversabatur Paulus contestans: Despondi te uni viro, virginem castam exhibere Christo. Supplicabant domestici cum lachrymis; at illa sponso amatorie concinebat: Quis nos separabit à charitate Christi?*

2 Epiphanius Hæres. LXXVIII. §. 16. Θέκλα μὲν συναντᾷ Παύλῳ τῷ ἁγίῳ καὶ διαλύεται γάμον, ὁρμαστὴν ἔχουσα εὐειδέστατον, πρωτεύοντα δὲ πόλεως, πλούσιον ἄγαν, εὐγενέστατον δὲ ἐν τῷ βίῳ, καὶ διαφανέστατον· καὶ περιφρονεῖ τῶν ἐπιγείων ἡ ἁγία, ἵνα τῶν ἐπουρανίων ἐγκρατὴς γένηται. *Thecla cum in sanctum Paulum incidisset, nuptias quoque dissolvit, licet sponsum haberet formosissimum, primarium civitatis, prædivitem, nobilissimum, vitaque splendidissimum. Sed sancta virgo despicit terrena, ut cœlestium fieret compos.* Conferatur Isidorus Pelusiota Lib. I. Epist. 87.

Heus, viri dicite mihi, quid vobis hîc negotii, & quiſnam iſte ſocius veſter, qui in domo eſt, ſeducens animas hominum, juvenum ac virginum, ne nuptias celebrent, ſed in iſto ſtatu maneant? promitto vobis amplas dare opes, ſi mihi conditionem ejus dixeritis, ſum quippe in hac civitate princeps. Demas autem & Hermogenes ei reſponderunt: Quiſnam ipſe ſit, non ita exacte quidem novimus: privat autem juvenes nuptis, & virgines maritis, dum ait: Alio modo non erit reſurrectio, niſi caſti perſeveraveritis, nec carnem veſtram pollueritis.

Tunc Thamiris: Venite, inquit, viri mecum in domum meam, voſque apud me reficite. Unde abierunt ad pretioſam cœnam, vinumque abundans, & ad divitias magnas: appoſuitque eis menſam ſplendide inſtructam & ingurgitavit illos Thamiris, eò quod deperiret Theclam, eamque in uxorem accipere vellet. Dixit itaque Thamiris ad ipſos: Ediſſerite quæſo mihi, quæ ſit iſtius viri (Pauli) doctrina, ut & ipſe illam norim. Neque enim mediocriter ob Theclam angor, quoniam amat peregrinum iſtum, ſicque ego conjuge deprivor.

Demas verò & Hermogenes uno quaſi ore reſponderunt: Jube ipſum ad præſidem deduci, tanquam qui perſuadet tur-

Ανδρες, τί ἔχετε; εἴπατέ μοι καὶ τίς οὗτος, ὁ ἔσω μεθ᾽ ὑμῶν, πλανῶν ψυχὰς ἀνθρώπων, νέων καὶ παρθένων, ἵνα γάμοι μὴ γένωνται, ἀλλὰ οὕτως μένωσιν; ὑπισχνοῦμαι ὑμῖν δοῦναι χρήματα πολλὰ, ἐὰν εἴπητέ μοι περὶ αὐτοῦ· εἰμὶ γὰρ πρῶτος τῆς πόλεως [1]. Δημᾶς δὲ καὶ Ερμογένης εἶπαν πρὸς αὐτόν· τίς μὲν ἐστιν, οὐκ οἴδαμεν οὕτως· στερεῖ δὲ νέους γυναικῶν, καὶ παρθένους ἀνδρῶν, λέγων· ἄλλως ἀνάστασις οὐκ ἔστιν, ἐὰν μὴ ἁγνοὶ μενεῖτε, καὶ τὴν σάρκα ὑμῶν μολυνεῖτε.

Ο δὲ Θάμυρις εἶπεν αὐτοῖς· δεῦτε ἄνδρες μετ᾽ ἐμοῦ εἰς τὸν οἶκόν μου, καὶ ἀναπαύσασθε πρός με· καὶ ἀπῆλθον εἰς πολύτιμον δεῖπνον, καὶ εἰς οἶνον πολὺν, καὶ πλοῦτον πολύν· καὶ τράπεζαν λαμπρὰν παρέθηκεν αὐτοῖς, καὶ ἐπότισεν αὐτοὺς ὁ Θάμυρις, φιλῶν τὴν Θέκλαν, καὶ θέλων τυχεῖν γυναικός. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ Θάμυρις· ἄνδρες, εἴπατέ μοι, τίς ἐστιν ἡ διδασκαλία αὐτοῦ; ἵνα κἀγὼ ἴδω· οὐ γὰρ μικρῶς ἀγωνιῶ περὶ τῆς Θέκλης, ὅτι φιλεῖ τὸν ξένον, καὶ στεροῦμαι γυναικός.

Εἶπαν δὲ Δημᾶς καὶ Ερμογένης, ὡς ἐξ ἑνὸς στόματος· Θάμυρι, προσάγαγε αὐτὸν τῷ ἡγεμόνι Κατελλίῳ, (l. Καστελλίῳ [2]) ὡς ἀναπείθοντα τοὺς ὄχλους

1 Hinc Epiphanius loco ſupra citato eum vocat πρωτεύοντα τῆς πόλεως, *primarium in civitate*.

2 Ita emendandum nomen Præſidis ex Baſilio Seleucienſi, qui p. 248. ubi Καστέλλιον nominaverat, addit: τοῦτο γὰρ ἦν ὄνομα τῷ ἀνθυπάτῳ. *Hoc quippe nomen erat Proconſuli.*

ἐπὶ

ἐπὶ καινῇ διδασκαλίᾳ Χριστιανῶν, καὶ κατὰ τὸ δόγμα τοῦ Καίσαρος ἀπολεῖ αὐτόν, καὶ σὺ ἕξεις τὴν γυναῖκά σου, καὶ ἡμεῖς διδάξομεν, ὅτι ἣν λέγει οὗτος ἀνάστασιν γενέσθαι, ἤδη γέγονεν ἐφ' οἷς ἔχομεν τέκνοις, καὶ ἀνέστημεν θεὸν ἐπιγνόντες. Ο δὲ Θάμυρις ἀκούσας παρ' αὐτῶν ταῦτα, καὶ πλησθεὶς ζήλου καὶ θυμοῦ, ὄρθρου ἀναστὰς, ἀπῆλθεν εἰς τὸν οἶκον Ονησιφόρου, μετὰ ἀρχόντων καὶ δημοσίου καὶ ὄχλου ἱκανοῦ μετὰ ξύλων, λέγων πρὸς Παύλῳ· διέφθειρας τὴν Ικονιέων πόλιν, ἔτι δὲ καὶ τὴν ἡρμοσμένην μοι Θέκλαν, ἵνα μὴ θελήσῃ μοι γῆμαι· ἄγωμεν οὖν ἐπὶ τὸν ἡγεμόνα Καστέλλιον. καὶ πᾶς ὁ ὄχλος λέγει· ἀπάγαγε τὸν μάγον, διέφθειρε γὰρ ἡμῶν πάσας τὰς γυναῖκας, καὶ συνεπείσθησαν αὐτῷ πάντες οἱ ὄχλοι.

Καὶ στὰς πρὸ τοῦ βήματος ὁ Θάμυρις, κραυγῇ μεγάλῃ εἶπεν· ἀνθύπατε, ὁ ἄνθρωπος οὗτος οὐκ οἶδα πόθεν ἐστίν, καὶ οὐκ ἐᾷ γαμεῖν τὰς παρθένους· εἰπάτω οὖν ἐπὶ σοῦ, τίνος ἕνεκεν ταῦτα διδάσκει. Ο δὲ Δημᾶς καὶ Ερμογένης εἶπον πρὸς Θάμυριν· λέγε αὐτὸν Χριστιανὸν, καὶ ἀπολεῖται συντόμως. Ο δὲ ἡγεμὼν ἔστησεν τὴν διάνοιαν αὐτοῦ, καὶ ἐκάλεσε τὸν Παῦλον, λέγων· τίς εἶ; ὅ, τι διδάσκεις; οὐ γὰρ μικρῶς σου κατηγοροῦσιν. Καὶ ἦρεν τὴν φωνὴν αὐτοῦ ὁ Παῦλος, λέγων· εἰ ἐγὼ σήμερον ἀνακρίνωμαι, τί διδάσκω, ἄκουσον ἀνθύπατε· Θεὸς ζηλωτὴς, Θεὸς ἐκδικήσεων, Θεὸς ἀπροσδεὴς, χρή-

bis novam Christianoram doctrinam, & juxta decretum Cæsaris è medio tolletur, tuque habebis uxorem tuam, & nos docebimus, eam, quam ipse dicit fore resurrectionem, jam factam esse in iis, quos habemus, liberis, quodque resurreximus, dum Deum cognovimus. Tunc Thamiris hæc ex illis audiens, zelo & ira repletus, mane surrexit, ivitque ad ædes Onesiphori, cinctus præfectis & custode plurimaque turba cum ligneis fustibus, dicens ad Paulum: Corrupisti civitatem Iconiensium, insuper verò Theclam mihi desponsatam, ita ut nolit mihi nubere; eamus itaque ad Præsidem Castellium. Adhæc omnis turba vociferabatur: Abducito magum, corrupit enim cunctas mulieres nostras, eique omnis plebs fidem habet.

Atque Thamiris stans ante tribunal, valde clamavit: O Præses, homo iste unde sit, nescio, non autem permittit virgines in uxores accipere, dicat igitur coram te causam, quare talia doceat. Demas autem & Hermogenes inquiunt ad Thamirin: Dic ipsum Christianum esse, & sine mora è medio tolletur. Præses verò animo composito vocavit Paulum, dicens: Tu quis es? quæ doctrina tua? graviter quippe accusaris. Paulus verò elata voce dixit: Si hodie à me exquiritur quid doceam, audias quæso Præses: Deus Zelotes, Deus ultionum, qui nulla re indiget, præterquam salute ho-

minum, misit me, ut illos à pravitate & impuritate, omnique voluptate & morte abstraham, ne amplius peccent. Quamobrem Deus misit filium suum Jesum Christum, quem ego prædico, doceoque homines spem in ipso collocare, utpote qui solus erranti mundo compassus est, ne judicarentur, ô Præses, sed fidem haberent, Deique timorem, & cognitionem justi, atque veritatis amorem. Si igitur ea, quæ à Deo mihi revelata sunt, doceo, quid iniquè ago, Præses? Hic verò audiens ista, jussit Paulum vinctum in carcerem conjici, usquedum otio abundans ipsum accuratius audiret. Thecla autem noctu detrahens inaures suas, dedit eas ostiario, ut aperiret ipsi ostium, sicque abiit ad carcerem, & custodi carceris offerens speculum argenteum, ad Paulum admissa introivit. Atque ad hujus pedes stans audivit magnalia Dei: & quandoquidem Paulus plane non metuebat pati, sed juvante Deo cum fiducia vivebat, illius quoque fides augebatur, adeo ut vincula ejus deoscularetur.

ζων τῆς τῶν ἀνθρώπων σωτηρίας, ἔπεμψέν με, ὅπως ἀπὸ τῆς φθορᾶς καὶ τῆς ἀκαθαρσίας ἀποσπάσω αὐτοὺς, καὶ πάσης ἡδονῆς τε καὶ θανάτου, ὅπως μηκέτι ἁμαρτάνωσιν· διὸ ἔπεμψεν ὁ θεὸς τὸν ἑαυτοῦ παῖδα Ἰησοῦν Χριστὸν, ὃν ἐγὼ εὐαγγελίζομαι, καὶ διδάσκω ἐν ἐκείνῳ ἔχειν τὴν ἐλπίδα τοὺς ἀνθρώπους· ὃς μόνος συνεπάθησε πλανωμένῳ κόσμῳ, ἵνα μηκέτι ὑπὸ κρίσιν ὦσιν ἀνθύπατε, ἀλλὰ πίστιν ἔχωσιν καὶ φόβον θεοῦ, καὶ γνῶσιν σεμνότητος, καὶ ἀγάπην ἀληθείας. Εἰ οὖν ἐγὼ τὰ ὑπὸ θεοῦ μοι ἀποκεκαλυμμένα διδάσκω, τί ἀδικῶ, ἀνθύπατε; ὁ δὲ ἀνθύπατος ἀκούσας ταῦτα, ἐκέλευσεν δεθῆναι τὸν Παῦλον, καὶ εἰς φυλακὴν βληθῆναι, μέχρις ἂν ἀσχολήσας ἀκούσηται αὐτοῦ ἐπιμελέστερον. ἡ δὲ Θέκλα νυκτὸς περιελομένη τὰ ἑαυτῆς ἐνώτια, [1] ἔδωκεν τῷ πυλωρῷ, καὶ ἤνοιξεν αὐτῇ τὰς θύρας, καὶ ἀπῆλθεν εἰς τὴν φυλακήν· καὶ δοῦσα τῷ δεσμοφύλακι κατόπτρον ἀργυρέον, εἰσῆλθεν πρὸς τὸν Παῦλον· καὶ καθεσθεῖσα παρὰ τοὺς πόδας αὐτοῦ, ἤκουσεν τὰ μεγαλεῖα τοῦ θεοῦ· καὶ ὡς οὐδὲν ἐδώκει (l. ἐδεδίει [2]) πάσχειν ὁ Παῦλος, ἀλλὰ τῇ τοῦ θεοῦ βοηθείᾳ παῤῥησίᾳ ἐπολιτεύετο, κἀκείνης ηὔξανεν ἡ πίστις, καταφιλούσης τὰ δεσμὰ αὐτοῦ.

1 Johannes Chrysostomus Homil XXV. in Acta Apostol. prope finem: Ἄκουσον περὶ τῆς μακαρίας Θέκλης. ἐκείνη ἵνα Παῦλον ἴδῃ καὶ τὰ χρυσία ἔδωκεν ἑαυτῆς· σὺ δὲ ἵνα τὸν Χριστὸν ἴδῃς, οὐδὲ ὀβολὸν δίδως, ἀλλὰ θαυμάζεις μὲν τὰ γεγενημένα ὑπ᾽ ἐκείνης, οὐ ζηλοῖς δέ. *Audi de beata Thecla. Illa ut Paulum videret, aurea ornamenta sua dedit: tu verò ut Christum videas, ne obolum quidem das, sed miraris quidem, quæ illa fecit, at non imitaris.*

2 Ita corrigo ex Simeone Metaphraste, qui hoc loco sequentia habet verba: Καὶ οὔτε τῷ Παύλῳ δέος ἦν τοῦ παθεῖν κακῶς· ἐκείνης δὲ ἡ πίστις ηὔξανε. *Neque Paulum torquebat metus passionis, & ipsius quoque fides crescebat.*

Ὡς δὲ ἐζητεῖτο Θέκλα ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων (leg. ex Metaphraste οἰκείων) καὶ Θαμύρεος, ὡς ἀπολλυμένης αὐτῆς, κατὰ τὰς ὁδοὺς ἐδιώκετο. Καί τις τῶν συνδούλων τοῦ πυλωροῦ, ἐμήνυσεν αὐτοῖς, εἰπὼν ὅτι νυκτὸς ἐξῆλθεν. καὶ ἀνέτασαν τὸν πυλωρόν, καὶ εἶπεν αὐτοῖς· ὅτι πεπόρευται πρὸς τὸν ξένον, εἰς τὸ δεσμωτήριον. Καὶ ἀπῆλθον καθὼς εἶπεν αὐτοῖς, καὶ εὗρον αὐτήν· καὶ ἐξελθόντες ἐκεῖθεν, τοὺς ὄχλους ἐπεσπάσαντο, καὶ τῷ ἡγεμόνι ἐνεφάνισαν τὸ γεγονός· Καὶ ἐκέλευσεν ὁ ἡγεμὼν ἀχθῆναι τὸν Παῦλον ἐπὶ τὸ βῆμα· ἡ δὲ Θέκλα ἐκυλίετο ἐπὶ τοῦ τόπου, οὗ ἐδίδασκεν καθήμενος ἐν τῇ φυλακῇ ὁ Παῦλος. ὁ δὲ ἡγεμὼν ἐκέλευσεν κἀκείνην ἄγεσθαι ἐπὶ τὸ βῆμα· ἡ δὲ μετὰ χαρᾶς ἄπεισι ἀγαλλομένη. ὁ δὲ ὄχλος, προσαχθέντος τοῦ Παύλου, πάλιν περισσοτέρως ἐβόα, μάγος ἐστιν, αἶρε αὐτόν. ἡδέως δὲ ἤκουσεν ὁ ἀνθύπατος τοῦ Παύλου ἐπὶ τοῖς ὁσίοις ἔργοις τοῦ Χριστοῦ· καὶ συμβούλιον ποιήσας, ἐκάλεσε τὴν Θέκλαν, λέγων αὐτῇ· Διατί οὐ γαμεῖς κατὰ τὸν νόμον Ἰκονιέων τῷ Θαμύρει; ἡ δὲ εἱστήκει, Παύλῳ ἀτενίζουσα· αὐτῆς δὲ οὐδὲν [1] ἀποκρινομένης, Θεοκλεία ἡ μήτηρ αὐτῆς ἀνέκραγε, λέγουσα· κατάκαιε τὴν ἄνομον, κατάκαιε τὴν ἄνυμφον ἐν μέσῳ τοῦ θεάτρου, ἵνα πᾶσαι αἱ ὑπὸ τούτου διδαχθεῖσαι γυναῖκες φοβηθῶσιν. Καὶ ὁ ἡγεμὼν ἔπαθεν μεγάλως, καὶ τὸν μὲν Παῦλον φραγελλώσας ἐξέβαλε τῆς

Et ſtans ante tribunal Thamirus, cœpit clamare Præſidi: Hic homo unde ſit, neſcimus, qui non patitur virgines nubere, dicat quapropter hæc docet. Demas autem & Hermogenes dixerunt: Dic eum eſſe Chriſtianum, ut celeriùs eum perdas. Præſes autem vocavit ad ſe Paulum, dixitque ei: Unde es tu, & quid doces? Non enim leviter accuſaris. Paulus autem levavit vocem & dixit: Si ego interrogor, quid doceam, audi Præſes: Deus omnipotens miſit me pro ſalute hominum, ut docerem eos, ut à corruptilibus & voluptatibus ſe abſtineant, ut non peccent, neque pompas ſeculares deſiderent. Propter quod Deus miſit filium ſuum, quem ego oro, ut in eum habeant ſpem omnes homines, qui ſolus doluit ſeculo, ut fidem habeant & charitatem Dei, & ament ſcientiam & ſanctitatem & veritatem. Si ergo quæ à Deo revelata ſunt mihi, doceo, quid noceo aliquem? Hæc Præſes audiens juſſit Paulum alligari, & in carcerem mitti, donec de vacuo audiret eum diligentius. Thecla verò audiens hæc ſurrexit, & venit ad carcerem, & ejecit armillas ſuas, & dedit hoſtiario, ut aperiret ei, & dedit cuſtodi carceris ſpeculum ſuum argenteum,

genteum, & intromisit eam, & cœpit sedere ad pedes Pauli, audiens ab eo magnalia Dei, & osculabatur vincula ejus.

Ut autem lux orta est, inquirebatur à suis quasi fugitiva, aut ne forte aliquid sibi mali fecisset. Sed & Thamirus per omnia itinera mittens, unumquemque interrogans de eâ, ecce unus de servis innotuit de eâ, quod noctu exiisset, & interrogatus ostiarius respondit: Nocte quidem venit & perrexit ad carcerem. Et venientes invenerunt eam ad pedes Pauli, colligatam desiderio Christi. Et irritato populo, indicaverunt hoc Præsidi, qui statim jussit Paulum ad suum tribunal adduci. Thecla verò mansit in carcere, & volutabat se in loco, ubi sederat Paulus. Tunc præses jussit, ut & ipsa exhiberetur, quæ & venit cum gaudio magno. Et omnis turba clamabat dicens: Tolle magum, tolle maleficum, qui corrupit mulieres nostras. Sed præses libenter Paulum audiebat, sed consilio initô jussit Theclam propius accedere, cui & dixit: Quare noluisti nubere sponso tuo secundum consuetudinem Iconiorum? Thecla verò Paulum intuens, nihil respondit. Et mater ejus clamabat dicens: Combure sacrilegam, combure sceleratam, ut cæteræ mulieres timeant. His clamoribus territus præses jussit Paulum cædi flagellis, & extra civitatem projici, Theclam verò adjudicavit in igne concremari. Et abiit cum omni populo ad crudele spectaculum. Thecla verò sicut agnus pastorem circumspiciens, sic illa desiderabat Paulum videre. Et dum respiceret in turbam, vidit Dominum Jesum stantem in figurâ Pauli. At illa dixit intra se: quasi non possim sufferre, etiam Paulus venit spectare me. Et dum intendit, vidit, quomodo Dominus in cœlum ferebatur, & intellexit, quid vidisset. Ecce mulieres & puellæ afferebant ligna & sarmenta, ut cremaretur Thecla. Et adducta est nuda, & præses mirabatur, quæ esset in eâ patientia & animi virtus, & cum posita essent ligna, urgebant eam publicè ascendere super piram. At illa expansis manibus orabat, ascendens super ligna, & publicè supposuerunt ignem. Et surrexit flamma ingens in circuitu, in medio autem non tangebat eam. Dominus autem misertus est eam secundum fidem suam, & ecce subito de cœlo factus est fragor magnus, & nubes aquæ plena obumbraverat amphitheatrum, & in tantum fuderat grandinem, ut multi ex his, qui ad spectaculum venerant, morerentur, & ignis extinctus est, & Thecla salvata est.

Paulus autem erat cum Onesiphoro in monumento cum omni domo sua, & cum jam plures dies essent, cum jejunarent, dixerunt pueri Paulo, Esurimus: non enim habebant panes, quia Onesiphorus relinquens sua Paulum secutus est. Tunc Paulus exuens se tunicam suam, tradidit eam puero dicens: Vade fili, vende eam, & eme panes. Et ille exiens, vidit venientem vicinam

ſuam Theclam, & dixit ei: Ubi vadis? At illa dixit: Paulum quæro, ſalvata ab igne. Et ille: Veni, inquit, & duco te ad illum, multùm enim eſt ingemiſcens propter te, rogans Deum.

Et cum veniſſent ad monumentum, invenerunt Paulum orantem, & dicentem: Domine Deus, Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, rogo, ne omnino tangat ignis Theclam, quia tua ancilla eſt. Illa verò ſtabat retro, & non videbat eam Paulus. Tunc illa exclamans dixit: Benedico te Deus meus, qui miſiſti angelum tuum, & liberaſti me ab igne, & feciſti me Paulum videre. Tunc Paulus gratias agens Domino, dixit: Inſpector cordium Deus, benedico te, quoniam velociter audiſti me.

Et factum eſt gaudium magnum in monumento. Habebant autem panes quinque & olera & aquam, operabantur in orationibus in Chriſto. Peractis autem his omnibus, dixit Thecla ad Paulum: tondam me, & ſequar te, quocunque abieris. Et Paulus dixit ad eam: Tempus tuum prope eſt, & ſpecioſa es nimis: ne forte altera cauſa tentationis contingat deterior, quàm prior, & non poſſis ſufferre. Et Thecla dixit ad eum: Tu tantùm da mihi ſignum Domini, & non me tanget ulla tentatio. Et Paulus ad eam: Patientiam habe, & accipe lavacrum regenerationis.

Et his dictis, dimiſit Oneſiphorum Iconio cum omnibus ſuis, & profectus eſt Antiochiam cum Thecla. Et ecce quidam homo, nomine Alexander, ut vidit Theclam, incidit in ſpeciem ejus, & volebat ſeducere Paulum cum pecuniâ & muneribus multis. Paulus autem dixit ei: Neſcio quid dicis, neque mulier mea eſt. Tunc ille, quia multum potens erat, victus amore, voluit in publicum complectere eam. Thecla verò repugnans dicebat: Noli injuriam facere mihi peregrinæ, neque maculare ancillam Domini. Nam & ego Iconiorum ſum prima, ſed quia nolui nubere cum Thamiro, projecta ſum de civitate meâ. Et hæc dicens concîdit prætextum ejus, & detraxit coronam de capite illius, & ſtatuit eum ſuper triumphum. Tunc ille ſumpſit adverſus eam furiam, & obtulit illam præſidi, & præſes interrogavit eam, ſi feciſſet ea, quæ accuſabatur ab eo. At illa non negavit ſe feciſſe, & præſes quaſi ſacrilegam damnavit eam ad beſtias, *&c.*

Quæ ſequuntur, habes ſupra pag. 107,--110. uſque ad iſta verba, O *malum judicium! ô crudele ſpectaculum.* Poſt quæ ulteriùs verſio Latina ita ſonat:

At ille non ſufferens clamorem populi, juſſit celerius induci eam. Et tollentes Theclam de manu Triſinæ, accepto campeſtro, nuda miſſa eſt in arena, & leones & urſi miſſi ſunt ei. Et ecce Leæna ſæviſſima in quâ triumphaverat Thecla, curſu venit ad eam, & projecit ſe ad pedes ejus, & omnis turba mulierum levaverunt ululatum

ululatum magnum. Et ecce ursus magno impetu veniebat, & exurgens Leæna à pedibus ejus invaluit in ursum, & occidit eum. Tunc dimissus est leo asperrimus, ut eam devoraret. Et iterum Leæna illa invaluit in leonem, & occidit eum. Et iterum leo alius missus est, sed hunc Leæna repellens, ambo pariter mortui sunt. Et magis magisque ululabant mulieres, quia mortua esset Leæna, quæ defendit Theclam. Et tunc complures bestias dimiserunt ei. Illa autem extensis manibus orabat Dominum, & cum consummavit orationem, convertit se, & vidit piscinam magnam plenam aquâ, ubi erant bestiæ marinæ, ad quas cogitabant mittere Theclam. Tunc sancta Thecla dixit: Nunc tempus est ad lavandum. Et ut vidit omnis populus, quia se volebat mittere in aquam, clamaverunt dicentes: Heu qualem speciem bestiæ marinæ erunt devoraturæ! & præses lacrymatus est, sed & omnis turba ploraverunt.

Illa autem confessà in Domino, neminem audiens, misit se in aquam, dicens: In nomine Patris & Filii & Spiritus S. in novissimo die ego baptizor. Et descendit sicut fulgur ignis de cœlo in aquâ, & omnes bestiæ, quæ erant in aquâ, mortuæ sunt. Et circumtecta est nube ignea, ut non videretur nuda, neque bestiis tangeretur. Tunc omnis turba mulierum ululatum dederunt magnum, videntes tantas bestias, quæ missæ erant Theclæ, & aliæ mittebant folium, aliæ autem nardum, aliæ cassiam, aliæ amomum, aliæ pretiosum unguentum, & in tantum miserunt, ut bestiæ ab odore detinerentur gravi somno, & non tetigerunt Theclam. Tunc Alexander rogabat præsidem, dicens: Tauros habeo asperrimos, jube, ut ligemus eam super illos, & trahentes citiùs occident eam. Et præses tristis, nec volens eum respicere, *(respuere)* dixit: Fac quod vis. Et statim exhibuerunt tauros, & illam desuper ligantes, ferrum candens posuerunt sub inguina taurorum, ut exacerbati celeriùs discerperent eam. Et exiliens ignis de cauteriis combussit funes, quibus ligata erat Thecla, & soluta ferebatur super tauros, nihilque ei nocebant. Trisina autem stans ad portam, ut vidit hoc factum, deficiens Spiritu, collapsa decidit in terram, & interim mortua est. Tunc omnes familiæ Trisinæ exclamaverunt vocibus magnis, plangentes & dicentes, quia mortua est Trisina. Et expavit tota civitas. Tunc Alexander, qui munus edebat, misit se ad pedes præsidis, rogans & dicens: Domine miserere mei, & civitati huic dimitte noxiam istam, ne & ego per eam, & civitas hæc vastetur. Quod si hæc audiverit Cæsar, quod socrus ejus in publico mortua est, damnabit nos omnes. Tunc Præses jussit tolli Theclam de medio bestiarum. Quæ cum exhibita esset, dixit ad eam: Quæ est ars tua, vel quæ sunt crimina, quod nulla bestia te tetigerit? Dic nobis.

Illa reſpondit: Ego non ſum maga, ſicut vos putatis, ſed ſum ancilla Dei vivi, qui habet poteſtatem ſuper omnia, quæ creavit. Hic periclitantibus fit refugium, & quicunque non crediderit in eum, non habebit vitam.

Hæc cum audiſſet Proconſul, juſſit indui eam veſtimentis ſuis. Illa autem, ut veſtita eſt, ſic ait: Deus meus, qui texiſti me inter beſtias nudam, tu ipſe me indue in die judicii tui ſalutem. Tunc Proconſul dedit edictum continentem (*continens*) hæc: Theclam ancillam Dei vivi, metuentem Dominum, juſſi dimitti. Tunc univerſæ mulieres, quæ venerant ad ſpectaculum, dederunt laudem Deo, dicentes: Magnus Deus unus & verus, qui ſalvam fecit Theclam ancillam ſuam. Triſina verò, cum cognoviſſet, quod dimiſſa eſt Thecla, & non eam contigiſſent beſtiæ, exivit ei obviam cum multa turbâ, & videns eam, rapuit in amplexus ejus, dicens: Nunc verè ſcio, quod mortui reſurgent, & quod filia mea Falconilla vivet in æternum. Et nunc filia mea Thecla veni in domum meam, & eſto in loco ejus, & quæcunque habeo, tibi conſecrabo. Et abiit Thecla in domum Triſinæ, & requievit ibi diebus octo, & tractavit ibi verbum Dei, ita ut turbæ mulierum & virginum crederent in Chriſto. Sed & Triſina cum omni domo ſuâ credidit. Thecla verò deſiderabat videre Paulum, ut plenius inſtrueretur ab eô. Et nuntiatum eſt ei, quod eſſet in Smyrna (*Myra*.) Et accepit a Triſina pueros & puellas, & profecta eſt in Smyrnam, & replicavit ſibi tunicam, & veſtita eſt habitu virili, conſciſſis crinibus. Et cum perveniſſet Smyrnam, invenit Paulum docentem verbum Dei.

Et vidit (*videns*) eam Paulus, obſtupuit, & omnes, qui erant cum eô, expaverunt, æſtimantes, ne aliqua tentatio illi accidiſſet. Ubi verò intellexit Thecla turbari Paulum, dixit ei: Noli turbari; qui enim te (*tibi*) conceſſit gratiam in Evangelio, & me ipſe miſertus eſt. Nam & accepi lavacrum. Tunc Paulus duxit eam in domum Hermetis, & narravit eis omnia, quæ acciderant ei. Et admirantes dederunt laudem Deo, & confortati ſunt in fide, & oraverunt pro eâ. Et ut ceſſaverunt rogantes, dixit ad Paulum: Vado Iconio. At ille dixit: Vade filia in pace. Tunc Triſina, ut audivit, quia Thecla velit ire Iconio in patriam ſuam, obtulit ei munera magna, aurum, argentum, & veſtimenta, ex quibus partem reſpuit, partem accepit, ut haberet, unde pauperibus fœneraret.

Et cum perveniſſet Iconio, introivit primùm domum Oneſiphori, unde audierat Paulum docentem verbum Dei, & projecit ſe in faciem cum fletu, & dixit: Domine Deus totius domus hujus, unde mihi illuxit lux Jeſu Chriſti filii (*tui*) Domini Dei noſtri, tibi ſoli honor & gloria in ſecula ſeculorum. Et cum diu

illic

illîc oraffet, confummatâ oratione, inquifivit de Thamiro, qui dixerunt, eum effe mortuum. Et vocavit Theocleam matrem fuam, & dixit ei: Mater, fi vis, poteris credere, quod Deus eft verus, qui regnat in cœlis. Si autem pecuniam defideras, dabit tibi Deus pro me; Si vero filiam cupis, ecce præfto fum. Hæc autem teftificante Thecla, mater quæ feculum amabat, non fe convertit ad illam. Illa verò, quæ folum Deum diligebat, quod ipfe erat ei pater & mater, ipfius præcepta fervabat, dicens: Qui diligunt feculum iftud, non videbunt Deum Patrem, neque filium ejus Jefum Chriftum Dominum noftrum. Et hæc locuta, profecta eft Seleuciam, & multos illuminavit ibi, & requievit in bonâ pace.

Hic eft finis barbaræ Latinæ verfionis Actorum Theclæ: unde jam fupra pag. 116. collegi, antiquiffimum quoque exemplar Actorum Pauli & Theclæ hic finem fumpfiffe, ac ifta, quæ in Codice Barocciano fequuntur, & modò à me edita funt, à recentiori manu adjecta effe. In quâ opinione me plane confirmat altum filentium prifcorum S. Patrum, quorum nullus alicubi vel verbo mentionem facit eorum, quæ in ultimâ hâc parte Actorum Theclæ accidiffe narrantur, cùm tamen cætera, quæ præcedunt, fæpiffimè memoraverint, ut ex locis, quæ in Notis allegavi, patet. Sane miraculum ruptæ rupis, ac Theclæ vivæ in ea conclufæ, non minus quam reliqua memoratu fuiffet dignum, fi unquam contigiffet. Verùm de hoc in antiquis Scriptoribus Ecclefiafticis ne γρῦ quidem, idque per fe etiam fabulam refipit, adeò ut nullum fit dubium, à recentiori quodam nugatore confictum effe. Aliud argumentum fuppeditat textus Bafilii Seleucienfis, vel quicunque eft Auctor Libri I. de Vita Theclæ, qui ipfam antiquam Actorum Theclæ hiftoriam κατ' ἴχνος fecutus eft, ac nihil prætermifit, uti fupra pag. 91. propriis ejus verbis probavi, & ex collatione cum noftrô exemplari liquido patet. Atqui hic totam iftam hiftoriam de Thecla, ductu lucidæ nubis in montem fecedente, inque fpelunca cum pluribus aliis generofis mulieribus vitam afceticam agente, ac ægros ibi fanante, indeque nata Medicorum Seleucienfium invidia & infidiis ei ftructis, emiffis denique ad vitiandam eam nebulonibus, alto filentio tranfiit, de fepultura autem Theclæ vivæ dubiè locutus eft. Nam poftquam Theclam narraverat Seleuciam veniffe, ibique plures per Catechefin & Baptifmum militiæ Chrifti adfcripfiffe, hæc folùm adjecit: Καὶ διὰ τῶν θαυμάτων μάλιστα πάντας ἐναγαγοῦσα πρὸς τὴν πίστιν, ἐκοιμήθη μὲν, ὡς ὁ πολὺς καὶ ἀληθέστερος λόγος, οὐδαμῶς· ἔδυ δὲ ζῶσα, καὶ ὑπεισῆλθε τὴν γῆν, οὕτω τῷ Θεῷ δόξαν διαστῆναί τε αὐτῇ καὶ ὑπορραγῆναι τὴν γῆν ἐκείνην, ἐν ᾧπερ τόπῳ ἡ θεία καὶ ἱερὰ καὶ λειτουργικὸς πέπηγε τράπεζα. Quæ Petrus Pantinus ita Latinè reddidit: *Poft edita miracula, quibus potiffimùm cunctos ad fidem pertraxerat, haud quaquam vitâ defuncta eft, ut pervagatior veriorque fert fama, fed viva fubfidens in terram eft ingreffa, quæ Deo ita volente in ejus gratiam difceffit, feque illi aperuit eo in loco, quo divina ac facra Liturgia menfa conftructa eft.* Ex quibus patet, iftam de Thecla, vivâ terram fubeunte, traditionem haud ab omnibus receptam, nec in antiquis Theclæ Actis fcriptam fuiffe, quoniam recentior ifte Auctor ad famam, quam ipfe quidem veriorem exiftimavit, provocat, non autem ad antiquam hiftoriam, cujus ab initio libri fui fecerat mentionem, ex qua certiffimè ultima ifta, perinde ut antecedentia, recenfuiffet, fi ibi extitiffent, ac à Prefbytero Afiatico fuiffent fcripta. Nullum itaque eft dubium, appendicem illam actorum Theclæ fequiori ævo confictam, eaque quæ ibi narrantur, fabulis

bulis quàm vero propiora esse. Atque hæc de Actis Pauli & Theclæ dicta sufficiant: Quibus tamen aliqua in Notis ad calcem hujus Tomi addam.

Cæterum alia Pauli Acta, de quibus suprà dixi, prorsus interiere, nec amplius quid ex iis habemus reliquum præter id, quod jam sequitur

Fragmentum Actorum Pauli.

Origenes Lib. I. *de Principiis cap.* 2. *ex versione Ruffini*:

Unde & rectè mihi dictus videtur sermo ille, qui in Actibus Pauli scriptus est, quia hic est verbum animal vivens.

Sermo ibi est de Christo, qui in Actibus Pauli appellatus dicitur *Verbum animal vivens.* Verùm suspicor, vel Origenem vitioso Actorum Pauli, vel Ruffinum malo Origenis exemplari usum, ac in Græco scriptum fuisse simplex ζῶν, non autem ζῶον, vel ζῶον ζῶν. Videtur enim Auctor Actorum Pauli respexisse sive transcripsisse verba Apostoli in Epist. ad Hebræos cap. IV. v. 12. ζῶν γὰρ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ. *Vivum enim est verbum Dei.* Quo in loco plures antiquores Patres verbum substantiale sive Filium Dei intellexere, quorum sensus testimonio isto Actorum Pauli quodammodo confirmatur, de quo tamen hic non est dicendi locus.

Atque sic recensui hactenus Apocrypha, ut dici solent, sive in genere S. Apostolorum, sive in specie Petri & Pauli nominibus inscripta, ac eorum quidem, quæ à Catholicis prodiere Auctoribus, fragmenta hinc inde collecta repræsentavi. Reliqua quod attinet Evangelia & Acta, quæ cæterorum Apostolorum, Andreæ, Johannis, Thomæ, Philippi, Matthiæ, &c. nomen gessérunt, ista hîc prætereo, quod hæreticorum sint commenta, suo postea loco recensenda, uti discere est ex Eusebii Lib. III. Hist. Eccles. cap. 25. ubi in tertia classe inter Scripturas ὀνόματι τῶν ἀποστόλων πρὸς τῶν αἱρετικῶν προφερομένας, *sub Apostolorum titulo ab hæreticis evulgatas* refert *Petri*, *Thomæ*, *Matthiæ*, *&* *quorundam aliorum Evangelia*, *Andreæ quoque Johannis aliorumque Apostolorum Actus*, de quibus ibidem testatur, quod *nullus unquam, qui continuatâ ab Apostolis successione in Ecclesia docuit*, *in scriptis suis commemorare dignitus fuerit*, quoniam scilicet sententias à Catholica fide alienas in illis traditas viderunt, ut etiam Eusebius loc. cit. animadvertit. Præ aliis nomen sibi cudendis falsis Evangeliis atque Actis Apostolorum comparavit Leucius quidam, Marcionis sectator Seculo II., quorum fragmenta aliqua hactenus inedita in Spicilegio Scriptorum hæreticorum istius ætatis me editurum jam supra pollicitus sum. Excipiendum tamen forte Evangelium S. Bartholomæo Apostolo adscriptum, siquidem istud tanquam Divi Bartholomæi allegavit Pseudo-Dionysius Areopagita Lib. I. de Mystica Theologia cap. 1. id minime facturus, si ab hæreticis confictum fuisset. Hæc quippe loco citato leguntur verba: οὕτω γοῦν ὁ θεῖος Βαρθολομαῖος φησι, καὶ πολλὴν τὴν Θεολογίαν εἶναι, καὶ ἐλαχίστην, καὶ τὸ εὐαγγέλιον πλατὺ καὶ μέγα, καὶ αὖθις συντετμημένον. *Hac ratione Divus Bartholomæus ait, & prolixam esse Theologiam & brevem, ac Evangelium longum esse atque amplum, idemque etiam concisum.* Quæ ex præfatione Evangelii Bartholomæi desumpta, hoc verò illud ipsum fuisse auguror, quod Pantænus in India reperit, ubi Bartholomæum Apostolum prædicasse, & ipsum S. Matthæi Evangelium Hebraicis literis scriptum, secum attulisse refert Eusebius Lib. V. Hist. Eccl. cap. 10. Istud Evangelium forte interpolatum deinde, & prologo auctum, ipsique S. Bartholomæo adscriptum est, sed meritò inter Apocrypha rejectum. Verùm missis incertis hisce, ad alia progredior.

Testamenta XII. *Patriarcharum, filiorum Jacob.*

PRodiere superiori seculo, primò seorsim, deinde in Bibliothecis Patrum Latinè versa Testamenta XII. Patriarcharum, filiorum Jacob, ita dicta, non quod singula ab ipsis illis fuerint condita atque literis consignata, sed quod XII. Patriarchæ in illis introducantur loquentes, horumque ultima recenseantur verba, quibus partim futura prædixere, partim egregia vitæ bene agendæ monita posteris, instar pretiosissimi thesauri, tradidere. Omni quippe ævo observatum fuit, insignes atque principes viros, morti proximos, Divino quasi afflatu singularia quædam ejusmodi effatos esse; quæ proinde magno in pretio haberi, literisque mandari suevere, ne unquam memoria eorum intercideret. Omitto jam exempla profana, quibus Cicero Lib. I. de Divinatione probatum ivit, *divinare morientes*, ut ait cap. 30; taceo alia quoque ab aliis Ethnicis Auctoribus descripta; & intra populi Dei terminos me contineo, sacra solùm exempla commemoraturus. Abrahamum, Isaacum & Jacobum, tres principes Patriarchas idem fecisse, quod de hujus XII. filiis in totidem eorum testamentis refertur, ipse Auctor ultimi Testamenti Benjamin §. 10. testatur. Et de Jacobo quidem ipse Divinus veteris Testamenti scriptor Moses Genes. XLIX. 1. & seqq. ait: *Vocavit autem Jacob filios suos, & ait illis: Congregamini ut annuntiem, quæ ventura sunt vobis in novissimis diebus: congregamini, & audite filii Jacob, audite Israel patrem vestrum.* Unde sequuntur singulæ XII. filiorum benedictiones; hisque recensitis additur vers. 28. seqq. *Hæc locutus est pater eorum, benedixitque singulis benedictionibus propriis, & præcepit eis, dicens: Ecce congregor ad populum meum: sepelite me cum patribus meis, &c. Finitisque mandatis, quibus filios instruebat, collegit pedes suos super lectulum, & obiit.* Ecce futurorum

rorum præſagia partim, partim inſtructiones ſive præcepta. De Abrahamo autem & Iſaaco tale quid in ſacris tabulis non refertur; nullum tamen eſt dubium, quin hi, perinde ut Jacobus, morituri prophetias quaſdam legeſque poſteris ediderint. Unde occaſionem aliquibus natam puto, confingendi Apocrypha ſub nomine τριῶν Πατριαρχῶν, quorum mentio fit Lib. VI. Conſtit. Apoſtol. cap. 16. Joſephus certè Jacobi filius, idem quod pater fecit, de quo iterum Moſes Geneſ. L. 24. ſeqq. teſtatur his verbis: *Locutus eſt* (Joſeph) *fratribus ſuis: Poſt mortem meam Deus viſitabit vos, & adſcendere vos faciet de terra iſta ad terram, quam juravit Abraham Iſaac & Jacob.* (Habes prophetiam). *Cumque adjuraſſet eos, atque dixiſſet: Deus viſitabit vos, aſportate oſſa mea vobiſcum de loco iſto,* (habes monitum) *mortuus eſt Joſeph.* Ipſius Moſis cygneum cantum, admodum prolixum, legere eſt Deuteronom. cap. XXXII. & XXXIII. Confer inſuper Joſephum Lib. IV. Antiquit. Judaic. cap. 8. ubi prolixus Moſis morituri ſermo habetur, in cujus exordio attentionem movere contendit hoc ipſo argumento, *quod anima prope exitum conſtituta cum omni virtute diſſerat,* διὰ τὸ τὰς ψυχὰς ἐπὶ τελευτῇ γινομένας μετ' ἀρετῆς πάσης ὁμιλεῖν, uti Græcus textus ſonat. De Moſis ſucceſſore Joſua vide Joſuæ cap. XXIII. & XXIV. ac Joſephum Lib. V. Antiq. Jud. cap. 1. ubi ſummam ultimorum verborum Joſuæ recenſet, ac inter alia refert dicentem: αὐτῷ καλῶς ἔχειν ἀπιέναι μέλλοντι τοῦ ζῆν παραίνεσιν αὐτοῖς τοιαύτην καταλιπεῖν. *Suum fuiſſe, ut, priuſquam decederet, illos officii commonefaceret.* Miſſo Rege Davide & Tobia, de quibus lege 1. Reg. II. 1. ſeqq. & Tobiæ XIV. 5. ſeqq. aliiſque Veteris Teſtamenti exemplis, unicum addo Novi Teſtamenti Principem Jeſum, cujus ultimam orationem, Spiritu affectuque pleniſſimam, & ad Apoſtolos, & ad Deum Patrem, accuratè deſcripſit intimus ejus amicus ac dilectiſſimus diſcipulus Johannes cap. XIV. XV. XVI. & XVII. Evangelii; ſeptem inſuper extremis Domini in cruce verbis ab omni Evangeliſtarum choro memoratis.

Neque

Non ſufficiens verò curioſis quibuſdam ingeniis viſum, quod de ultimis Sacrorum Heroum verbis in Divino Canone legitur; indeque factum, ut peculiares de iis libros Apocryphos condiderint. Hujuſmodi ſcripta τριῶν Πατριαρχῶν fuiſſe jam ſupra dixi: in hoc quoque cenſu reputo *orationem Joſephi*, memoratam non modò in Indiculo Scripturarum, & Synopſi Scripturæ Pſeudo-Athanaſii, de quibus vide infra, ſed & ab Origene Tom. V. Comment. in Johannem; qui Tomo III. quoque Commentar. in Geneſin ad cap. 1. v. 14. allegat, quod in Joſephi precatione à Jacobo dictum fuit: Ανέγνω ἐν ταῖς πλαξὶ τοῦ οὐρανοῦ, ὅσα συμβήσεται ὑμῖν καὶ τοῖς υἱοῖς ὑμῶν, *Legit in tabulis cœli, quæcunque accident vobis & filiis veſtris.* Certè talis fuit Διαθήκη Μωϋσέως, *Teſtamentum Moſis*, cujus mentio occurrit iterum in Athanaſiana Synopſi, nec non Nicephori Stichometria, & Cotelerii Indiculo Scripturarum. Talis denique noſter de ultimis XII. Patriarcharum dictis liber, eodem *Teſtamentorum* titulo inſcriptus, cujus rationem ipſe Auctor explanat in Teſtamento Benjamin, quem ita introducit loquentem infra §. 10. *Hæc vos pro omni hæreditate* (ἀντὶ πάσης κληρονομίας) *doceo: & vos igitur date hæc filiis veſtris in poſſeſſionem ſempiternam. Hoc enim fecerunt Abraham, Iſaac & Jacob. Omnia hæc dederunt nobis in hæreditatem, dicentes: Cuſtodite mandata Dei, uſquequo revelet Dominus ſalutare ſuum omnibus gentibus.*

Quis Auctor XII. horum Teſtamentorum fuerit, Judæus religione, an Chriſtianus, ac quo ſeculo ſcripſerit, meritò quæritur. Ante Origenis ætatem hunc librum extitiſſe, conſtat ex illius Homilia xv. in Joſuam prope finem, ubi hæc habet verba: *Sed & in alio quodam libello, qui appellatur Teſtamentum duodecim Patriarcharum, quamvis non habeatur in Canone, talem tamen quendam ſenſum invenimus, quod per ſingulos peccantes ſinguli Satanæ intelligi debeant.* Invenitur hic ſenſus in Teſtamento I. quod eſt Ruben §. 3. ubi ſeptem Spiritus ſeptem peccatorum recenſentur, hiſque demum additur

octavus Spiritus somnolentiæ, conjunctus cum errore & phantasia. Fallor, an Tertullianus ex Testamentis Benjamin hauserit, quæ Lib. V. contra Marcionem cap. 1. scripsit: *Inter illas figuras & propheticas super filios suos benedictiones, Jacob cum ad Benjamin direxisset: Benjamin, inquit, lupus rapax ad matutinum comedet adhuc, & ad vesperam dabit escam. Ex tribu enim Benjamin oriturum Paulum providebat, lupum rapacem ad matutinum comedentem, id est, prima ætate vastaturum pecora Domini, ut persecutorem Ecclesiarum, dehinc ad vesperam escam daturum, id est, devergente jam ætate oves Christi educaturum, ut Doctorem nationum.* Quibus gemina habet in Scorpiaco adversus Gnosticos cap. 13. Nam Benjamin §. 11. Testamenti ita locutus fertur: *Non amplius vocabor lupus rapax propter rapinas vestras* (διὰ τὰς ἁρπαγὰς ὑμῶν) *sed operator Domini, tribuens cibum operantibus bonum. Et suscitabitur ex semine meo in extremis temporibus dilectus Domini, audiens vocem ejus, cognitione nova illuminans omnes gentes, lucem cognitionis accendens Israeli in salutem. Et rapiens ut lupus ab ipsis, & dans Synagogæ gentium.* Quicquid verò de Tertulliano statuatur, de Origene res clara est ex citata in Josuam homilia. Præter quam nullum alium novi locum, ubi Origenes Testamenta XII. Patriarcharum allegaverit. *Oratio* enim *Joseph*, quam Tomo III. Comment. in Genesin citat, non est Testamentum Josephi, siquidem in hoc adducta ab Origene verba non reperiuntur, sed alius distinctus libellus, de quo supra dixi.

Cæterum ex allegatione Testamenti Patriarcharum ab Origene loc. cit. facta, doctissimus Dn.D. Cave Part. I. Histor. Literar. p. 52. collegit, librum istum Seculo II, & quidem exeunte, scriptum esse; ad ineuntem autem hanc ætatem potiùs referendum conjecit p. 29. Partis II. Historiæ Literariæ, quæ hisce diebus magno studiosorum Ecclesiasticæ antiquitatis commodo in lucem prodiit. Clarissimus Dn. Dodwellus in literis hac de re ad me benevolè exaratis, Testamenta XII. Patriarcharum Seculo I.

condita

condita arbitratur, quia ſtylus plane eſt Helleniſticus, qualis inter ipſa Seculi II. initia in uſu eſſe deſiit. Ambo autem laudati viri in eo conveniunt, Judæum quendam, ad Chriſtianam fidem converſum, eorum auctorem fuiſſe, quia in iis talia de Meſſia & Novi Teſtamenti ſtatu leguntur, quæ notitiam Judæorum longè excedunt, ac proinde non niſi à Chriſtiana manu profecta videntur. Et hujuſmodi quidem aliqua ibi deprehendi haud inficias eo; contrà verò & talia in hoc libro occurrunt, quæ quomodo ab ullo Chriſtiano, licet Judæorum placita magnam partem retinente, ſcribi potuerint, haud capio. Sic. v. g. in Teſtamento Ruben §. 6. de Meſſia ex tribu Juda & Levi oriundo, dicitur: ὅτι ὑπὲρ ὑμῶν ἀποθανεῖται ἐν πολέμοις ὁρατοῖς καὶ ἀοράτοις, καὶ ἔσται ἐν ὑμῖν βασιλεὺς αἰώνων. *Quoniam pro vobis morietur in bellis viſibilibus & inviſibilibus, & erit in vobis Rex ſeculorum.* Mira quoque iſta in Teſtamento Simeon §. 5. Εώρακα γὰρ ἐν χαρακτῆρι γραφῆς ΕΝΩΧ, ὅτι οἱ υἱοὶ ὑμῶν --- ἐν Λευὶ ἀδικήσουσιν ἐν ῥομφαίᾳ, ἀλλ᾽ οὐ δυνήσονται πρὸς Λευί, ὅτι πόλεμον κυρίου πολεμήσει, καὶ νικήσει πᾶσαν παρεμβολὴν ὑμῶν. *Vidi enim in charactere Scripturæ Enoch, quoniam filii veſtri — injuſtitiam facient Levi in gladio; ſed non prævalebunt ad Levi, quoniam bellum Domini bellabit, & vincet omne caſtrum veſtrum.* Quid? anne Chriſtiano cuipiam in mentem venire poterat, Chriſtum belligeraturum, inque bello tam viſibili quàm inviſiblili moriturum eſſe? mortuus eſt ſemel in pugna inviſibili cum diabolo, *atque exſpolians principatus & poteſtates palam traduxit confidenter, triumphans illos in ſe ipſo.* Coloſſ. II. 15. In bello viſibili ipſum denuo moriturum nulli unquam Chriſtiani ſomniarunt, *ſcientes, quod Chriſtus reſurgens ex mortuis jam non moritur, mors illi ultrà non dominabitur,* Rom. VI. 9. Deinde qua ratione quiſpiam è grege fidelium ſcripſiſſet, Judæos, ac ſpeciatim poſteros Simeonis, à Levi, id eſt, à Meſſia ex tribu Levi & Juda oriundo, debellandos eſſe, ac caſtra eorum delenda? Neſcio quoque an Chriſtiani cujuſpiam ſint iſta in Teſtamento Levi §. 18. de Meſſia dicta: οἱ οὐρανοὶ ἀνοιγήσονται, καὶ ἐκ τοῦ ναοῦ τῆς δόξης ἥξει

ἐπ᾽

ἐπ' αὐτὸν ἁγίασμα μετὰ φωνῆς πατρικῆς, ὡς ἀπὸ Ἀβραὰμ πατρὸς Ἰσαάκ. *Cœli aperientur, & ex templo gloriæ veniet super illum sanctificatio cum voce paterna, tanquam ab Abraham patre Isaac.* Cœlis apertis Spiritum sanctum super Christum descendisse cum voce Dei Patris: *Hic est filius meus dilectus*, omnes fideles norunt; sed vocem istam ab Abrahamo patre Isaaci & Christi secundum carnem, profectam fuisse, nullus eorum, qui Evangelio fidem præbuerunt, scribere potuit. Contrà fateor, priora de cœlis apertis ac Spiritu S. descendente verba Christiano potiùs quam Judæo convenire, & similiter in aliis Testamentis reperiri talia, quæ obscuris Judæorum umbris clariora videntur.

Quid si igitur dicamus, Testamenta XII. Patriarcharum à Judæo olim scripta, à Christiano autem postea interpolata esse, ac fuisse è numero LXXII. Apocryphorum librorum V.T. quot olim extitisse, & unà cum XXII. Canonicis scriptis ad Ptolomæum R. Ægypti à Judæis missos fuisse, refert Epiphanius Lib. de Mensuris & Ponderibus §. 10. * Cui hac in re fidem habeo, quoniam Josephus Lib. I. contra Apionem pag. 1036. insinuat, libros quosdam Apocryphos Veteris instrumenti fuisse scriptos, dum recensitis XXII. Canonicis, hæc subjungit verba: Ἀπὸ δὲ Ἀρταξέρξου μέχρι τοῦ καθ' ἡμᾶς χρόνου γέγραπται μὲν ἕκαστα, πίστεως δὲ οὐχ ὁμοίας ἠξίωται τοῖς πρὸ ἑαυτῶν, διὰ τὸ μὴ γενέσθαι τὴν τῶν προφητῶν ἀκριβῆ διαδοχήν. *Ab Artaxerxe verò usque ad nostrum tempus singula quidem conscripta, non tamen eâdem, quâ priora, fide digna habita, eò quod non fuerit exacta Prophetarum successio.* Ex his sunt libri Sapientiæ Salomonis & Jesu Siracidis, Judith & Tobiæ, Maccabæorum & Esdræ III. ac IV. quos superstites habemus: accessere verò alii jam deperditi, quos ex parte enumerat Auctor Synopseos Scripturæ Tomo II. Operum Athanasii pag. 154. hunc in modum: Τὰ δὲ Ἀπόκρυφα πάλιν τῆς παλαιᾶς διαθήκης ταῦτα· Ἐνὼχ, Πατριάρχαι, προσευχὴ Ἰωσὴφ, διαθήκη Μωσέως, ἀνάληψις Μωσέως, Ἀβραὰμ, Ἐλδὰδ καὶ Μωδὰδ, Ἡλίου προφήτου, Σοφονίου προφήτου, Ζαχαρίου, πατρὸς Ἰωάννου, (sed fateor, duas hasce voces malè à quopiam additas, & Za-

* Vide Notas ad finem hujus Tomi.

chariam

chariam antiquiorem intelligendum videri) Βαρὺχ, Αμβακὺμ, Εζεχιὴλ καὶ Δανιὴλ ψευδεπίγραφα. *Apocrypha rursum veteris Testamenti sunt ista: Enoch, Patriarchæ, Oratio Joseph, Testamentum Mosis, Assumptio Mosis, Abraham, Eldad & Modad, Eliæ Prophetæ, Sophoniæ Prophetæ, Zachariæ, Baruch, Ambacum,* (id est Habacuc) *Ezechiel & Daniel falsò inscripti libri.* Hos & alios recenset quoque Auctor Indiculi Scripturarum a Cotelerio in Notis ad Lib. I. Constit. Apostol. editi sequenti ordine: 1. *Adam.* 2. *Henoch.* 3. *Lamech.* 4. *Patriarchæ.* 5. *Josephi Oratio.* 6. *Eldad & Medad.* 7. *Testamentum Mosis.* 8. *Assumptio Mosis,* (uti hunc numerum in MSS. membranis vacuum restituit Cotelerius) 9. *Psalmi Salomonis.* 10. *Eliæ Revelatio.* 11. *Esaiæ Visio.* 12 *Sophoniæ Revelatio.* 13. *Zachariæ Revelatio.* 14. *Esdræ Revelatio.* De quibus singulis agendi hic non est locus, sed id solùm notandum, libros istos, si non omnes, saltem plurimos ante tempora Novi Testamenti à Judæis conditos, atque ab ipsis Apostolis subinde allegatos esse. Et de Enochi quidem libro id colligitur ex epistola Judæ vers. 14. ubi Apocryphum Enochi scriptum citari, jam olim observarunt Tertullianus Lib. de habitu muliebri cap. 3. Hieronymus in Catalogo Scriptorum Ecclesiast. in *Juda* & in Comment. ad Tit. I. Augustinus Lib. XV. de Civit. Dei c.23. Commentatores in S. Judæ epistolam ut taceam. Atque cum hac ut in aliis, ita & in hoc convenit S. Petri posterior epistola, quod ibi quoque ex Enochi libro, licet tacito ejus nomine, quædam deprompta videantur, nempe ea quæ cap. II. v. 4. leguntur de Angelis lapsis reservatis ad judicium. Hæc enim Georgius Syncellus in Chronographia pag. 13. edit. Paris. 1652. ex libro primo Enochi allegat: *Altissimus sanctis Archangelis imperavit & ipsi eorum antesignanos ligarunt, ac dejecerunt in abyssum usque ad judicium,* ἕως τῆς κρίσεως. Similiter ex alio libro Apocrypho, qui Mosis ἀνάληψις dicitur, Judam ea sumpsisse, quæ vers. 9. scripsit de contentione Michaelis Archangeli cum Diabolo, tradit Origenes Lib. III. de Principiis cap. 2. ab initio. Porro

Eliæ quoque Apocalypsis jam ante Christi tempora extitit, atque ex ea Apostolum citasse ea, quæ 1. Epist. ad Corinth. cap. II. v. 9. extant, docet non modo Georgius Syncellus p. 27. sed & longe antiquior Origenes Tractat. XXXV. ad Matthæi XXVII. his verbis, à Ruffino Latinè translatis: *Et Apostolus scripturas quasdam secretorum profert, sicut dicit alicubi: Quod oculus non vidit, nec auris audivit: in nullo enim regulari* (in Græco procul dubio fuit κανονικῷ) *libro hoc positum invenitur, nisi in secretis* (ἀποκρύφοις) *Heliæ Prophetæ.* Quo generali nomine Apocryphorum Eliæ, Apocalypsin ejusdem ab Origene designatam esse, dubitare nos non sinit Hieronymus Lib. XVII. Commentariorum in Esaiæ cap. LXIV. scribens: *Ascensio Esaiæ* (ἀναβατικὸν Ἡσαΐου apud Epiphanium Hæres. XL. §. 2. & Hær. LXVII. §. 3.) *& Apocalypsis Heliæ hoc habent testimonium.* Quanquam ipse existimet, Paulum loco citato, more Paraphrastis, Esaiæ cap. LXIV. v. 4. allegasse. Alibi tamen, nempe Lib. III. Commentar. in Epist. Pauli ad Ephesios cap. V. vers. 14. Hieronymus concedit, Apostolum ex Apocrypho libro citasse verba ista: *Surge qui dormis, & exsurge à mortuis,* & quidem Eliæ, ut Epiphanius Hæres. XLII. pag. 372. docet; quanquam Georgius Syncellus pag. 27. ex Pseudo-Jeremiæ libro quodam ea petita tradat. Atque Jeremiæ nomini adscripta quædam Apocrypha ante Christum natum extitisse, ex Lib. 2. Maccabæorum cap. II. v. 1. constat; quorum unum se apud Nazaræum aliquem vidisse, & verba à Matthæo cap. XXVII. tanquam Jeremiæ allata in illo exactè reperisse, iterum testatur Hieronymus in Comment. ad loc. cit. Matthæi, idemque ante eum suspicatus est Origenes. Quicquid vero de hoc loco statuatur, sane ex hactenus dictis apparet, Apocrypha quædam scripta Veteris Testamenti S. Apostolorum ævo cognita, & ab ipsis quandoque usurpata fuisse. Unde Hieronymus Apocryphis aliàs infensus, in Comment. ad Titum loc. cit. *Multa,* inquit, *Apostolus Paulus de reconditis est locutus.* Et in Comment. ad Ephesios ubi dixerat, verba supra dicta

Paulum

Paulum *ex reconditis Prophetis & his, quæ vocantur Apocrypha, in medium protulisse*, addit: *sicut in aliis quoque locis illum fecisse manifestum est.* Similiter Origenes in fine Prologi duarum homiliarum in Canticum Canticorum, Hieronymo interprete: *Illud*, inquit, *palam est, multa vel ab Apostolis, vel ab Evangelistis, exempla esse prolata, & Novo Testamento inserta, quæ in his Scripturis, quas Canonicas habemus, nunquam legimus: in Apocryphis tamen inveniuntur, & evidenter ex ipsis ostenduntur assumpta*; mox addens rationem, quare Apostolis licuerit, dogmata sua ex Apocryphis probare, nobis autem id non sit integrum, dum ita pergit: *Potuit fieri, ut Apostoli vel Evangelistæ, sancto Spiritu repleti, sciverint, quid assumendum ex illis esset Scripturis, quidve refutandum: nobis autem non est absque periculo, aliquid tale præsumere, quibus non est tanta Spiritus abundantia.* Primi tamen S. Apostolorum discipuli, uti Apostolico Spiritu pleni, ac ipsimet ex parte Apostoli fuerunt, ita & eàdem citandi Apocrypha libertate usi sunt, sicut videre est ex Epistolis S. Barnabæ & Clementis Romani, nec non ex Hermæ Pastore, in cujus Visione II. §. 3. ex *Prophetia Heldam & Modal*, sive potius *Eldad & Modad*, dictum aliquod affertur, adeo ut & istam tempore S. Apostolorum jam extitisse, inde constet.

Atque idem de Testamentis XII. Patriarcharum affirmare vix aliquid vetat, unum autem atque alterum suadet. Cum enim omnes fere in Athanasiana Synopsi Scripturæ, Nicephori Stichometria, & Anonymi Indiculo Scripturarum recensiti libri Apocryphi V. T. ante tempora Apostolica extiterint, sane & isti, qui à dictis Auctoribus secundo loco memorantur, Πατριάρχαι, jam tum conditi fuisse videntur. Atqui per Patriarchas ibi vel solorum XII. filiorum Jacobi, vel horum tamen cum aliis, Testamenta intelligere necesse est. Nullum enim unquam librum titulo Πατριαρχῶν inscriptum legimus, præter istum τριῶν Πατριαρχῶν, de quo supra, & hunc ιβ'. Πατριαρχῶν, υἱῶν Ιακώβ. At vero ille non adeo celebris fuit, nec

uſpiam ejus mentio, præterquam in Conſtitutionibus Apoſtolicis Pſeudo-Clementis loco citato, occurrit; hunc verò allegavit Origenes loco ſupra recitato, nec non Procopius in Comment. in Geneſ. c. 38. * idemque eſt cum illo, qui in Gelaſii decreto inter Apocrypha recenſetur, & appellatur *Teſtamentum Jacob* (juxta alia exemplaria *Job*) per errorem natum ex Latini Scribæ imperitia, qui ex Græco titulo Διαθήκη ιβ'. efformavit *Teſtamentum Job* ſeu *Jacob*. Teſtamentum itaque XII. potiùs, quàm III. Patriarcharum, laudati Auctores voce Πατριαρχῶν indigitarunt, vel generali iſta voce, ſine addito numero ιβ'. vel γ'. uſi, cuncta ſimul complexi ſunt, ſicut Hieronymus lib. adverſus Vigilantium paulò ante medium universè memorat *fictas revelationes omnium Patriarcharum & Prophetarum*. Iſta igitur Patriarcharum Apocrypha, perinde ut cætera, ante Chriſti tempora extitiſſe, eſt veroſimillimum, idque non ineptè ex Sectione 6. Teſtamenti Levi colligitur, qui his finitur verbis: Ἔφθασε δὲ ἡ ὀργὴ Κυρίου ἐπ' αὐτοὺς εἰς τέλος. *Venit autem ira Domini ſuper eos in finem*. Quæ ipſa verba contra Judæos uſurpavit S. Paulus in 1 Epiſt. ad Theſſalonicenſes, (quæ prima ordine temporis fuit inter omnes ab Apoſtolo ſcriptas, modò ſuperſtites,) c. II. v. 16. niſi quod vocem Κυρίου omiſerit, quamvis in quibuſdam exemplaribus addita legatur vox Θεοῦ: ut adeò Apoſtolus his Teſtamentis, perinde ut aliis Apocryphis, uſus fuiſſe videatur. Ei vero, qui objicere velit, non Apoſtolum ex Teſtamento Levi, ſed hujus Auctorem Chriſtianum ex Apoſtolo dicta verba deſcripſiſſe, propono conſideranda ea, quæ ſupra recenſui, certè à nullo Chriſtiano, ſed Judæo quopiam, ac proinde ante Apoſtolicum ævum, ſcripta; neque enim poſt id Judæi Apocrypha condidere.

Quod attinet alia, quæ contrà non Judaicam ignorantiam, ſed Chriſtianam revelationem ſapiunt, jam ſuprà dixi, ea forte addita, ſicque Teſtamenta XII. Patriarcharum à Chriſtiano quopiam interpolata quidem, non autem primò condita eſſe: quanquam in his haud pauca ſint Meſſiam concernentia, quæ primo intuitu non niſi à

Chriſtiana

Christiana manu prodiisse videntur, & tamen ab antiquo Judæo scribi potuisse inde colligitur, quod in ipsis recentiorum Rabbinorum monumentis eadem occurrant. Sic v. g. in Testamento Dan §. 5. Patriarcha perpetuam ac nulla ulteriori captivitate interrumpendam Judæorum felicitatem tempore Messiæ fore ominatur, eò quod ipse tanquam Deus super illos regnaturus sit. Quibus verbis cum Deitas Messiæ adstrui videatur, ista non nisi à Christiano scripta poterat aliquis existimare. Et ecce habemus tamen traditionem Rabbinicam, quæ idem plane sonat, aperteque asserit, gentem Judaicam, post liberationem manu Mosis aliorumque Heroum factam, iterum iterumque in manus hostium ac priores calamitates incidisse, ideo quod isti Servatores fuerint homines; salutem verò per Messiam populo afferendam fore æternam, nec amplius eum captivum abductum iri, quia Deus ipse tunc Servator sit futurus; de quo expressa Rabbinorum verba in Notis ad dictum locum Testamenti Dan recitabo. Similiter quæ quasi ex adverso de pœnis & afflictionibus Judæorum tempore Messiæ, in primo scilicet ejus adventu, passim in Testamentis XII. Patriarcharum dicuntur, non à Judaica, sed Christiana manu profecta videri poterant; & tamen antiquos Judæos idem genti suæ timuisse, imo duo præcisè millia annorum afflictionis in diebus Messiæ determinasse, in Notis ad Testam. Levi §. 15. ex Midras Tillim probabo: nec non de nativitate Messiæ ex virgine, deque ejus passione, morte, resurrectione, tam ipsius, quàm aliorum sanctorum unà cum illo, denique de adscensione ejus in cœlum, testimonia Rabbinorum istis, quæ in Testamentis Patriarcharum dicuntur, parallela subinde afferam. Quæ ubi quis consideraverit, non adeò multa forte Christianorum interpolationi adscribet, quàm primo quidem intuitu videri poterant adscribenda.

Quantacunque verò sint, quæ manus Christiani cujuspiam Testamentis Patriarcharum interseruerit, præcipue de Deitate Christi, aliisque Christianæ religionis mysteriis, hinc inde nimis clara, nec non specialia de Apostolo

Paulo §. 10. Testamenti Benjamin; ista omnino vel Seculo II. ineunte, vel exeunte I^mo. addita videntur, certe post scriptas S. Pauli epistolas, hujusque Actus Apostolicos à Luca consignatos, imo post excidium Hierosolymitanum. Ad hoc enim spectant verba Levi §. 16. *In fine, ut æstimabitis, occidetis eum, nescientes ipsius resurrectionem, innocentem sanguinem in malitia super capita vestra recepturi. Propter ipsum erunt sancta vestra deserta, usque ad pavimentum prophanata,* &c. Et præcedente §. 15. *Propter hæc templum, quod utique eliget Dominus, desolabitur in immunditia, & vos captivi eritis in omnibus gentibus & abominatio inter eas, & accipietis opprobrium & confusionem sempiternam à justo judicio Dei.* Quæ apertè destructionem templi posterioris, & calamitates Judæis in pœnam cædis Christi inflictas, concernunt. S. Pauli epistolæ verò, & Lucæ Acta Apostolorum à Benjamin l. c. hisce indigitantur verbis: Καὶ ἐν βίβλοις τῶν ἁγίαις ἔσται ἀναγραφόμενος, καὶ τὸ ἔργον, καὶ ὁ λόγος αὐτοῦ. *Et in libris sanctis erit inscriptus, & opus, & sermo ejus*: opus quidem in Actis Apostolorum, sermo autem & in his, & in ipsius Pauli epistolis.

Atque hæc fere sunt, quæ cuipiam persuadere possent, Testamenta XII. Patriarcharum à Judæo ante Christum natum literis consignata, posthæc autem à Christiano hinc inde interpolata esse. Nolim tamen egomet ipse hanc opinionem tanquam certam asserere, aut in re à nostra ætate adeo longè remota quicquam definire, ideoque secundum sententiam Cl. Dodwelli, sæpe dicta Testamenta huic Spicilegio Patrum Seculi Apostolici inserui; quanquam & posito, ea tota post Christi adventum condita esse, dubium adhuc sit, utrum ad initia Seculi II. vel finem I. sint referenda. Nam quod suprà dictam rationem ab Hellenistico sive Græco-Hebræo stylo desumptam attinet, missis aliis, quæ excipere possem, id solùm observo, tractatum hunc Hebræo primùm idiomate conscriptum, atque ex hoc in Græcam linguam translatum dici, (de quo postea) ideoque non potuisse non versionem Hellenisticam,

nisticam, quocunque etiam tempore facta sit, inde exsurgere. Neque de Apostolica ætate hujus scripti convincere me potuit alia ratio, quam vir eruditissimus in epistola ad me scripta adjecit, ex errore Auctoris, de seculo Apostolico tanquam ultimo loquentis, arguens, illo ipso eum vixisse; neque enim subsequenti ætate illum ejusmodi phrasin adhibere potuisse. Sed ut taceam, istum de ultimis temporibus errorem omnium fere temporum communem fuisse, haud video, quî non Auctor Testamentorum, etiam Seculo II. scribens, Apostolica tempora ultima appellare potuerit, phrasi potissimum Hebræâ, qua dies Messiæ ultimi vocari solent, cum & nos hodie post tot Secula ita loquamur, dicentes v. g. Dei filium ultimis Seculis in carne apparuisse. Et quidni dictus Auctor tempora Apostolica ultima dicere potuerit, cum longè priorem ætatem, quâ scilicet Hebræi in duo Regna, Juda & Israel, divisi sunt, hac phrasi insigniverit, ita scribens Testam. VI. Zabulon §. 9. *Novi in Scriptura Patrum meorum, quoniam in ultimis diebus* (ἐπ' ἐσχάταις ἡμέραις) *recedetis à Domino, & divisi eritis in Israel, & duos Reges sequemini, &c. Et posthæc orietur vobis ipse Deus lumen justitiæ.* Verùm uti vix aliquod suppetit argumentum, quo probari possit, Seculo I. ista de mysteriis Christianæ nimis aperta dicta Testamentis τῶν ιβ'. addita esse; ita neque in contrariam partem demonstrari potest, quod Seculo II. ea accesserint. Quocirca in re adeo dubia opinionem modo dicti viri, cujus excellentissimam rerum Ecclesiasticarum notitiam magni æstimo, hac vice sequi, ac Testamenta XII. Patriarcharum inter Scripta Seculi I. referre placuit.

Cæterùm uti superiùs observavi, Jacobum Patriarcham aliosque sanctos viros, in ultimis, quos habuerunt, sermonibus, vitæ bene agendæ præcepta partim, partim futurorum præsagia edidisse, ita & in XII. Patriarcharum Testamentis utraque ista utramque faciunt paginam, historiâ insuper vitæ & mortis singulorum ibi enarrata. Hinc librum illum tanquam *plurimis Ethicis præceptis, iisque*

melioris

melioris quidem notæ, paſſim refertum commendat ſuprà laudatus D. Cave Part. I. Hiſtor. Liter. pag. 52. Neque indignum eſt obſervatione, Ethicis iſtis præceptis non ſolùm generales, ſeu Divinæ gratiæ promiſſiones, ſeu Divinæ juſtitiæ comminationes, annecti, ſed hinc inde ſpecialium remunerationum atque pœnarum fieri mentionem, quas ſancti quidam viri, vel ex Divina inſpiratione hauſere, vel ex propria experientia collegere, & ad poſteros tranſmiſere. Sic v. g. ſpecialia ſunt, quæ Divinæ legis ſtudio atque cognitioni pollicetur Teſtamentum Levi, §. 13. ita ſonans: *Omnis, qui cognoſcit legem Dei, honorabitur, & non erit peregrinus, quocunque vadit: amicos quoque plures ſuis genitoribus habebit, & deſiderabunt multi hominum ſervire ei, atque audire legem ex ore ipſius.* Notabile quoque eſt, quod in Teſtamento Joſeph. §. 3. legitur: ὅτι οἱ διὰ τὸν Θεὸν νηστεύοντες τοῦ προσώπου τὴν χάριν προσλαμβάνουσιν, *Propter Deum jejunantes faciei gratiam accipere.* Contrà de fornicatione in Teſtamento Ruben §. 4. non modò in genere dicitur, quod ſit *animæ perditio*, ſed & in ſpecie, quod *approximare faciat ad idola, & in errorem ducat intellectum atque mentem.* Idem de avaritia aſſeritur in Teſtamento Juda §. 19. & ſic in cæteris. Egregiæ quoque hoc libro continentur Prophetiæ de Meſſia, ac ſtatu Synagogæ Judæorum & Eccleſiæ gentium ſub Novo Teſtamento, aliiſque hujuſmodi, quæ quatenus quidem ex Enochi Prophetia aliiſque antiquioribus ſcriptis referuntur, vel ſaltem cum antiquiorum Rabbinorum traditionibus conveniunt, & proinde à primo XII. Teſtamentorum Auctore ante tempora Chriſti ſcriptæ videntur, confirmandæ vacillanti Chriſtianorum fidei, ac convellendæ pertinaci Judæorum incredulitati apprimè inſervire poſſunt; quatenus autem à Chriſtiano quopiam Seculi I. vel II. prodierunt, ad hunc quidem ſcopum non conducunt, attamen quodammodo utiles ſunt, dum in iis genuinus Canonicarum Prophetiarum ſenſus, quem primi Chriſtiani ab Apoſtolis acceperunt, ſæpe non ſine Spiritu ac ſingulari verborum emphaſi, exprimitur, non ſolùm de illis,

quæ

quæ jam olim primâ Ecclesiæ N. T. ætate impleta sunt, sed & istis, quæ adhuc restant implenda, ut est conversio Judæorum, quos *abjectos quidem fore usque ad tempus consummationis*, ait Testamentum Zabulon §. 9. in fine, sed tandem credituros in Dominum, eique reconciliandos ἐν πίστει καὶ ὕδατι, *in fide & aqua*, juxta Test. Levi §. 16. Cum quo consonat Testam. Aser §. 7. & Dan. §. 6. ubi notanter docetur, ὅτι ἐν ᾗ ἡμέρα πιστεύσει Ισραὴλ, συντελεσθήσεται ἡ βασιλεία τοῦ ἐχθροῦ, *quod in qua die crediderit Israel, finem habiturum sit Regnum inimici*, i. e. Diaboli. Historiam vero Patriarcharum quod attinet, plura de his in eorum Testamentis referuntur, quæ in Genesi Mosis aliisve Canonicis libris non leguntur, sed ex Apocryphis, vel ex traditione majorum ab Auctore referuntur, ob antiquitatem sanè omnibus Hebræorum, quos superstites habemus, hac de re commentariis, sive commentis, præferenda, præsertim cum pleraque veritati omnino congrua videantur, & haud parum ad explicationem Geneseos, atque illustrationem historiæ sacræ, nec non temporum emendationem conducant, ut ex Notis in hunc librum, iisque suffigendâ Tabula Chronologicâ apparebit.

Hi igitur & alii hujus libri usus fecerunt, ut is, Hebræo primùm idiomate scriptus, in Græcam verteretur linguam, & quidem à magno Græciæ lumine, Johanne Chrysostomo, si fides habenda Codici MS. 75. in Bibliotheca Bodleiana, de quo suo loco dicam. In hoc enim sequentia Testamentis istis præfixa leguntur verba: *Testamenta duodecim Patriarcharum filiorum Jacob, secundum translationem Johannis Chrysostomi de Hebræo in Græcum.* Quo auctore hæc apposuerit is, qui dictum Codicem scripsit, haud indicat: neque ego ullum antiquum memini scriptorem, à quo id memoriæ proditum sit. Nihil quoque hac de re inaudiverat Matthæus Paris. indeque loco mox citando *Græcos* in genere ait librum istum ex Hebræa in suam transtulisse linguam. Vix igitur fidem dicto Codici habere possum, licet haud negem, S. Johannem, utpote Antiochiæ natum, educatum, Syro cuidam Monacho jugiter adjunctum, dehinc

esset; ut nimirum Scripturæ tanto evidentius sua constaret auctoritas, ac Canonica Evangelia aliaque scripta S. Apostolorum & discipulorum, à falsis, quæ illorum nominibus supposita sunt, discernerentur, (id quod absque traditione Catholicorum Patrum, Apostolicæ ætati vicinorum vix, ac ne vix quidem, fieri posset) denique ut sacer Codex à corruptione ac injuria non tam temporum, quam malorum ingeniorum, vindicaretur, & genuinus ejus sensus in aliquibus locis quodammodo obscurus, magisque ab hæreticis obscuratus, egregie illustraretur, sicque propria verbi Divini veritas contra falsas quorundam hominum opiniones, heri natas, cras verò interituras, firmaretur, in æternum duratura. Atque inter hæc pretiosissima venerandæ vetustatis κειμήλια suprà dicta S. Clementis epistola, eximio Divinæ providentiæ beneficio, per sedecim secula fuit conservata, ac hac ultima demum, in qua vivimus, ætate, Numine propitio, ad istas pervenit manus, quæ illam in suo pretio habere, sed & incorruptam orbi Christiano communicare noverant. Missus scilicet à Cyrillo Lucari, primum Alexandrino, deinde Constantinopolitano, Patriarcha ad Serenissimum Angliæ Regem Carolum I., pientissimum Ecclesiasticæ antiquitatis veneratorem, ac gloriosum pro ea Martyrem, Codex Alexandrinus, in quo Veteris & Novi Testamenti libri literis grandioribus manu Theclæ nobilis fœminæ Ægyptiæ circa Concilii Nicæni I. tempora, ut fertur, eleganter exarati sunt, hisque subjuncta S. Clementis ad Corinthios epistola, eâdem manu scripta. Nec mora: mox laudatum Clementis scriptum, opera & studio Patricii Junii Latina versione donatum, bono publico hîc Oxonii typis excusum, anno 1633. in lucem prodiit, & dein sæpius hic illic recusum est.

Atque hoc, ut jam è diverticulo in viam redeam, genuinum ipsius Clementis opus, ipsamque illam epistolam esse, quæ olim extitit, exinde satis probatur, quia ea, quæ S. Irenæus, Clemens Alexandrinus, Origenes, Hieronymus aliique ex dicta epistola allegarunt, in illa typis excusa reperi-

reperiuntur. Objici tamen posset, Irenæum lib. III. c. 3. referre, quod Clemens in epistola ad Corinthios post alia tradiderit, Deum ignem præparasse Diabolo & Angelis ejus. Cui accedit *Auctor Responsionum ad quasdam necessarias quæstiones inter Justini Martyris opera Respons. ad Quæst.* 74. ita scribens: Τῆς παρούσης καταστάσεως τὸ τέλος ἐστὶν ἡ διὰ τοῦ πυρὸς κρίσις τῶν ἀσεβῶν, καθώς φασιν αἱ γραφαὶ προφητῶν τε καὶ ἀποστόλων, ἔτι δὲ καὶ τῆς Σιβύλλης, καθώς φησιν ὁ μακάριος Κλήμης ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῇ. *Præsentis rerum status finis est impiorum per ignem judicium, prout dicunt Prophetarum & Apostolorum scripta, insuperque ipsius Sibyllæ, quemadmodum ait B. Clemens in epistola ad Corinthios.* Atqui de igne Diabolo ejusque Angelis, nec non impiis hominibus, præparato nihil in ea, quam jam legimus, Clementis epistola I. ad Corinthios extat. Unde argui posset, hanc non illam ipsam esse, quam Pseudo-Justinus & S. Irenæus habuerunt. Verum bene conjecit Cl. Cotelerius in Præfatione Notarum ad II. epistolam Clementis, dictam doctrinam, quam ultimam in enumeratione summorum capitum prioris epistolæ nominat Irenæus, in ultima ejus parte Clementi tractatam, ac proinde lacunâ illa prope finem interjecta, sive folio Codicis Alexandrini, quod intercidit, comprehensam fuisse, cum reliqua omnia ab Irenæo memorata in antecedentibus legantur: adeo ut hæc objectio genuinam superstitis epistolæ Clementis auctoritatem haud infringat.

Neque tanti est argumentum, quod suppeditat Hieronymus Lib. I. adversus Jovinianum cap. 7. scribens: *Ad hos* (eunuchos) *& Clemens successor Apostoli Petri, cujus Paulus Apostolus meminit, scribit epistolas, omnemque pene sermonem suum de virginitatis puritate contexuit.* Equidem dubium aliqui moverunt, utrum Hieronymus in his verbis duas præcise epistolas Clementis ad Corinthios, quas ibi non nominat, & in specie primam respexerit, cum forte alias quasdam, Clementi suppositas, in manibus habuerit. Verum non necesse est eo confugere, certumque videtur, Hieronymum de duabus ad Corinthios epistolis Clementis ista

iſta poſuiſſe, ſiquidem & Epiphanius Hæreſ. XXX. §. 15. ubi eas laudaverat, ait, Clementem *virginitatem* ibi *docuiſſe*. Reſpexit nimirum uterque hæc, quæ modò indicare placet, loca §. 21. *Liberi noſtri diſciplinæ Chriſti participes ſint, diſcant quid caſta caritas apud Deum poſſit, quomodo timor ejus bonus ſit & magnus, & ſervans omnes, qui in ipſo ſancte verſantur in pura mente.* §. 30. *Faciamus omnia, quæ ad ſanctitatem pertinent, vitantes impuros & impudicos complexus*, &c. §. 45. numeratur à Clemente inter beata & mirabilia Dei dona ἐγκράτεια ἐν ἁγιασμῷ, *Continentia in ſanctificatione*. Deinde §. 38. ὁ ἁγνὸς ἐν τῇ σαρκὶ μὴ ἀλαζονευέσθω, γινώσκων ὅτι ἕτερός ἐστιν ὁ ἐπιχορηγῶν αὐτῷ ἐγκράτειαν. *Qui carne caſtus eſt, ne inſoleſcat, ſciens alium eſſe, qui ei continentiam donat.* Quod monitum iterum repetit §. 48. his verbis, accuratius à Clemente Alexandrino, quam in Codice Alexandrino extant, allegatis: *Sit aliquis potens in enarranda cognitione, ſit ſapiens in ſermonum juſta dijudicatione, ſit agilis in operibus, ſit caſtus* ἤτω ἁγνὸς, *tanto humilior eſſe debet, quò major eſſe videtur.* In fine denique hujus epiſtolæ § 58. apprecatur Corinthiis ἐγκράτειαν & ἁγνείαν. Et poſteriora quidem loca de continentia virginali aperte loquuntur, priora vero licet caſtitatem in genere, ipſamque conjugalem, concernant, ab Hieronymo tamen in diſputationis fervore aliorſum trahi potuerunt. Similiter in fragmento Epiſt. II. ad Corinthios §. 8. legimus monitum Clementis de caſtitate carnis ſervanda, & allegatum hanc in rem dictum Chriſti: Τηρήσατε τὴν σάρκα ἁγνήν, *Servate carnem caſtam.* Et §. 9. *Nos decet carnem, ſicut templum Dei, cuſtodire.* Deinde §. 12. citat aliud Chriſti effatum, quo Chriſtus tunc venturum eſſe Regnum ſuum dixit, cum fuerit τὸ ἄρσεν μετὰ τῆς θηλείας, οὔτε ἄρσεν, οὔτε θῆλυ, *maſculum cum fæmina, neque mas, neque fæmina.* Quorum verborum explicationem in ſequentibus à Clemente datam eſſe, colligo ex ſubjuncta voce τοῦτο, quâ & antea explicationem myſticorum Chriſti verborum inchoaverat, ſcribens: τοῦτο λέγει. Sed dolendum eſt, fragmentum hujus ſecundæ epiſtolæ in hac voce

præciſe

præcise desinere. Nam proculdubio hîc occasionem sumpsit Clemens de virginitate differendi, ceu Cotelerius & Colomesius in Notis ad hunc locum bene observarunt. Et alter quidem Clemens Alexandrinus Lib. III. Stromat. pag. 465. dictum Christi ad continentiam à pravis affectibus iræ atque cupiditatis refert, dum scribit, *iram quidem mascula appetitione, fœmina vero cupiditatem significari, quæ cum operata fuerint, pœnitentia & pudor consequitur. Cum quis ergo,* inquit porro, *neque iræ, neque cupiditati obsequens, quæ quidem & ex consuetudine, & ex malâ aucta educatione, obumbrant & contegunt rationem, sed exuens caliginem, quæ ex iis proficiscitur, & pudore affectus ex pœnitentia, spiritum & animam unierit in obedientia rationis: tunc, ut ait Paulus, non inest in nobis nec masculus, nec fœmina. Recedens enim anima ab ea figura, quâ discernitur masculus & fœmina, traducitur ad unionem, cum neutrum sit.* Sed videtur Christus, dum dixit, *Regnum suum tunc fore, cum mas fuerit cum fœmina, neque mas, neque fœmina,* id insinuasse quod in Canonico Evangelio Lucæ cap. XX. v. 35. claris verbis ab ipso expressum legimus: *Illi qui digni habebuntur seculo illo, & resurrectione ex mortuis, neque nubent, neque ducent uxores.* Abstinentiam scilicet à conjugali concubitu, sive virginitatem, dicto isto proprie intendit Servator, in cujus itaque explicatione Clementem de illâ plura scripsisse vix ullum est dubium, ac proinde ex iis, quæ hactenus dixi, clarum, quod Clemens sæpius de virginitate verba in his epistolis fecerit. Hieronymus vero acriter disputans contra errorem Joviniani, eandem conjugii ac virginitatis dignitatem coram Deo statuentis, hyperbolice ait, Clementem *omnem pene sermonem suum de virginitatis puritate contexuisse*; quales hyperbolicæ locutiones in ipsius scriptis, inque ipso illo contra Jovinianum, haud infrequentes occurrunt.

Missâ jam illâ Clementis epistolâ, quam nomine Ecclesiæ Romanæ ad Corinthios dedit, quamque vulgò primam appellare solemus, progredior ad aliam, secundam

I commu-

communiter dictam, quam S. Clemens in propriâ persona ad eosdem Corinthios exarasse dicitur. De hac Eusebius Lib. III. c. 38. scribit: Ἰστέον δ' ὡς καὶ δευτέρα τις εἶναι λέγεται τοῦ Κλήμεντος ἐπιστολή· οὐ μὴν ἔθ' ὁμοίως τῇ προτέρᾳ καὶ ταύτην γνώειμον ἐπιστάμεθα, ὅτι μὴ δὲ τοὺς ἀρχαίους αὐτῇ κεχρημένους ἴσμεν. *Sciendum autem est, quod quædam secunda etiam Clementis epistola esse dicatur: eam autem non similiter ac priorem notam esse comperimus, quoniam nec veteres eâ usos fuisse scimus.* Quibus quidem verbis haud affirmat Eusebius, secundam Clementis epistolam notham esse, & à veteribus reprobatam, uti verba ejus transtulit Hieronymus in Catalogo script. Eccles.; sed dicit solùm, non ita notam, ac ab antiquis citatam fuisse, sicut animadvertit Cotelerius in principio Notarum ad fragmentum hujus II. Epistolæ, ubi etiam notat, ipsum Hieronymum alibi, suprà citato scilicet Lib. I. contra Jovinianum cap. 7. ambas epistolas S. Clementi adscripsisse, idemque fecisse Epiphanium Hæres. XXX. c. 15. & alios, quorum verba loco citato, & in frontispicio epistolarum Clementis inter testimonia veterum recensuit. Atque his addendum monuit Vir Clariss. in Notis ad Tom. I. Monument. Eccles. Græcæ col. 753. testimonium Dorothei Abbatis, qui Doctrina 23. ex epistola secunda, tanquam ipsius Clementis, aliqua citavit. Verùm omnes illi recentiores sunt, quàm ut de scriptis Clementis fidem nobis facere queant, pluraque sunt, quæ, pene demonstrare mihi videntur, epistolam secundam Clementis ad Corinthios supposititiam esse. Et primò quidem maximè considerandum est testimonium Dionysii, Episcopi Corinthiorum, proximo post Clementem seculo florentis, cujus verba aliqua ex epistola ejus ad Romanos excerpta nobis conservavit Eusebius Lib. IV. Hist. Eccl. cap. 23. ita sonantia: *Hodie diem Dominicam sacram transegimus, in quâ Epistolam vestram* (Romanæ scilicet Ecclesiæ) *legimus, quam quidem perpetuò deinde legentes, perinde ac priorem illam à Clemente nobis scriptam Epistolam, optimis præceptis ac documentis abundabimus.* Hîc duæ à Dionysio memorantur epistolæ, per quas quidem

utramque Clementis intelligendam, poſt Vendelinum conjecit doctiſſimus D. Beveregius Lib. II. Codicis Canonum vindicati cap. 9. §. 10. Priorem nimirum nomine Eccleſiæ Romanæ ſcriptam exiſtimat fuiſſe eam, quam Dionyſius teſtatur, illâ ipſa Dominica die, qua hanc ſuam ſcripſit, in Eccleſia Corinthiaca lectam eſſe: illam verò, quæ poſterior vulgò dicitur, indigitari putat per eam, quam Dionyſius τὴν προτέραν διὰ Κλήμεντος γραφεῖσαν appellat, quod ſcilicet priùs ſive ante alteram miſſa fuerit. Aſt pace venerandi viri, cujus judicium alioqui in rebus Eccleſiaſticis magni facio, huic explicationi verborum Dionyſii ſubſcribere nequeo. Quippe Euſebius aliique poſt eum omnes unam duntaxat Clementis epiſtolam in allegatis Dionyſii verbis intellexerunt, ut ipſe laudatus vir loc. cit. fatetur. Atqui Euſebius, & forte etiam alii poſt eum, integras Dionyſii literas legerant, hincque optimè ſenſum earum perſpicere poterant, ſaltem meliùs, quàm nos, qui quædam ſolùm fragmenta ab ipſo conſervata uſurpamus. Sed & hæc ipſa alium planè nobis indicant ſenſum, ac ſatis declarant, per iſtam, illâ, quâ Dionyſius ſcribebat, die lectam Epiſtolam, non priores Clementis, ſed ipſius Soteris vel Eccleſiæ Romanæ literas nuper ad Corinthios ſcriptas, eſſe intelligendas. Nam tunc aliquas à Romana Eccleſia ad Corinthiacam datas fuiſſe, hiſque Dionyſium reſpondiſſe, patet, niſi fallor, ex alio epiſtolæ Dionyſii fragmento, quod Euſebius præcedente Lib. II. c. 25. in fine recenſuit, quodque ita incipit: Ταῦτα καὶ ὑμεῖς διὰ τῆς τοσαύτης νουθεσίας τὴν ἀπὸ Πέτρου, καὶ Παύλου φυτείαν γενηθεῖσαν Ῥωμαίων τε καὶ Κορινθίων συνεκεράσατε. *Ita & vos tantâ admonitione veſtra ſementem, quæ Petri ac Pauli ſatione ſuccreverat, Romanos ſcilicet & Corinthios, ſimul commiſcuiſtis.* Ulteriùs id colligere eſt ex aliis Dionyſii verbis, quæ Euſebius antè citato Lib. IV. cap. 23. deſcripſit, quibus ipſe Soterem laudat, ob διαπεμπομένην δαψίλειαν τὴν εἰς τοὺς ἁγίους, i. e. *tranſmiſſas in uſum ſanctorum copioſas opes.* Iſta ſane munera non ſine epiſtola aliqua tranſmiſſa ſunt, quam, quod ſalutaria contineret monita, in ſacro conventu lectam

ſcribit

ſcribit Dionyſius, ac in poſterum quoque legendam, perinde ut illam olim à Clemente ad ipſos datam. Atque hanc cum unicam ſolùm memoret, in ſingulari numero ſcribens προτέραν, haud obſcure innuit, unam tantum epiſtolam Clementis tum apud Corinthios extitiſſe, ac proinde ſecundam, quæ ipſi adſcribitur, poſt ævum Dionyſii exeunte Seculo II. iſta ſcribentis, à quopiam confictam eſſe. Equidem ingeniosè excipit Cl. Cotelerius loc. cit. *Dionyſium Corinthium ideo unius tantùm epiſtolæ Clementis mentionem facere, quia loquitur de literis Romanorum nomine datis ad Corinthios : at poſterior Clementis*, inquit, *non ſicut prior, Eccleſiæ Romanæ nomen, ſed Romani Pontificis præferebat.* Sed nullam video rationem, quare Dionyſius adeò ſubtiliter diſtinguere, & omiſsâ illa epiſtola, quam Clemens in propria perſona ſcripſerat, hanc ſolùm nomine Romanæ Eccleſiæ ab ipſo datam nominare voluerit, vixque dubito, ſi plures unà ejuſdem Auctoris apud Eccleſiam Corinthiacam aſſervatæ lectæque fuiſſent, ſcripturum fuiſſe, τὰς προτέρας ἡμῶν διὰ Κλήμεντος γραφείσας.

Secundum argumentum contra ſecundam Clementi adſcriptam epiſtolam ſuppeditat ſilentium omnium antiquiorum Patrum, apud quos nullam ejus mentionem vel citationem invenit Euſebius, ut ipſum loco ſupra citato fatentem audivimus, neque nos in iis, quos ſuperſtites habemus, libris reperimus; cum tamen optima occaſio illius citationem ſuggereret, imo aliquando neceſſitas fere mentionem ejus exigeret. Ut de Origene nihil dicam, citaſſet omnino Clemens Alexandrinus, qui adeo multa ex prima Clementis Romani epiſtola Stromatibus ſuis inſeruit, aliqua ſaltem ex ſecunda, ſi ipſa extitiſſet, vel ei viſa fuiſſet. Mentionem neceſſariò ſecundæ, perinde ut primæ, feciſſet, ſi notam habuiſſet utramque, S. Irenæus Lib. III. contra hæreſes cap. 3. ubi traditionem atque doctrinam Eccleſiæ, in ſpecie Epiſcoporum Romanorum, Valentinianis & Marcionitis, alium Deum ſuper creatorem mundi ſtatuentibus, opponit: ſiquidem illa, æque ac hæc, unum toto contextu eloquitur Deum, ac alium

præter eum prorſus tacet, ab Irenæo proinde in diſputatione contra dictos hæreticos haud tacenda. Porro ſuſpicionem ſuppoſitionis mihi injicit iterata citatio dicti cujuſdam ex libro quodam Apocrypho, quod Epiſt. I. §. 23. & Epiſt. II. §. 11. extat, ac ita incipit: *Miſeri ſunt animo duplices*, &c. deſinit verò non in iſtis verbis: *nihil horum vidimus*, uti character Editionis Cotelerii indicat; ſed ulteriùs progreditur, in prima quidem epiſtolâ, uſque ad iſta verba: *denique uva perfecta & matura*, in ſecunda autem eouſque: *dehinc verò bona accipiet*. Quid enim attinebat, prolixam iſtam Scripturam in poſteriori ad Corinthios epiſtola denuo citare, ubi jam in priori fuerat allegata? Sed nolo iſtud urgere, neque diverſitatem ſtyli, quæ ab eodem Scriptore diverſis temporibus variiſque è cauſis oriri potuit, ut inter alia S. Petri exemplum, differenti epiſtolas ſuas ſtylo ſcribentis, oſtendit; iſtud ſolùm addo, haud epiſtolæ formam habere iſtam, quæ ſecunda Clementis ad Corinthios dicitur, ipſaque inſcriptione cum voto juncta in frontiſpicio carere, qualis tamen in omnibus Apoſtolorum ac virorum Apoſtolicorum literis ad particulares Eccleſias datis, inque ipſa prima Clementis, plane extat. Homiliæ potiùs quàm Epiſtolæ ſimilem rectè judicavit Vendelinus, (qui tamen minùs rectè ipſi Clementi eam adſcripſit) & poſt eum Cl. Dodwellus Diſſert. I. in Irenæum §. 29. Id quod facit, ut ſuſpicer, iſtam vulgò dictam Epiſtolam ſecundam Clementis, fuiſſe unam ex Homiliis eidem adſcriptis, quales plures unâ fuiſſe, patet ex Anaſtaſii Antiocheni Quæſt. 96. ubi aliqua ex Sermone *primo* Clementis de Providentia & juſto judicio Dei citat, de quibus poſtea. Lubens itaque ſubſcribo judicio magni Critici Photii, Cod. 113. ἡ λεγομένη δευτέρα Κλήμεντος πρὸς τοὺς αὐτοὺς, (Κορινθίους) ὡς νόθος ἀποδοκιμάζεται, ὥσπερ ἐπιγραφόμενος ἐπ' ὀνόματι αὐτοῦ Πέτρου καὶ Απίωνος πολύστιχος διάλογος. *Quæ ſecunda dicitur Clementis ad eoſdem* (Corinthios data epiſtola) *ut ſpuria rejicitur; quemadmodum & longa illa diſputatio B. Petri & Apionis, nomen illius præferens*, de qua mox dicam.

Cæterum

Cæterum ſi quæras, quando epiſtola illa Clementi ſuppoſita fuerit, reſpondeo, id Seculo III. & quidem medio, factum eſſe. Nam ex ſuprà dictis conſtat, Dionyſii Corinthii, Irenæi & Clementis ætate, quæ eſt ſecunda poſt Chriſtum natum, illam nondum extitiſſe: imo nec Origenis ævo notam fuiſſe haud inepte conjectare licet, quoniam ipſe nuſquam eam citavit, cum tamen non ſolùm primam Clementis epiſtolam, ſed & Recognitiones ei adſcriptas allegaverit. Poſt Origenem itaque, ſed aliquamdiu ante Euſebium, fœtus iſte in lucem prodiit, qui licet ſpurius ſit, integrum tamen mallem ſuperſtitem eſſe. Nunc verò non niſi partem, quæ à capite ad medium forte ſe extendit, habemus, Græcè tantum à Patricio Junio olim editam, nuper verò Latina veſte donatam à Cotelerio, qui etiam fragmentum aliquod detruncatæ partis, ex Damaſceni Eclogis excerpſit in fine annotationis primæ in hanc epiſtolam, infra recitandum. Plura forte ſuppeditarent Leontii loci communes, in quibus utriuſque epiſtolæ Clementis fragmenta citata eſſe teſtatur diligentiſſimus MSS. Librorum perſcrutator Turrianus Lib. V. Defenſionis Epiſtol. Pontif. cap. 20. quæ utinam deſcripſiſſet! Deſcriberem ego libentiſſimè, ſi loci iſti communes forent ad manus; ſed hi in tota Anglia haud reperiuntur, quod ego ſciam, neque in Cæſarea Bibliotheca Vindebonenſi extant, ſaltem non in Lambecii Commentariis vel Neſſelii Catalogo deſignantur. Eſt verò in Bibliotheca Bodleiana inter Codices Baroccianos num. 143. ſimilis Collectio florilega ex S. Patrum & Philoſophorum ſcriptis decerpta, ſed Leontio ipſoque Johanne Damaſceno recentior (ſiquidem uterque in ea citatur) in qua quædam ex Clemente allegata reperio, partim ſimpliciter poſito, partim cum addito: Κλήμεντος τοῦ Ῥώμης. Sic fol. 160. hæc nomini Κλήμεντος ſine addito adſcribuntur: Τοσοῦτόν τις μᾶλλον ὀφείλει ταπεινοφρονεῖν, ὅσον δοκεῖ μᾶλλον εἶναι. Καλὸν γὰρ, ἀεὶ τῷ κρείττονι τὸ χεῖρον ἀκολουθεῖν διὰ βελτιώσεως ἐλπίδα. Quæ etiam in Maximi Serm. 49. Locorum communium ita citata habentur, indeque à Cl. Combefis in Indice, Clementi Alexandrino

drino perperam attribuuntur. Nam prior quidem periodus in S. Clementis Romani Epistola I. ad Corinth. §. 48. legitur hunc in modum: Τοσούτῳ μᾶλλον ταπεινοφρονεῖν ὀφείλει, ὅσῳ δοκεῖ μᾶλλον μείζων εἶναι, ubi vocem μείζων additam observes. Posteriorem autem periodum sive illa verba: Καλὸν γὰρ, &c. in prima pariter & secundæ Clementis epistolæ fragmento, quod habemus, frustra quæras. Quid de istis statuerem, plane nesciebam, cum ea prioribus annexa, tam in MS. collectione, quàm in impressis Maximi, ut & Antonii Melissæ, editionibus Græco-Latinis primò legerem. Suspicabar alterius ista Auctoris esse, cujus nomen per negligentiam Scribæ fuerit omissum, ut in istiusmodi florilegiis Patrum facile accidit. Mox haud vanam suspicionem esse percepi, dum in Latina editione Sermonum Maximi Tom. V. Bibl. Patrum Paris. 1589. priorem solùm periodum, omissa posteriori, inveni, & Cl. Combefisium in notis ad hunc Maximi locum legi fatentem, se posteriora Græca non ex Manuscripto Codice, sed ex Antonii Melissa apposuisse. Quod quidem ab ipso minùs prudenter factum, bene tamen, quod in Notis Lectorem has evolventem monuerit. Aliûs itaque Auctoris dicta verba esse certum est, nempe Philonis, cui in Damasceni Eclogis Manuscriptis in Bibliotheca Claromontana illa tribui, testis est Cotelerius Annot. 68. ad I. Epist. Clementis §. 48. In eadem Collectione fol. 29. dicti Codicis Barocciani alia Κλήμεντος Ῥώμης sententia citatur, quam & Maximus Serm. 8. p. 556. edit. Combefisii habet, sicut & alia adhuc in ejusdem Sermone 62. p. 673. allegatur, quæ utraque in editis S. Clementis non extat, ac proinde ambas, tanquam fragmenta partis deperditæ secundæ epistolæ, inferiùs recensebo, siquidem priora ex prima ejus epistola desumpta erant. Aliunde verò petitum puto istud, quod cap. 29. S. Basilii de Spiritu S. citatur dictum, forte ex *Sermone de Spiritu S.* Clementi adscripto, de quo postea dicam.

Præter duas has S. Clementis epistolas *alia etiam opera prolixa & copiosa sub ejus nomine heri ac nudius tertius quidam in lucem protulerunt* ait Eusebius Lib. III. Hist.

Eccles.

Ecclef. cap. 38. *puta Petri & Apionis disputationes, quarum apud antiquos nulla omnino extat mentio.* Has cum ſilentio tranſierint recentiores Scriptorum Eccleſiaſticorum enarratores ferme omnes, eò quod non amplius exiſtant, cumque de his nec Cl. Cotelerius in ſua Scriptorum Apoſtolicorum editione egerit, aliqua de iis verba facere haud abs re erit. Cl. Valeſius in Not. ad Euſeb. loc. cit. ſtatuit, *Librum Clementis, qui Petri cum Apione disputationem continebat, haud alium eſſe à libris Recognitionum. Nam,* inquit, *ſi duo fuiſſent libri Clementis, alter Recognitionum, alter verò disputationem continens Petri cum Appione, cur Euſebius unum duntaxat commemoraſſet, alterum verò prætermiſiſſet?* In Valeſii opinione fuit quoque Cotelerius, indeque inter teſtimonia veterum de Recognitionibus Clementis, ſupra citata Euſebii verba poſuit, addens, quod diſputatio Petri & Apionis videatur fuiſſe vel pars, vel appendix Recognitionum Clementis. Aſt ego duos diverſos fuiſſe libros iſtos omnino ſum perſuaſus, quia Photius Cod. 113. eos diſtinctè memorat, qui procul dubio ambos viderat, & Honorius Auguſtodunenſis de Script. Eccleſiaſt. inter ſcripta Clementis *Itinerarium Petri,* quod libris Recognitionum continetur, ut paulo poſt patebit, ſeorſim à *Petri & Apionis disputatione* enumerat. Neque ex eo, quod Euſebius hanc ſolam poſuerit, omiſſis libris Recognitionum, colligi poteſt, illam cum his coincidiſſe, ſiquidem ipſi non propoſitum fuit, omnes Clementi ſuppoſitos fœtus loco citato recenſere, ſed ſatis ei viſum, ſi exempli gratia unum nominaret, licet uno plures fuiſſe, ibidem expreſsè dicat. Verum nihil opus eſt teſtimoniis Auctorum immorari, qui diverſitatem utriuſque operis nos edoceant, cum rerum teſtimonia nobis adſint. Enimvero in Lib. X. Recognitionum nominatur quidem ſemel atque iterum Apion, ſed de hujus cum Petro diſputatione *nulla ibi ſit mentio,* ut his ipſis verbis fatetur Valeſius loc. cit. Quâ ratione igitur Euſebius hoc titulo libros Recognitionum inſignire potuit? Excipit quidem Valeſius, Ruffinum librorum iſtorum interpretem

interpretem in Epistola ad Gaudentium Episcopum testari, quod duæ eorum apud Græcos fuerint editiones, in quarum alterâ legerentur, quæ altera non haberet: insuper Ruffinum fateri, quod consultò aliqua omiserit, quæ à veræ fidei doctrina abhorrerent. Atqui inter hæc Petri cum Apione dissertationem fuisse putat Valesius. Sed hæc minimè rem conficiunt. Primum enim quod attinet, non dicit Ruffinus diversas res in duabus Recognitionum editionibus, sive *corporibus*, ut appellat, fuisse narratas, sed in utroque easdem diverso aliquatenus modo expositas. Unicam tantùm partem excipit, quæ in uno extitit, in altero autem penitus omissa fuit, nimirum illa, *in qua de transformatione Simeonis refertur*, ut expressè designat Ruffinus. Addidisset procul dubio *disputationem Petri cum Apione*, utpote rem majoris momenti, si hanc in alterutro exemplari deprehendisset. Alterum quod concernit, fatetur quidem Ruffinus, se quædam, quæ intelligentiam ejus excesserunt, in versione Recognitionum omisisse; sed an hæc adeò multa fuere, ut Petri cum Apione disceptatio, quam *longo sermone conscriptam* dicit Hieronymus in Catal. Script. Eccl. cap. *de Clemente*, & Photius loc. cit. πολύστιχον appellat διάλογον? Ego sane mihi persuadere nequeo, Ruffinum adeo prolixum Dialogum expunxisse, ne levissima quidem mentione ipsius rei, habitæ scilicet disputationis, relicta. Denique si ponam, disceptationem istam fuisse in uno Recognitionum corpore partem, aut appendicem libri decimi, non tamen video, quâ ratione ultima ultimi libri pars frontem corporis insignire, *i. e.* titulum toti operi dare potuerit, ac proinde disputationem istam à Recognitionibus Clementis distinctam fuisse existimo.

Propiùs ad verum accederet, qui dictam disputationem cum Apione assereret esse Homiliam IV. & VI. Clementinarum à Cl. Cotelerio editarum, utpote in quibus Clemens atque Appion in urbe Tyro satis prolixè inter se disceptantes introducuntur. Verumtamen aliam adhuc fuisse sæpe memoratam disputationem arbitror, partim

ideo, quod Homilia IV. & VI. non ad tantam exſurgant molem ſive prolixitatem, quanta illius fuiſſe deſcribitur, maximè verò ob hanc rationem, quod iſtius libri auctor quidem dicatur fuiſſe Clemens, perſona autem cum Apione diſceptans Petrus Apoſtolus. At in deſignatis Homiliis ipſe Clemens cum Apione diſputans introducitur, & quidem in abſentia Petri, qui in ipſo exitu hujus velitationis Cæſarea Tyrum veniſſe, & Apion mox ſeceſſiſſe, Clemens autem Petro modò habitam diſſertationem retuliſſe, in fine Homiliæ VI. narratur, nec poſthæc verbum de ullo Petri Apoſtoli cum Apione colloquio additur. Diſtinctus itaque fuit liber de diſputatione Petri cum Apione, Clementi adſcriptus, licet Compilatorem Homiliarum plura ex illo excerpſiſſe, eaque incautum ipſi Clementi, tanquam antagoniſtæ Apionis, adſcripſiſſe ſit veroſimillimum, adeo ut ea conjecturam de materia dictæ diſputationis præbeant, ac forte pro fragmentis iſtius libri haud amplius ſuperſtitis ſint habenda, quæ tamen hîc non recenſebo, quod nimis prolixa ſint, & in ipſa Cotelerii editione legi queant.

Cæterùm Lectori haud ingratum fore ſpero, ſi de occaſione habitæ inter Petrum & Apionem diſputationis, ſive fingendæ talis, conjecturas meas propoſuero. Apionem, cum quo Petrus diſputaſſe dicitur, eundem fuiſſe cum eo, contra quem Joſephus ſcripſit, pro certo habeo. Quippe Auctor Homiliæ IV. Clementinæ §. 6. appellat eum ἄνδρα Ἀλεξανδρέα, γραμματικὸν τὴν ἐπιςήμην, *virum Alexandrinum, arte Grammaticum.* Atqui Joſephus quoque Lib. II. contra Apionem mox ab initio eum vocat γραμματικὸν, & in progreſſu pag. 1063. D. ei dicitur γεννηθεὶς ἐν τῷ βαθυτάτῳ τῆς Αἰγύπτου, *natus in intima Ægypto*, ſed Ἀλεξανδρεὺς κατὰ δόσιν πολιτείας, *Alexandrinus ob jus civitatis ipſi donatum.* De eodem & Plinius Lib. I. Hiſtoriæ naturalis: *Appion Grammaticus*, inquit, *quem Tiberius Cæſar cymbalum mundi vocabat, quum publicæ famæ tympanum potiùs videri poſſet*, &c. Erat iſte diſputator celeberrimus, inde πλειςονείκης communiter appellatus, quod cognomen

uti à Plinio Lib. XXXVII. cap. 19. Aulo Gellio Lib. V. cap. 14. ac Lib. VI. cap. 8. ita & in Clementinis loc. cit. atque ab alio Clemente Lib. I. Stromat. pag. 320. ei adſcriptum legitur. Hinc factum, ut cum inter Judæos & Græcos Alexandriæ habitantes exorta eſſet ſeditio, & ab utraque parte legati delecti ad Cajum Imperatorem Romam mitterentur, ex parte Judæorum unus eſſet Apion, teſte Joſepho Lib. XVIII. Antiquit. Judaic. cap. 10. ubi narrare pergit, eum *multa in Judæos jactaſſe crimina, interque cætera, quod Cæſarem non proſequerentur debitis honoribus. Nam cùm quàm late patet orbis Romanus, Cajo exſtruantur templa & altaria, & pari honore colatur cum cæteris Numinibus, ſolos iſtos abſurdum putare, dedicare illi ſtatuas, aut jurare per nomen Cæſaris*: moxque addit, Philonem principem legationis Judæorum crimina iſta diluiſſe, cujus liber de hac ad Cajum legatione etiamnum inter opera ejus extat. Par autem in hoc paſſu erat ſors Chriſtianorum atque Judæorum, ac eadem, quæ in hos jactabantur crimina, in illos quoque, tanquam Judaicæ, ſive gentis, ſive religionis, progeniem derivabantur, ut non modò ex allegatis, ſed & ex alia calumnia Judæis ab Apione intentata liquet, de qua Joſephus Lib. II. contra ipſum pag. 1065. ſcribit: *In hoc ſacrario* (templo Judaico) *Apion præſumpſit edicere aſini caput collocaſſe Judæos, & id colere, ac dignum facere tanta religione: & hoc affirmat fuiſſe depalatum, dum Antiochus Epiphanes & exſpoliaſſet templum, & illud caput inveniſſet ex auro compoſitum, multis pecuniis dignum.* Ad quam calumniam ubi reſpondit Joſephus, argutè concludit: *Hæc igitur Apion debuit reſpicere, niſi cor aſini ipſe potius habuiſſet, & impudentiam canis, qui apud ipſos* (Ægyptios) *aſſolet coli.* Atqui idem crimen Chriſtianis objectum eſſe, non opus eſt ut probem, cum unicuique ſit notum. Fieri itaque potuit, aut ſaltem non ſine ſpecie veri fingi, Apionem, cum Romæ eſſet, Chriſtianos unà cum Judæis impugnaſſe, atque ut horum defenſionem Philo ſuſcepit, ita S. Petrum illorum cauſam egiſſe, indeque natam ei cum

Apione disputationem, siquidem hic aliquamdiu Romæ mansisse, aut illuc, imperante Claudio Caji successore, rediisse videtur, sicuti Philonem illius antagonistam isto tempore Romam iterum petiisse testantur Eusebius Lib. II. Hist. Eccles. cap. 17. & Hieronymus in Catal. Script. Eccl. de *Philone*, insuper ex fama referentes, tunc eum cum Petro familiarem habuisse congressum. Cui quidem haud refragatur Eusebius, addens: Καὶ οὐκ ἀπεικὸς ἂν εἴη τοῦτο. *Neque id à veritate abhorret.* Nam & ipse Petrum Claudii temporibus Romam venisse vult Lib. II. cap. 14. Quicquid verò de hisce statuatur, de quibus dicendi hîc non est locus, potuit saltem impostor aliquis, vulgatis istis relationibus inductus, Petri cum Apione disputationem Romæ habitam comminisci, ejusque descriptionem Clementis nomini supponere. Quam tamen conjecturam meam doctorum virorum judicio submitto, ac ad alia Clementi adscripta opera recensenda progredior.

Sequuntur X. libri *Recognitionum Clementis*, ut communiter appellantur, quamvis plures alii hujus operis tituli in MSS. Codicibus deprehendantur, quos in principio eruditarum in hos libros Annotationum recenset Cotelerius. De ultimo, qui ab ipso ponitur, nempe: *Disputatio Petri cum Apione*, deque adjecta ratione: *Recte enim putatur pars esse operis Recognitionum*, de hac, inquam, re quid sit sentiendum, ex ante dictis patet. Neque ullum Codicem pro hoc titulo eique superstructa opinione allegare potuit Cotelerius, uti quidem reliquas inscriptiones ex MSS. probare fategit, allegans primo loco Codicem Oxoniensem, in quo ita hoc opus inscriptum dicit: *B. Clementis Romani Itinerarium ad Jacobum fratrem Domini.* Notandum autem, hîc Oxonii plures Recognitionum Codices Manuscriptos plane egregios extare, in quorum uno quidem, isto scilicet, qui in Bibliotheca Bodleiana super D. I. Art. num. 105. invenitur, recentissima manu, in folio mundæ chartæ Codici præfixo, adscriptus est sequens titulus: *Itinerarium Clementis ad Jacobum fratrem Domini*: ast in ipso libro, antiquo sane & illæso,

nulla operis denominatio legitur, nisi quod ad oram inferiorem paginæ primæ, in qua præfatio Ruffini legitur, exarata videas hæc verba: *Incipit Prologus in Historia Clementis*; adeò ut minùs accuratus fuerit, qui Cotelerio dictum titulum Codicis Oxoniensis indicavit. Cæterùm præter hunc alius extat Codex super O. I. Art. num. 1. in quo, ante summaria capita omnium librorum in frontispicio recensita, hæc leguntur verba: *Incipiunt capitula librorum Beati Clementis*; ante præfationem Ruffini vero sequentia: *Incipit Prologus librorum Clementis, Papæ Romanæ urbis, de vera disputatione B. Petri Apostoli contra falsitatem Simonis Magi apud Cæsaream.* Denique in fine: *Explicit liber decimus, qui & ultimus librorum B. Clementis.* Accedit alius Codex, inter eos quos B. Archiepiscopus & Martyr Laudus Bibliothecæ Bodleianæ donavit sub lit. G. num. 60. in quo capitibus summariis præfixa sunt sequentia: *Incipiunt capitula super librum S. Clementis*, post hæc autem: *Incipit Prologus in Itinerarium Clementis.* Post Prologum: *Incipit liber, qui dicitur Itinerarius Clementis, in quo continetur disputatio Petri cum Simone Mago, & quomodo Clemens agnitus sit à Patre, à Matre & à Fratribus.* In Collegio S. Johannis Baptistæ Abac. 2. Num. 7. est Codex, hanc habens inscriptionem: *Itinerarium S. Clementis de factis & dictis B. Petri Apostoli.* Denique in Collegio Trinitatis Cod. 29. libri Recognitionum hoc titulo sunt insigniti: *De vera disputatione Petri Apostoli contra falsitatem Simonis Magi.* Addenda itaque variis à Cotelerio recensitis inscriptionibus Recognitionum ista: *De disputatione Petri cum Simone Mago*, quam ipse Photius innuit, dum Codicem CXIII. quo Recognitiones Clementis continebantur, ita descripsit: Ἐν ᾧ αἵ τε λεγόμεναι τοῦ Ἀποστόλου Πέτρου πράξεις, καὶ αἱ πρὸς Σίμωνα τὸν μάγον διαλέξεις, καὶ ἔτι ὁ ἀναγνωρισμὸς Κλήμεντος, καὶ τοῦ πατρὸς, καὶ τῶν ἄλλων ἀδελφῶν, *Habet hoc Acta, quæ dicuntur, Petri Apostoli, & cum Simone Mago dissertationes: Recognitionem adhuc Clementis, ejusque parentis, tum aliorum fratrum.* Quæ exactè cum Codice Laudi consonant,

nant, cunctaque hactenus dicta clarè docent, non peculiarem *de diſputatione Petri cum Simone Mago* extitiſſe librum, ſed hanc in Recognitionibus vulgò dictis deſcriptam eſſe, nempe primam Lib. II. à cap. 20. uſque ad 70. ejuſque continuationem ſequenti die, Lib. III. à cap. 12. uſque 49.

Auctorem horum librorum quod concernit, Origenes illos ſub nomine ipſius Clementis allegavit Tom. III. Commentar. in Geneſin in Philocaliæ cap. 22. & in c. 26. Matthæi v. 6. Deinde Epiphanius hæreſ. 30. Ebion. §. 15. ait, hos hæreticos periodis Petri, διὰ Κλήμεντος γραφείσαις, *per Clementem conſcriptis* abuſos, eaſque variis interpolationibus miſere corrupiſſe, non dicit illas ab ipſis vel aliis confictas. Similiter Ruffinus *de adulteratione librorum Origenis* ipſum Clementem Recognitionum facit auctorem, dum ſcribit: *Clemens, Apoſtolorum diſcipulus, qui Romanæ Eccleſiæ poſt Apoſtolos, & Epiſcopus, & Martyr, præfuit, libros edidit, qui Græcè appellantur* ἀναγνωρισμὸς, *id eſt, Recognitio.* Addit verò libros iſtos ab hæreticis corruptos, iiſque *nonnulla inſerta, quæ Eccleſiaſtica regula omnino non recipit.* Denique Hieronymus Lib. I. Comment. in Epiſt. ad Galatas ad capitis 1. v. 18. & Auctor operis imperfecti ſæpiùs ſub nomine Clementis citarunt, alios recentiores ut taceam. Verùm jam inter eruditos negativa obtinuit ſententia, ac poſt alios Cotelerius, in principio Notarum in Recognitiones, aſſeruit, quod *libri iſti Pſeudepigraphi ſint, ſecundo ſeculo compoſiti, à viro docto quidem juxtà ac diſerto, ſed Philoſopho magis & Philologo, quàm Theologo, in excogitandis autem connectendiſque fictis narrationibus plane rudi.* Sane mirum foret, ſi ipſe Clemens libros iſtos ſcripſiſset, neque S. Irenæum loco in antecedentibus citato, neque Clementem Alexandrinum aliumve ex S. Patribus ſecundi ſeculi unquam illos allegaſse, vel ſaltem mentionem ipſorum, tanquam Clementinorum, feciſse. Et quid multis opus eſt verbis? non ab ipſo Clemente Seculo I. ſed ab impoſtore quodam Seculo II. Recognitiones ſcriptas eſse, bene

bene colligitur ex eo, quod Lib. IX. à cap. 19. uſque ad 29. omnia deſcripta ſint ex Bardeſanis Dialogo de Fato ad Imperatorem, cujus ipſam hanc partem nobis conſervavit Euſebius Lib. VI. Præparat. Evangel. cap. 10. Neque eſt, ut quis excipiat, Auctorem Recognitionum non ex Bardeſane, ſed hunc ex Clemente ſua depromplíſſe. Nam contrarium ipſe teſtatur Bardeſanes, qui tantum abeſt, ut aliunde ſe iſta mutuatum eſſe innuat, ut potiùs ſe ex propria memoriâ iſta ſcripſiſſe diſertè affirmet his verbis: *Varias leges ſingulis in Regionibus, partim ſcriptas, partim non ſcriptas, homines tulerunt, è quibus eas, quæ notæ mihi ſunt, ac quorum memini,* (ὡς οἶδα, καὶ ὧν μέμνημαι) *proferam, exordium à mundi principio capiens.* Quæ poſteriora verba conſarcinator περιόδων Petri omiſit, ac nudè poſuit: *Leges ſunt in unaquaque regione vel Regno ab hominibus poſitæ, ſive ſcripturâ, ſive etiam uſu durantes*; cum tamen ſequentia exactè conveniant. Vix ullum itaque eſt dubium, Recognitiones Bardaſane paulò recentiores eſſe. Equidem ipſum Bardeſanem illarum Auctorem eſſe conjecit Doctiſſimus D. Cave, variaque hanc in rem adduxit argumenta in vita S. Clementis Anglicè ſcripta §. 11. Verùm uti Lectori liberam reliquit ſuæ vel contrariæ opinionis optionem, ita ſalvo magni viri honore me hac in parte diſſentire fateor, præcipuè ideo, quia Bardeſanis dogmata in his libris impugnata lego. Etenim de eo Epiphanius Hæreſ. LVI. §. 2. non modo in genere teſtatur, quod Valentinianorum virus hauſerit, ſed & in ſpecie ipſius errores his deſcribit verbis: Πολλάς τε καὶ ἄλλας καὶ αὐτὸς ἀρχὰς καὶ προβολὰς διηγήσατο· καὶ τὴν τῶν νεκρῶν ἀνάστασιν ἀρνησάμενος ἐδογμάτισε. *Multa, eaque diverſa principia atque productiones & ipſe docuit, & mortuorum reſurrectionem negans, hæreſin iſtam invexit.* At Auctor Recognitionum Lib. III. §. 3. diſertè ſcripſit: *Unum eſt principium, & unum ſine principio principium: quæ autem poſthæc ſunt, abuſivè dicuntur (ſi quidem dicuntur) principia.* Quæ prolixiùs in ſequentibus proſequitur. Imo tota fere diſputatio cum Simone Mago de Monarchia Dei

Lib.

Lib. II. & III. Recognitionum, diversis Diis vel principiis contradicit, atque deliriis Valentinianorum planè est adversa. Similiter sectæ Saducæorum & Samaræorum, mortuorum resurrectionem negantium Lib. I. §. 54. seqq. rejiciuntur, ac S. Andreas Apostolus introducitur docens expressis hisce verbis: *Esse certissimam fidem, quod mortui resurgant secundum ea, quæ docuit is, quem Moyses prædixit venturum Prophetam*, i. e. Christum. Hæc aliaque à Bardesane unquam scripta esse, mihi persuadere nequeo. Nam licet Eusebius Lib. IV. cap. 30. testetur, ipsum Valentini dogmata tandem rejecisse, addit tamen, *ipsum vetusti erroris sordes non penitus extersisse.* Alius itaque à Bardesane Auctor libros Recognitionum condidisse videtur circa annum 180. uti rectè conjecit Blondellus in Pseudo-Isidoro & Turriano vapulantibus p. 28.

Catholicum fuisse, qui has Petri περιόδους primùm scripsit, omnino est verisimile; neque enim orthodoxi Patres adeò sæpe illas citassent, imò dubiis N. T. scripturis annumerassènt, uti quidem in Synopsi Scripturæ Tom. 2. Athanasii factum legimus, si hæretici illarum fuissent auctores. Certiores ejus rei esse possemus, si antiquas, easque illibatas, haberemus editiones. Variè quippe & miseris modis distractum, divisum, interpolatum, auctum, diminutum, nec non per hæreticos corruptum fuit istud opus. In specie Ebionæi accusantur ab Epiphanio Hæres. XXX. §. 15. tanquam νοθεύσαντες μὲν τὰ ἐν αὐτοῖς, ὀλίγα δὲ ἀληθινὰ ἐάσαντες, *Adulterantes ea, quæ ipsis continentur, pauca autem vera relinquentes.* Notandum tamen, quod ista, quam modò habemus, Recognitionum editio à plerisque Ebionitarum corruptionibus sit immunis. Unum atque alterum minoris momenti, quod ab Ebionitis insertum dicit Epiphanius, in nostris legitur, nempe Petrum Apostolum crebro corpus lavisse, de quo vid. Lib. IV. §. 3. Lib. V. §. 36. & Lib. VIII. c. 1. item Petrum abstinuisse ab animatis & carnibus, soloque pane cum olivis vesci solitum fuisse, Lib. VII. §. 6. Quod tamen forte non ab Ebionitis adjectum, sed ab ipso Auctore Recognitionum scriptum

ſcriptum fuit, ſiquidem de Jacobo Apoſtolo idem teſtatur Hegeſippus apud Euſeb. Lib. II. cap. 23. de Matthæo Clemens Alexandrinus Lib. II. Pædagogi cap. 1. deque ipſo Petro Gregorius Nazianzenus Orat. de pauperum amore. Quicquid verò de hoc ſtatuatur, reliqui certè Ebionitarum errores ab Epiphanio loc. cit. memorati, nempe repudium Virginitatis, & rejectio Prophetarum, in noſtris Recognitionibus non viſuntur. Ipſos quoque Catholicos diverſa aliquatenus habuiſſe exemplaria περιόδων Petri, non modò ex teſtimonio Ruffini in Præfat. conſtat, ſed & ex obſervatione eorum, quæ Hieronymus & Auctor operis imperfecti in Matthæum inde allegant, quæ in noſtris, aut prorſus non, aut non ita expreſsè leguntur. Sic *v. g.* Hieronymus Lib. I. contra Jovinianum cap. 14. diſtinctè ait, quod *legatur in* περιόδοις *& uxor ejus* (Petri) *& filia.* Jam uxoris quidem Petri mentio fit Lib. VII. §. 25. & 36. & Lib. IX. §. 38. filiæ vero nulla prorſus in toto opere occurrit. Similiter Lib. I. Comment. in Epiſt. ad Galat. ad cap. I. v. 18. memorat, S. Petrum calvitiem in capite habuiſſe. *Clemens*, inquit, *in Periodis refert*, &c. Quod tamen fruſtra in noſtris Recognitionibus quæras, adeo ut inde colligere ſit, Hieronymum alia Recognitionum editione uſum fuiſſe, niſi forte quis excipere velit, nos eandem quidem habere, ſed in fine detruncatam, uti mox monebo. Cæterùm plura obſervabit, qui teſtimonia veterum à Cotelerio recenſita cum noſtris Recognitionibus accurate conferre velit. Non poſſum autem, quin unum iſtorum teſtimoniorum, nempe *Adhelmi de laudibus Virginitatis*, quod mendis ſcatet, & tamen Cotelerius ſicco pede præter morem præteriit, corrigam ex ſupra dicto MS. Codice Bibliothecæ Bodleianæ ſuper O. 1. Art. 1. in quo illud Recognitionibus præfixum legitur. Nempe pro *Linum & Anacletum* lege: *Linum & Cletum*. Loco horum verborum: *Antequam ſalutifero lavacri baptiſterio, morſus ab originali piaculo purgaretur* repone: *antequam ſalutifero lavacro baptiſmi merſus, ab originali piaculo purgaretur*. Hinc Petrum *Simoniæ lethiferas nec non Romaniæ labruſcas*

brujcas radicitus exstirpantem transmuta in *Simonicæ lethiferas necromantiæ* (MS. *nigromantiæ*) *labruscas radicitus exstirpantem.* Denique lege *Itinerarium Petri, decem voluminibus digestum*, cum in impressis exemplaribus, ex quibus Cotelerius descripsit, vox *decem* absit. Antequam ulterius progrediar, moneo, librum X. Recognit. forte mutilum esse, siquidem in Codice Bodleiano optimæ notæ super D. 1. Art. 105. integra periodus ad calcem annexa legitur, quam vide infra inter fragmenta; in Codice verò Collegii S. Johannis aliquot folia sunt adjecta, quibus Petri & Pauli conventus Romæ, eorumque disputatio cum Simone Mago coram Nerone enarratur. Ast hæc Ruffini ætate omnino recentiora, & à nugatore quodam apposita mihi videntur, eò quod nullam cum ultimis nostrarum Recognitionum verbis habeant connexionem. Deprompta autem ista puto ex vita Petri, Abdiæ Babylonio supposita, quocirca ea describere nolui.

Idem Auctor, qui decem hosce libros Recognitionum Clementis conscripsit, ante hos alia decem volumina sub nomine Clementis consignavit, seque ea ad Jacobum Episcopum Hierosolymitanum misisse finxit, quorum summas recensuit ipse Lib. III. Recognitionum §. 74. & 75. his verbis: *Per totos tres menses, quos apud Cæsaream doctrinæ causâ exegimus, quæcunque apud populum disserebat per diem, hæc nobis secretò lucubrantibus secum pleniùs & perfectiùs explanabat, tanquam fidelioribus, ac sibi liquido probatis. Simul & imperat mihi, quia intellexit, me studiosius, quæ audirem, memoriæ commendare, libris singula quæque, quæ memoratu digna videbantur, comprehendere, & mittere ad te, mi Domine Jacobe, sicut & feci, parens ejus præceptis. Primus ergo liber ex his, quos prius misi ad te, continet de vero Propheta, & de proprietate intelligentiæ legis, secundum id quod Moysi traditio docet. Secundus de principio continet, utrum unum sit principium, an multa; & quod non ignoret Hebræorum lex, quid sit immensitas. Tertius de Deo & his, quæ ab eo instituta sunt. Quartus, quod cum*

 multi

multi dicantur dii, unus sit verus Deus, secundum testimonia Scripturarum. Quintus, quod duo sint cœli, quorum unum sit istud visibile firmamentum, quod & transibit, aliud vero æternum & invisibile. Sextus de bono & malo, & quod bono cuncta subjiciantur à Patre: malum autem quare, & quo modo, & unde sit; & quod cooperetur quidem bono, sed non proposito bono; & quæ sint signa boni, quæ vero mali; & quæ sit differentia dualitatis & conjugationis. Septimus, quæ sint, quæ prosecuti sunt duodecim Apostoli apud populum in templo. Octavus, de verbis Domini, quæ sibi videntur esse contraria, sed non sunt; & quæ sit horum absolutio. Nonus, quia lex, quæ à Deo posita est, justa sit, & perfecta, & quæ sola possit facere pacem. Decimus, de nativitate hominum carnalium, & de regeneratione, quæ est per Baptismum, & quæ sit in homine carnalis seminis successio, & quæ animæ ejus ratio; & quomodo in ipsa est libertas arbitrii, quæ quoniam non est ingenita, sed facta est, immobilis à bono esse non poterat. De his ergo singulis, quæ apud Cæsaream disserta sunt à Petro, jubente, ut dixi, ipso, decem conscripta ad te transmisi volumina. Primus horum librorum in quibusdam Codicibus inscriptus fuit: *de verbo Prophetæ*; quam lectionem approbasse videtur Cotelerius, eamque idcirco, omissâ alia, in ipso textu expressit. Sed eam haud genuinam esse, ac legi debere *de vero Propheta*, nempe Christo, non modo omnes MSS. Codices Bibliothecæ Bodl. sed & antecedentia verba probant, quæ habet Auctor Lib. I. Recognit. §. 17. ita ad Jacobum scribens: *Jubente* (Petro) *ea, quæ ad me locutus est, in ordinem redigens, librum de vero Propheta conscripsi, eumque de Cæsarea ad te, ipso jubente, transmisi.* Quem omnino ipsum primum decem istorum, postea Lib. III. recensitorum, fuisse puto. Notanda autem ea, quæ mox addit verba, ita pergens: *Dicebat enim* (Petrus) *mandatum se accepisse abs te* (Jacobo) *ut per singulos annos, si qua essent à se dicta gestaque, ad te transcripta transmitteret.* De quo mandato agitur sequenti §. 72. ejusdem

dem libri, ubi Jacobus Petrum Cæsaream misisse,& sequentibus verbis dimisisse dicitur: *Dato sane operam, ut per singulos annos præcipua quæque ex dictis gestisque tuis scripta mittas ad me, & maxime per septimanas annorum* Atque hæc quidem Auctor confinxit, occasione, ut mihi videtur, accepta ex eo, quod Lucas Act. XXI. scripsit, Paulum Apostolum, Cæsarea Hierosolymam venientem, Jacobo *narrasse per singula, quæ Deus fecisset in gentibus per ministerium illius*, vers. 19. Unde hic impostor simile quid de Petro commentus est. Colligi tamen inde potest, scriptores tunc Jacobo, Ecclesiæ Hierosolymitanæ omnium matris Episcopo, primatum atque prærogativam præ ipso Petro reliquorum Apostolorum coryphæo attribuisse. Plura ejusmodi ex ipsis confictis decem voluminibus Pseudo-Clementis antè recensitis, ut & ex aliis libellis, quibus sermones Petri Tripoli habitos descripsisse, & ad Jacobum se misisse dicit Lib. V. §. ult., discere possemus, si adhuc superessent. Verùm nullum horum fragmentum alicubi extans, aut à quoquam allegatum reperio, hincque ad alia transeo.

Octo libros Constitutionum Apostolicarum, Clementi itidem falsò adscriptos, (uti prolixè contra Turrianum & Bovium probavit Dallæus Lib. I. & II de Pseudepigraphis Apostolicis,) ab eodem Recognitionum Auctore profectos, ac exeunte Seculo II. conditos existimavit Blondellus in Pseudo-Isidoro & Turriano vapulantibus, pag. 28. at ne verbo quidem innuit, quodnam argumentum hanc in animum ejus induxerit opinionem. Adduci forte posset locus ex Lib. VI. Constitutionum cap. 8. ubi Petrus ita locutus introducitur: *Simon, cum mihi Petro primum obvius fuisset in Cæsarea Stratonis, ubi ille fidelis Cornelius, qui antea erat Gentilis, in Dominum Jesum per me credidit, verbum Dei conabatur pervertere; mecum autem aderant sancti filii, Zacchæus olim publicanus, & Barnabas, & Nicetas atque Aquila, fratres Clementis Romanorum Episcopi & civis, quique edoctus fuit à Paulo Coapostolo nostro, & ad Evangelium adjutore: cumque ter*

coram iis disceptassem quæstionem de Propheta, & ac Monarchia seu unitate Dei, atque illum virtute Domini devicissem, prostratumque obmutescere coegissem, effeci ut in Italiam fugeret. Quibus verbis Auctor procul dubio ad Lib. II. & II. Recognitionum respexit, adeo ut mirari subeat, diligentissimum Cotelerium id non annotasse, hæcque loca haud, uti facere solet, inter se comparasse. Verùm utriusque operis in hoc puncto affinitas minime cogit, ut eundem, & Recognitionum, & Constitutionum parentem fuisse credamus, cum Collector harum ista hactenus recitata ex illis diu antè scriptis depromere potuerit. Rectè itaque Cotelerius Annotatione I. in Constitutiones Apostolicas, opinionem Blondelli, licet tacito ejus nomine, rejecit, & partim ex diversis characteribus Constitutionum & Recognitionum, quos Photius descripsit, partim ex contrariis dogmatibus, diversum utriusque operis Auctorem fuisse ostendit, qui ipse legi potest. Minus rectè autem ibidem statuit, libros Constitutionum inter Apostolica & Epiphanii tempora ab incerto Auctore conditos esse. Qui doctissimi viri error natus est ex eo, quod supposuerit, διδαχὴν Apostolorum ab Epiphanio memoratam cum octo libris Constitutionum eandem fuisse, contra quam ejus hypothesin supra pag. 41. seqq. evici, διδαχὰς, sive Constitutiones Epiphanii, diversas à nostris, nec adeò prolixas, vel in plures libros divisas fuisse. Unde certissima mihi videtur sententia doctissimi Præsulis, Pearsonii, qui in Vindiciis Epistolarum S. Ignatii Part. I. cap. 4. prope finem asseruit, octo libros Constitutionum post ævum Epiphanii, sed ante Auctorem operis imperfecti in Matthæum, compositos fuisse. Dictus enim Auctor primus Constitutiones Apostolicas, tanquam pluribus libris constantes, citavit, & Homilia LIII. aliqua ex libro VIII. *Canonum*, ut vocat, Apostolorum adduxit, quæ Lib. VIII. Constitut. cap. 2. extant. Hic itaque cum aliquamdiu post Theodosium Imper. vixerit, ut ex Homil. LIX. probavit Pearsonius loc. cit. octo libri Constitutionum exeunte Seculo IV. vel ineunte V. prodiisse videntur.

Cæte-

Cæterùm jam ſupra pag. 43. admodum probabilem dixi conjecturam laudati Pearſonii, loc. cit. aſſerentis, iſtam, qua modò utimur, καθολικὴν διδασκαλίαν in octo libros digeſtam, ex variis διδασκαλίαις antiquioribus Apoſtolorum, Barnabæ, Clementis, Ignatii, &c. conflatam, haſque maximâ ex parte in illa conſervatas eſſe. In qua ſententia jam planè confirmatus ſum, poſtquam ipſe Codicem XXVI. Baroccianum in Bibliotheca Bodleiana, cujus mentionem Pearſonius loc. cit. facit, itemque alium inter eoſdem Baroccianos numero CLXXXV[tum.] perluſtravi. In priori nempe poſt plurimorum Conciliorum Canones, fol. 146. pag. 2. extat διδασκαλία τῶν ἁγίων Αποστόλων περὶ χαρισμάτων, quæ ita incipit: Τοῦ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ τὸ μέγα τῆς εὐσεβείας ἡμῖν παραδιδόντος μυστήριον, &c. Atqui hoc ipſum eſt initium Lib. VIII. Conſtitutionum Apoſtol. Finis verò dictæ didaſcaliæ fol. 151. pag. 2. exactè coincidit cum fine capitis 2. Libri VIII. adeò ut illa διδαχὴ duo priora capita Libri VIII. conſtituerit, tertium vero connexionis cum ſequentibus gratiâ à Compilatore ſit additum, ut ipſe ejus contextus liquido oſtendit. Hinc cap. 4. incipiunt ea, quæ in Codice Barocc. ſequuntur fol. 151. pag 2. ſub hoc titulo: διατάξεις τῶν αὐτῶν ἁγίων Αποστόλων περὶ χειροτονιῶν διὰ Ιπποδύτου, quarum idem eſt principium, quod dicti capitis 4. Αμα τοίνυν ὑπάρχοντες ἡμεῖς οἱ δώδεκα τοῦ Κυρίου Απόστολοι, finitur verò fol. 158. pag. 2. his verbis: ἡ γὰρ ἐκκλησία οὐκ ἀταξίας, ἀλλ' εὐταξίας ἐστὶ διδασκαλία, quæ ultima ſunt capitis 31. Lib. VIII. Conſtitut. Notandum tamen hiſce Diataxibus per Hippolytum collectis contineri tantùm capita 4, 5, 16. uſque ad 28. incluſivè, 30. & 31. deſunt autem 6. uſque ad 15. incluſivè, quibus Liturgia atque forma celebrandi S. Euchariſtiam præſcribitur, item cap. 29. quo Matthæi conſtitutio de benedictione aquæ & olei refertur. In recenſitis quoque capitibus diverſitatem aliquando ſatis notabilem reperire eſt, imo repugnantiam. Sic c. 22. in impreſſis legitur: Περὶ δὲ ἀναγνωστῶν ἐγὼ Ματθαῖος, ὁ καὶ λευῒς, ὁ ποτὲ τελώνης, διατάσσομαι· ἀναγνώστην προχείρισαι, ἐπιθεὶς αὐτῷ τὴν χεῖρα, καὶ ἐπευξάμενος πρὸς Θεὸν, λέγε· Θεὸς, &c. *De Lectoribus vero*

vero ego Matthæus, qui & Levis, olim publicanus, constituo: Lectorem crea, imponens ei manum, & Deum orans dicito: Deus, &c. Ait quod in MS. Codice ei respondet caput, planè contrarium sonat: Αναγνώστης καθίσταται, ἐπιδιδόντος αὐτῷ βιβλίον τοῦ Επισκόπου· οὐδὲ γὰρ χειροθετεῖται. *Lector constituitur per Biblia ei ab Episcopo tradita: neque enim manus ei imponitur.* Plura observabo, ubi hanc διδασκαλίαν per Hippolytum collectam inter ejus opuscula edidero in Spicilegio Patrum Seculi III. Ulteriùs in dicto Codice MS. fol. 158. pag. 1. incipiunt Παύλου τοῦ ἁγίου Αποστόλου διατάξεις περὶ κανόνων ἐκκλησιαστικῶν hunc in modum: Εγὼ Παῦλος ὁ τῶν Αποστόλων ἐλάχιστος, &c. In altero autem Codice CLXXXV. Part. 1. fol. 9. pag. 1. omissa hac præfatione ab ipsis Canonibus fit initium his verbis: οἱ προεστῶτες προσιόντες, &c. Desinunt in priori Codice fol. 160. pag. 1. in posteriori autem eodem fol. 9. p. 2. his verbis: Καὶ ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς ἐδιδάξαμεν. Unde patet istos Pauli Canones capite 32. libri VIII. contineri, quod eodem modo incipit atque finitur. Sequuntur in priori Codice fol. 160. pag. 1. Πέτρου καὶ Παύλου τῶν ἁγίων Αποστόλων διατάξεις, quæ ita incipiunt: Εγὼ Πέτρος καὶ Παῦλος διατάσσομεν, &c. Desinunt verò fol. 163. pag. 1. in hæc verba: Εντολὴν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ ἐκπληροῦντες. Continentur istis Libri VIII. Constitut. capita 33, 34, 42, 43, 44 & 45. omisso cap. 35. usque ad 41. inclusivè. Habentur illa quoque in posteriori Codice fol. 10. &. 11. sed additis in fine duabus periodis capitis 46. Tandem in priori Codice fol. 163. p. 1. sequitur: Περὶ εὐταξίας διδασκαλία πάντων τῶν ἁγίων Αποστόλων, cujus idem est principium, quod capitis 46. Τοῦτο δὲ κοινῇ πάντες παραγγέλλομεν, &c. finis autem fol. 166. pag. 1. ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ προχειρισθῆναι τῷ ἀρχιερέως, τοῦ ἀσυγκρίτου. Quibus verbis etiam caput 46. finitur, additâ solùm voce Θεοῦ, quæ in MS. deest. Habentur ista omnia quoque ad eundem fere modum in Bibliotheca Vindebonensi Cod. VII. inter Historicos Ecclesiasticos juxta ordinem Nessêlii Part. V. Catalog. MSS. Græcorum dictæ Bibliothecæ pag. 20. & 21. Sicuti autem Liber VIII. Constitutionum ex variis διατάξεσι est compositus, ita & in antecedentibus VII. Libris

Libris Auctorem varios S. Apostolorum & Apostolicorum virorum Canones atque διδαχὰς, quæ tunc ferebantur, in unum corpus redegisse, est vero simillimum. Atque in his procul omni dubio fuit quoque S. Clementis διδασκαλία, memorata in Indiculo Scripturarum apud Cotelerium Annot. 1. ad Constitut. Clementis, quam idcirco magna ex parte in dicta collectione conservatam esse puto, indeque colligo, Epistolam II. Clementis ad Corinthios non fuisse partem istius διδαχῆς, uti quidem existimat Cl. Dodwellus Dissert. I. in Irenæum §. 29. quoniam nihil illius in VIII. Libris Constitutionum reperio. Suspicor autem διδαχὴν Clementis, sive integram, sive ex parte, contineri Manuscriptam in Bibliothecæ Cæsareæ Vindebonensis antè laudato Codice à fol. 4. pag. 2. usque ad fol. 7. pag. 2. ubi exaratæ sunt Αἱ διαταγαὶ αἱ διὰ Κλήμεντος καὶ Κανόνες Ἐκκλησιαστικοὶ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, quæ ita incipiunt: Χαίρετε υἱοὶ καὶ θυγατέρες ἐν ὀνόματι Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. De cætero utrum Constitutionibus annexa Collectio LXXXV. Canonum, qui Apostolici vulgò dicuntur, ab eodem facta fuerit Auctore, an verò antiquior ea sit, est res majoris indaginis, ac prolixiorem requirens tractationem, quam proinde in aliud differo tempus, quoniam, ut finem Tomi I. faciam, amicorum monita jubent.

Pauca addo verba de Κλημεντίοις ab Athanasio in Synopsi Scripturæ & Nicephoro Lib. III. Histor. Eccles. cap. 18. &c. memoratis, quæ diversa fuisse puto ab istis Homiliis, quas Cotelerius ex Bibliotheca Regis Galliæ primùm edidit. Illa enim Athanasius loc. cit. à periodis Petri distinguit; hæ ipsas Petri periodos, quæque ille varia loca obiens prædicaverit, describunt, adeò ut à quibusdam pro secunda editione Itinerarii Petri seu Recognitionum Clementis habitæ sint. Illa Nicephorus loc. cit. τῇ ἐκκλησίᾳ εὐπρόσδεκτα, *Ecclesiæ multùm accepta* dicit, his verò tale Epithetum haud usquequaque convenit. Denique ab Auctore Chronici Alexandrini, Damasceno, &c. aliqua ex Clementinis citantur, quæ in Cotelerii editione non comparent. Videntur itaque Κλημέντια ista fuisse aliæ Homiliæ,

quarum primam *de Providentia & justo Dei judicio* citat Anastasius loco supra dicto, & quarum una etiam forte fuit *de Spiritu S.* Nam fragmentum Clementis εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα ex Codice Regio MS. descripsit Cotelerius in Notis ad Lib. I. Recognit. §. 24. ex quo colligo, talem aliquam homiliam Clementi adscriptam extitisse. Ex eadem etiam depromptam suspicor sententiam à Basilio Lib. de Spiritu S. allegatam. Sed jam ad ipsa fragmenta, quorum mentionem hactenus feci, recitanda progredior.

Fragmenta Ep. II. *Clementis ad Corinth.*

Ex MS. Codice Damasceni Eclogarum sacrarum, qui in Bibliotheca Societatis Jesu Parisiis asservatur cap. περὶ τῶν προσκαίρων καὶ τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν, καὶ ὅτι χρὴ τῶν παρόντων τὰ μέλλοντα προτιμᾷν, quod respondet cap. 20. Lib. III. (non II. ut per errorem Typographi in Cotelerio expressum est) Parallelorum editorum, ita inscripto: *De caducis & sempiternis rebus, & quod gravissimè peccent, qui præsentia futuris anteponunt.*

Τοῦ ἁγίου Κλήμεντος ἐκ τῆς πρὸς Κορινθίους β΄.

Ὁ τῶν παρόντων αἰσθητικὸς συνίησιν, ὡς οὔτε ἃ λογίζονταί τινες εἶναι τερπνὰ, ξένα καὶ μακράν ἐστι τῶν ἀπεχθῶν. ἀλλὰ καὶ πλοῦτος πολλάκις μᾶλλον πενίας ἔθλιψε, καὶ ὑγεία πλέον ἠνίασε νόσου. καὶ καθόλου τῶν λυπηρῶν καὶ φαύλων πάντων ὑπόθεσις καὶ ὕλη ἡ τῶν ἀσπαστῶν καὶ κατ᾽ εὐχὴν περιβολὴ γίνεται.

S. Clementis ex Epist. II. ad Corinthios.

Qui res præsentes vitæ agnoscit, intelligit, neque ea, quæ multi jucunda reputant, aliena esse aut procul dissita ab iis, quæ odio habentur. Quin etiam divitiæ sæpe numero magis quàm paupertas læserunt, & sanitas plùs morbo afflixit. In summa gratarum rerum ac optatarum affluentia evadit in causam & materiam omnium tristium atque detestatarum.

Ex Maximi Serm. VIII. *Excerptorum de Beneficentia & Gratia Tom.* II. *pag.* 556.

Κλήμεντος Ῥώμης.

Οὐ δίκαιόν ἐστι τοῦ δεδωκότος ἐγκαταλειφθέντος, τὰ δοθέντα παραμένειν τοῖς ἀγνώμοσιν.

Clementis Romani.

Haud æquum est eo, qui dedit, derelicto, quæ data sunt, apud ingratos remanere.

Ita

Ita quoque legitur in MS. Codice iſtorum Locorum communium Maximi in Bibliotheca Bodleiana inter Baroccianos num. 2. fol. 31. pag. 1. qui alioqui differt aliquatenus ab impreſſa Combefiſii editione. Expreſſè etiam ſub nomine Κλήμεντος Ῥώμης hoc dictum allegatur in alia Collectione ſententiarum ex Patribus aliiſque Scriptoribus Cod. 143. Barocc. fol. 29. pag. 1. uti jam ſuprà pag. 270. monui, idque ex ſecunda Clementi adſcripta epiſtola ad Corinthios depromptum eſſe conjeci, ut & aliud, quod Maximus Serm. LXII. Excerptorum *de More & conſuetudine* pag. 672. citat, ego verò pleniùs recito

Ex MS. Collectione Sententiarum ex Patribus aliiſque Auctoribus, Cod. 143. *Barocc. cap.* περὶ συνηθείας καὶ ἔθους, *fol.* 136. *pag.* 2.

Κλήμεντος Ῥώμης.

Διαφορὰ τυγχάνει ἀληθείας καὶ συνηθείας· ἡ μὲν γὰρ ἀλήθεια γνησίως ζητουμένη εὑρίσκεται· τὸ δὲ ἔθος, ὁποῖον ἂν παραληφθῇ, εἴτε ἀληθὲς, εἴτε ψευδὲς, ἀκρίτως ὑφ' ἑαυτοῦ κρατύνεται. ἐν αἷς γὰρ ἕκαστος ἐκ παίδοθεν ἐθίζεται, ταύταις ἐμμαίνειν (lege ἐμμένειν) ἥδεται. ὁ γὰρ μισεῖ τις διὰ τὴν ἐπιοῦσαν τῇ ἡλικίᾳ σύνεσιν, τοῦτο διὰ τὴν πολυχρόνιον τῶν κακῶν συνήθειαν πράττειν συναναγκάζεται, δεινὴν σύνοικον τὴν ἁμαρτίαν παρειληφώς.

Clementis Romani

Eſt differentia inter veritatem & conſuetudinem: veritas enim ritè quæſita invenitur; conſuetudo autem, qualiſcunque etiam aſſumatur, ſive recta, ſive vana, ſine diſcrimine ſemetipſam firmat. Quibus enim quiſque à pueris adſueſcit, illis amat inhærere. Quod enim quis odit pro ea prudentia, quam ætas invexit, id verò ob longi temporis inolitam malorum conſuetudinem facere cogitur, peccatum gravem nactus contubernalem.

In Maximi florilegio ultima ſolùm extat periodus incipiens: ὁ γὰρ μισεῖ, &c. omiſſis præcedentibus, quæ alter ſententiarum Collector ex ſuo Clementis Codice addidit.

Fragmentum Græci textus Recognitionum Pſeudo-Clementis.

Jam ſupra pag. 278. dixi, omnia quæ Lib. IX. Recognitionum à cap. 19. uſque ad 29. continentur, deprompta eſſe ex Bardeſanis Dialogo de Fato ad Antoninum Imperatorem, hujuſque

ipsam illam partem Græcè extare apud Eusebium Lib. VI. de Præparat. Evangel. cap. 10. Istud itaque fragmentum, cum MS. Codice Eusebii in Bibliotheca Collegii S. Johannis Baptistæ collatum, hîc repræsentare volui, juncto ex Cotelerii versione Latino Recognitionum textu, hujusque variis lectionibus observatis, ut Lector mecum utrumque inter se comparare, ac videre queat, quatenus conveniant, vel discrepent.

Leges sunt in unaquaque regione vel regno ab hominibus positæ, sive Scriptura, sive etiam usu durantes; [1] quas nemo facile transgreditur''. Denique [2] primi Seres, qui initio orbis terræ' habitant, [3] neq; 'homicidium, neque adulterium, neque scortum nosse, neque furtum committere, neque Idola venerari: & in illa omni regione, quæ est maxima, neque templum invenitur, neque simulachrum, neque meretrix, neque adultera; neque fur ad judicium deducitur; [4] sed neque occisus ibi homo fertur aliquando': & tamen nullius libertas arbitrii [5] secundum vos à stellâ Martis ignitâ, ut

Νόμους ἔθεντο διαφόρους οἱ ἄνθρωποι ἐν ἑκάστῃ χώρᾳ, τινὰς γεγραμμένους, τινὰς δὲ ἀγράφους, ἐξ ὧν διηγήσομαι, ὡς οἶδα, a καὶ'' ὧν μέμνημαι, ἀρξάμενος ἐκ τῆς τοῦ κόσμου ἀρχῆς. Νόμος ἐστὶ παρὰ Σήραις, μηδένα φονεύειν,* μήτε πορνεύειν, μήτε κλέπτειν, μήτε ξόανα προσκυνεῖν. καὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ μεγίστῃ χώρᾳ οὐ ναὸν ἔστιν ἰδεῖν,* οὐ γυναῖκα πόρνην, οὐ μοιχαλίδα ὀνομαζομένην, οὐ κλέπτην ἑλκόμενον ἐπὶ δίκην, οὐκ ἀνδροφόνον, οὐ πεφονευμένον. οὐδενὸς γὰρ τὸ αὐτεξούσιον ἠνάγκασεν ὁ τοῦ πυειλαμπέος

a καὶ habet MS. in Coll. Joh. * Hîc insertum olim in textu Bardesanis fuisse videtur, μήτε μοιχεύειν· saltem Auctor Recognit. ita legit. * οὐ ξόανον, hîc additum invenit Clemens, ni ipse addiderit, vel ejus interpres Ruffinus.

1 Hæc verba Auctor Recognitionum posuit pro illis, ἐξ ὧν διηγήσομαι, ὡς οἶδα, καὶ ὧν μέμνημαι. Unde jam supra pag. 278. collegi, Auctorem istum ex Bardesane, non hunc ex illo descripsisse. 2 ἀρξάμενος ἐκ τῆς τοῦ κόσμου ἀρχῆς, quæ sunt in Græco Bardesanis, Auctor Recognitionum à præcedentibus divulsit, & ad *Seres* retulit, ἀρξαμένοις forte legens pro ἀρξάμενος. Cæsarius quoque Dialogo II. Interrog. 109. ita accepisse videtur, dum reddidit: οἱ τὸ ἄκρον τῆς χέρσου οἰκοῦντες. Et Seres quidem in extima Orientis parte habitare, ex Geographicis constat, adeo ut in versione Bardesanis ponendum sit: *à principio orbis*, non, ut est in Latino Eusebii, *ab orbis conditu*. 3 *Legem habent*, *neque* rectius legitur non modò in quibusdam Gallicanis Codicibus, teste Cotelerio ad hunc locum, sed & in omnibus Oxoniensibus, excepto Laudi Codice, in quo aliquot folia excisa & proinde omnia à § 34. Lib. VIII. usque ad § 29. Lib. IX. desunt. 4 Hoc loco Bardesanes ab Auctore Recognitionum, vel hic à Ruffino, aut malè lectus, aut pessimè intellectus atque versus est. quasi fuisset: οὐκ ἄνδρα φονευόμενον πεφορημένον 5 Duæ voces, *compulsa est*, quæ Græco ἠνάγκασεν respondent, rectè in MSS. quibusdam Gallicanis, de quibus vide Cotelerium ad hunc locum, & in omnibus Oxoniensibus, excepto Laudi, extant.

Ἄρεος ἀστὴρ μεσουρανῶν, ἄνδρα σιδήρῳ ἀνελεῖν. οὐ Κύπρις σὺν Ἄρει τυχοῦσα, ἀλλοτρίᾳ γυναικὶ μιγῆναί * τινα παρ' ἐκείνοις, πάντως πάσῃ ἡμέρᾳ μεσουρανοῦντος τοῦ Ἄρεος, καὶ πάσῃ ὥρᾳ καὶ ἡμέρᾳ [a] γινομένων" τῶν Σηρῶν. Παρὰ Ἰνδοῖς καὶ Βάκτροις εἰσὶ χιλιάδες πολλαὶ τῶν λεγομένων Βραχμάνων, οἵτινες κατὰ παράδοσιν τῶν προγόνων καὶ νόμων οὔτε φονεύουσιν, * οὔτε ξόανα σέβονται, οὐκ ἐμψύχου γεύονται, οὐ μεθύσκονταί ποτε, * οἴνου καὶ σίκερος μὴ γευόμενοι", οὐ κακίᾳ τινὶ κοινωνοῦσι, προσέχοντες τῷ θεῷ· τῶν ἄλλων Ἰνδῶν φονευόντων, καὶ ἑταιρευόντων, καὶ μεθυσκομένων, καὶ σεβομένων ξόανα, καὶ πάντα [b] σχεδὸν" καθ' εἱμαρμένην φερομένων. ἔστι δὲ ἐν τῷ αὐτῷ κλίματι τῆς Ἰνδίας φυλή τις Ἰνδῶν, οἵτινες τοὺς ἐμπίπτοντας ξένους ἀγρεύοντες, καὶ [c] τούτους" θύοντες ἐσθίουσι· καὶ οὔτε οἱ ἀγαθοποιοὶ τῶν ἀστέρων κεκωλύκασι τούτους μὴ μιαιφονεῖν, καὶ μὴ [d] ἀθεμιτογαμεῖν· οὔτε" οἱ κακοποιοὶ ἠνάγκασαν τοὺς Βραχμᾶνας κακουργεῖν. Παρὰ Πέρσαις νόμος ἦν, γαμεῖν τὰς θυγατέρας, [e] καὶ τὰς μητέρας· καὶ οὐ μό-

ferro uteretur ad hominis necem: nec Venus cum Marte posita, alienum matrimonium compulit vitiari: cùm utique apud eos, per singulos dies Mars medium cœli circulum teneat: [1] sed est apud Seres legum metus vehementior, quam Genesis constellatio'. Sunt similiter & apud Bactras in regionibus Indorum immensæ multitudines Bragmanorum; qui & ipsi ex traditione majorum, moribus legibusque concordibus, neque homicidium neque adulterium committunt; neque simulachra colunt, neque animantia edere in usu habent, nunquam inebriantur, nunquam malitiose aliquid gerunt; sed Deum semper timent: & quidem cum cæteri Indorum, & homicidia & adulteria committant, & simulachra colant, & inebrientur, atque alia hujusmodi flagitia exerceant. Sed & in [2] ipsius" Indiæ nihilominus occiduis partibus regio quædam est, ubi hospites cùm inciderint, capti immolantur & comeduntur: & neque bonæ Stellæ vetuerunt eos [3] ab hujusmodi flagitiis, & ab exsecrandis cibis', neque malignæ Stellæ compulerunt Bragmanas, ut aliquid agerent mali. Et rursus mos [4] apud Persas, matres accipere in conjugi-

* Hîc vox aliqua deesse videtur, aut ἠνάγκασεν hîc repetendum est atque subintelligendum. a γιγνομένων, legitur in MS Coll. Joh. * Hic insertum legit Clemens, vel Ruffinus, οὔτε μοιχεύουσιν, aut alteruter de suo addidit. * Hæc Auctor Recognitionum in suo exemplari non legit, aut Ruffinus in versione omisit. b deest in Cod S. Johan. c deest in Cod. S. Joh. d ἀθεμιστογαμεῖν οὔτ'. e καὶ τὰς ἀδελφάς, rectè additum in MS. Coll. Johan.

1 Hoc loco Interpres Recognitionum à Græco textu discessit, paucaque sua adjecit. 2 ipsis habent omnes Codd. Oxon. 3 Hæc à Græco differunt. 4 Est additum in quibus Gallicanis Codicibus, ut & in Bodleiano super O [illegible] Art. num. 1. & in Coll. Trinit.

um, & ſorores, & filias; & ſub illo omni axe, inceſta Perſæ ineunt matrimonia. [1] Ac ne fortè liceat his, qui Matheſin ſequuntur, uti illo perfugio, quo dicunt, certas quaſdam eſſe plagas cœli, quibus propria quædam habere conceditur", ex ipſa Perſarum gente aliquanti [2] ad peregrina" profecti ſunt, qui Maguſæi appellantur; ex quibus uſque in hodiernum ſunt alii in Media, alii in Parthia, ſed & in Ægypto nonnulli, plures autem in Galatiâ, & Phrygia; qui omnes inceſtæ hujus traditionis formam indeclinabilem ſervant, ac poſteris cuſtodiendam tranſmittunt: etiam cùm plagam cœli mutaverint. Nec tamen eos Venus cum Luna, in finibus & domibus Saturni, cum Saturno [3] atteſtante" etiam Marte, [4] compulit habere inter cæteros Geneſin". Apud Gelos quoque mos eſt, ut mulieres agricolentur, ædificent, & omne opus virile perficiant; ſed & miſceri quibus volunt licet, nec incuſantur à viris, aut adulteræ appellantur, [5] paſſim enim concubitus miſcent, & præcipuè cum hoſpitibus. Unguenta neſciunt, non induuntur veſte fucatâ, non calceis: è contra viri

νον ἐν τῇ [a] χώρᾳ ἐκείνῃ, καὶ ἐν ἐκείνῳ τῷ κλίματι" [b] τούτους" τοὺς ἀνοσίους γάμους οἱ Πέρσαι ἐποίησαν, ἀλλὰ καὶ ὅσοι αὐτῶν τῆς Περσίδος ἐξεδήμησαν, οἵτινες καλοῦνται Μαγουσαῖοι, τὴν αὐτὴν ἀθεμιστίαν διαπράττονται, παραδιδόντες τοὺς αὐτοὺς νόμους, καὶ τὰ ἔθη τοῖς τέκνοις κατὰ διαδοχήν. ἐξ ὧν εἰσι μέχρι νῦν πολλοὶ ἐν Μηδίᾳ, καὶ [c] ἐν" Αἰγύπτῳ, καὶ ἐν Φρυγίᾳ, καὶ [d] ἐν" Γαλατίᾳ· καὶ οὐ δήπου Κύπρις ἐν ὁρίοις καὶ οἴκοις Κρόνου, σὺν Κρόνῳ [e] ἐφομαρτοῦντος" τοῦ "Αρεος, ἐν ταῖς τῶν πάντων γενέσεσιν εὑρίσκετο. παρὰ Γήλοις νόμος ἐστὶ, τὰς γυναῖκας γεωργεῖν, καὶ οἰκοδομεῖν, καὶ πάντα τὰ * ἐργατικὰ" πράσσειν, καὶ κοινωνεῖν, οἷς ἂν βούλωνται, καὶ μὴ ἐγκαλεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν, μήτε καλεῖσθαί τινα μοιχαλίδα, τῷ πάσας ἐργατικὰς εἶναι, καὶ πᾶσι κοινωνεῖν, μάλιστα δὲ τοῖς ξένοις. καὶ οὔτε μυρίζονται Γήλισσαι γυναῖκες, οὐχ ἱμάτια βαπτὰ φοροῦσιν, ἀνυπόδητοι δέ εἰσι πᾶσαι, καίτοι τῶν Γήλων ἀνδρῶν [f] κοσμουμένων"

a χώρᾳ καὶ τῷ κλίματι ἐκείνῳ. Cod. S. Joh. b deeſt in Cod. Johan. c deeſt ibid. d omiſſum in Cod. Joh. e ἐπομαρτοῦντος habet Codex S. Johan. ut & duo in Bibliotheca Regia Pariſiis, quamvis in tertio Regio ſit ἐπιμαρτυροῦντος. * ἔργα ἀνδρεῖα legiſſe videtur Pſeudo-Clemens, vel Ruffinus. f σκεπουμένων, Cod. S. Joh.

1 Hic Paraphraſten egit, & aliquantùm à Græco Bardeſanis textu diſceſſit Auctor Recognitionum. 2 *peregre* legitur in Cod. Bodl. ſuper D. 1. Art. num. 105. & in Codice Recognitionum in Collegio S. Johan. 3 Ita in editione Coteleri & MSS. Gallicanis, nec non in Bodleiano ſuper D. 1. Art num. 105. & Colleg. S. Johan. legitur, ſed melior lectio eſt: *adſtante*, quæ eſt in Cod. Bodl. ſuper O 1. Art. num. 1. & in Coll. Trinit. 4 Hæc malè tranſtulit Interpres Recognitionum, cum potiùs vertere debuiſſet: *Nec tamen Venus*, &c. *in omnibus omnium generationibus invenitur.* 5 Hìc comma in verſione omiſſum.

* ἐν

* ἐν φορήμασι μαλακοῖς καὶ [a] ἐν" διαφόροις χρώμασι, καὶ χρυσοφορούντων, καὶ μυριζομένων· καὶ οὐ κατά τινα ἄλλην μαλακίαν, εἰσὶ γὰρ ἀνδρεῖοι, καὶ πολεμικώτατοι, καὶ κυνηγετικώτατοι. Καὶ οὐ πᾶσαι αἱ τῶν Γήλων γυναῖκες ἔλαχον ἐν Αἰγοκέρωτι, ἢ ἐν Ὑδροχόῳ, κακοδαιμονοῦσαν τὴν Κύπριν· οὐδ' οἱ ἄνδρες αὐτῶν πάντες ἔχουσιν ἐν κριῷ σὺν Ἄρει τὴν Παφίην, ἔνθα τοὺς * ἀνδρείους" καὶ σπατάλους οἱ Χαλδαΐζοντες λέγουσι. Παρὰ * Βάκτροις" αἱ γυναῖκες παντὶ κόσμῳ διαφέροντι, καὶ παντὶ μύρῳ χρῶνται, ὑπηρετούμεναι ὑπὸ παιδισκῶν, καὶ νεανίσκων μᾶλλον ἢ οἱ ἄνδρες· προερχόμεναι μετὰ πολλῆς φαντασίας ἔφιπποι, κοσμοῦσαι πολλῷ χρυσῷ καὶ λίθοις βαρυτίμοις τοὺς ἵππους· καὶ οὐ σωφρονοῦσιν, ἀλλ' ἀδιαφόρως κοινωνοῦσι τοῖς δούλοις καὶ τοῖς ξένοις, ἀ-

Gelonum ornantur, pectuntur, indumentis mollibus & variis induuntur; auro compositi, unguentisque delibuti; & hæc non pro dissolutione virium, sunt enim bellicosissimi, & venatores acerrimi. Nec tamen universæ Gelonum mulieres, in [1] Capræcornu" aut Aquario [2] Cacodæmonem" Venerem nascentes habuere; neque viri [3] eorum" in Ariete cum Marte Venerem positam [4], per quod Schema effœminatos & dissolutos nasci adserit viros Chaldaica disciplina. [5] Porro verò in Susis, mulieres unguentis, & quidem optimis, utuntur; ornamentis comptæ ex lapidibus preciosis, ministeriis quoque ancillarum fultæ, procedunt multò majore ambitione quàm viri"; nec tamen pudicitiam colunt, sed indifferens eis cum quibuscunque voluerint, usus est, & servis & hospitibus;

* Hic verbum aliquod, *pectendi* significationem habens, insertum legisse videtur Auctor Recognitionum. a deest in Cod. S. Joh. * Ἀνδρείους in ἀνδρογύνους transmutavit, vel hanc vocem loco illius in suo exemplari legit, sive Auctor, sive Interpres Recognit. ideoque hic in Latina versione posuit *effœminatos*. Ἀνδρόγυνοι quippe propriè quidem dicebantur olim, *in quibus sic uterque secus apparet, ut ex quo potius debeant accipere nomen, incertum sit*, ut Augustinus eos describit Lib. XVI. de Civitate Dei cap. 8. addens eosdem esse, quos *Hermaphroditos* nuncupant, quod nempe primus *Semimas filius fingatur Hermæ*, i. e. *Mercurii*, *& Aphroditis*, *hoc est*, *Veneris*, notante in hunc Augustini locum Ludovico Vive. Sed metaphoricè ἀνδρόγυνοι appellati sunt homines externo quidem corporis habitu viri, interna autem animi dispositione fœminei, uno verbo *effœminati*, ùt à Lexicographis observatum. Tales hîc intelligi voluit Interpres Recognitionum, ratus ἀνδρείους cum σπατάλοις haud jungi posse, imò plane huc non quadrare: unde paulo antè eandem vocem ἀνδρεῖος plane omisit, hîc verò ἀνδρείους in ἀνδρογύνους transformavit, nimia, ut solet, libertate usus. * Σούσοις legit Auctor Recognitionum, siquidem omnia exemplaria MS. habent Susis.

1 *Capricorno* Bodl. super D. 1. Art. num. 105. & in Colleg. S. Johan. 2 *Cacodæmonosam* Bodl. super O. 1. Art. num. 1. & in Colleg. S. Joh. sed *Cachodæmonusam* Bodl. super D. 1. Art. num. 105. 3 *earum*, ambo Bodl. nec non S. Joh. 4 subintellige *habuere*. 5 hæc non parum à Græco differunt.

tali

tali licentiâ à viris permiſsâ. Et non ſolùm non culpantur pro hoc, ſed & dominantur in viros: nec tamen omnium Geneſis mulierum Suſidarum in medietate cœli, cum Jove & Marte Venerem in [1] Jovis" domibus habent.

δειαν ἔχουσαι τοιαύτην, καὶ ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν μὴ ἐγκαλούμεναι, σχεδὸν κυριεύουσιν αὐτῶν. Καὶ οὐ [a] πάντως ἐν πάσῃ γενέσει τῶν ἐν Βακτρείᾳ γυναικῶν μεσουρανεῖ μετὰ Διὸς καὶ Ἄρεος ἐν ἰδίοις ὅροις ἡ φιλόγελως Ἀφροδίτη.

Hîc vel Pſeudo-Clemens manco Bardeſanis, vel Ruffinus mutilo Pſeudo-Clementis textu uſus eſt, vel alteruter ſtudio quædam omiſit, quæ in fragmento Bardeſanis apud Euſebium hîc inſerta leguntur. Miſſis itaque illis hæc ſequuntur:

In ulterioribus Orientis partibus, ſi puer muliebri ſe ſubſternat injuriæ, cùm agnitum fuerit, à fratribus, aut parentibus, vel quibuſlibet proximis, interficitur, nec ſepulturâ donatur. Et rurſus apud Gallos lex priſca conſtituit, nuptum tradi publicè pueros, nec opprobrium ex hoc aliquod duci: & nunquid poſſibile eſt, ut omnes qui tam turpiter ſuccumbunt apud Gallos, Luciferum cum Mercurio in domibus Saturni & finibus Martis * habuerint? In Britanniæ partibus, plures viri unam habent uxorem; in Parthiâ multæ mulieres unum habent virum; [2] & utraque orbis pars, moribus ſuis atque inſtitutis obſequitur'. Amazones omnes non habent viros; ſed ſicut animalia, ſemel in anno circa vernale æquinoctium proprios egreſſæ terminos, finitimæ gentis viris miſ-

Ἐν τῇ αὐτῇ Ἀνατολῇ ὑβριζόμενοι, ἐὰν γνωσθῶσιν, ὑπὸ ἀδελφῶν, ἢ πατέρων, καὶ συγγενῶν φονεύονται, καὶ ταφῆς προδήλου οὐκ ἀξιοῦνται. Παρὰ δὲ Γάλλοις οἱ νέοι γαμοῦνται μετὰ παῤῥησίας, οὐ ψόγον τοῦτο ἡγούμενοι, διὰ τὸν παρ' αὐτοῖς νόμον. Καὶ οὐ δυνατὸν ἐστι πάντας τοὺς ἐν Γαλλίᾳ οὕτως ἀθέως ὑβριζομένους, λαχεῖν, ἐν ταῖς γενέσεσι Φωσφόρον μεθ' Ἑρμοῦ, ἐν οἴκοις Κρόνου, καὶ ὁρίοις Ἄρεος δύνοντας. Ἐν [b] Βρεττανίᾳ", πολλοὶ ἄνδρες μίαν γυναῖκα ἔχουσιν· ἐν δὲ τῇ Παρθίᾳ, πολλαὶ γυναῖκες ἕνα ἄνδρα, καὶ πᾶσαι σωφρονοῦσι, πειθόμεναι αὐτῷ κατὰ τὸν νόμον. Αἱ δὲ Ἀμαζόνες πᾶσαι ἄνδρας οὐκ ἔχουσιν, ἀλλ' ὡς τὰ ἄλογα ζῶα, ἅπαξ τοῦ ἔτους περὶ τὴν ἐαρινὴν ἰσημερείαν, ὑπερβαίνουσαι τοὺς ἰδίους ὅ-

a πάντων, Cod. S. Johan. b Βρετανίᾳ cum ſimplici τ. legitur in Cod. Joh.
1 Διὸς pro ἰδίοις legiſſe videtur Clemens vel Ruffinus. * Adde *occidentem*, ut reſpondeat Græco δύνοντας, quam vocem, aut non legit, aut non intellexit Pſeudo-Clemens, vel Ruffinus ideoque plane omiſit. 2 Hæc malè è Græco textu verſa ſunt, utpote qui talem fundit ſenſum: *atque hæ omnes castè vivunt, vi legis illi obtemperantes.*

ρους,

ρους, κοινωνοῦσι τοῖς πλησιοχώροις, ἑορτὴν τινα ταύτην * ἡγουμένοις. Ἐξ ὧν συλλαμβάνουσαι ὑποστρέφουσι, καὶ ἀναγκαίως ἐν ἑνὶ καιρῷ [a] ἀποκυΐσκουσι" κατὰ τὸν τῆς φύσεως νόμον, καὶ τοὺς μὲν γεννωμένους ἄῤῥενας ῥίπτουσι, τὰς δὲ θηλείας ἀνατρέφουσι. Πολεμικαί τε εἰσι, καὶ γυμνασίων προνοούμεναι. Ἑρμῆς μετὰ Ἀφροδίτης, ἐν οἴκοις Ἑρμοῦ, ποιεῖ Πλάστας, καὶ Ζωγράφους, καὶ Τραπεζίτας· ἐν οἴκοις δὲ Ἀφροδίτης, Μυρεψοὺς, ἢ Φωνάσκους, καὶ Ὑποκριτὰς ποιημάτων. Καὶ παρὰ Ταϊνοῖς, καὶ Σαρακηνοῖς, καὶ ἐν τῇ ἀνωτέρᾳ Λιβύῃ, καὶ παρὰ Μαύροις, καὶ τοῖς παρὰ τὸ στόμα τοῦ Ὠκεανοῦ Νομάσι, καὶ ἐν τῇ ἐξωτέρᾳ Γερμανίᾳ, καὶ ἐν τῇ ἀνωτέρᾳ Σαρματίᾳ, καὶ ἐν τῇ Σκυθίᾳ, καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ἐξ Ἀρκτικῶν μερῶν τοῦ Πόντου ἔθνεσι, καὶ ὅλῃ τῇ Ἀλανίᾳ, [b] καὶ Ἀλβανίᾳ" καὶ Ὠτηνῇ, καὶ Σαυνίᾳ, καὶ ἐν Χρυσῇ οὐκ ἔστιν ἰδεῖν, οὐ Τραπεζίτην, οὐ Πλάστην, οὐ Ζωγράφον, οὐκ Ἀρχιτέκτονα, οὐ Γεωμέτρην, οὐ Φωνάσκον, οὐχ Ὑποκριτὴν ποιημάτων, ἀλλ' ἐστέρηται ὁ τῆς τοῦ Ἑρμοῦ, καὶ τῆς Ἀφροδίτης ἐνεργείας τρόπος ἐν ὅλῳ τῷ κύκλῳ τούτῳ τῆς οἰκουμένης. Οἱ Μῆδοι πάντες τοῖς μετὰ σπουδῆς τρε-

centur, solennitatem quandam per hoc observantes. Ex quibus cùm conceperint, redeunt, & si marem pepererint, abjiciunt, feminas nutriunt. [1] Cumque unius temporis sit omnium partus"; [2] absurdum est, ut in maribus quidem putetur Mars cum Saturno in tempore æquis esse portionibus, in fœminarum verò Genesi nunquam'. [3] Sed neq; Mercurium cum Venere habuisse in domibus propriis positum, ut vel pictores sibi, vel sculptores, vel trapezitas efficiat; aut in domibus Veneris, ut unguentarios, vel vocales, vel poëtas producat: apud Sarracenos, & superiores Libes, & Mauros, & circa ora maris Oceani habitantes, sed & in extremis Germaniæ partibus, & apud Sarmatas, & Scythas, atque omnes, quæ sub axe Septentrionis jacent, Pontici littoris gentes, & in Chrysca insula, nunquam invenitur trapezita, nec sculptor, aut pictor, aut architectus, aut geometres, aut tragœdus, aut poëta: ergo deficit apud eos Mercurii Venerisque constellatio. [4] Ex omni orbe terrarum" [5] Medi tantummodo summâ observantiâ, adhuc spirantes

* ἡγούμενοι legit, vel in Bardesane Auctor Recognitionum, vel in hoc Ruffinus ejus interpres, ut ex Latina versione patet. a κυΐσκουσι Cod. S. Joh. b desunt in Cod. S. Joh.

1 Hoc comma ad præcedentem pertinet periodum, & malè huc trajectum est. 2 Hæc prorsus non habentur in Græco Bardesanis textu, sed à Pseudo-Clemente vel Ruffino adjecta sunt; contra ista: πολεμικαί, &c. plane omissa. 3 Hîc rursus Ruffinus Ruffinum egit, *i.e.* malum interpretem. Sed facilè è Græco Bardesanis textu, vel Latina hujus versione in editione Græco-Latina Eusebii, corrigi poterit. 4 Hæc ad præcedentem pertinent periodum. 5 Ista quoque ex Latina versione Bardesanis corrigenda sunt.

homines, canibus devorandos [1] abjiciunt'': & non ob hoc Martem cum Luna per diurnam Genesin in Cancro positos habent''. Indi mortuos suos incendunt; cum quibus & uxores defunctorum, sponte se offerentes, exuruntur: sed non ideo omnes, quæ vivæ incenduntur, Indorum mulieres, in nocturnâ Genesi sub terrâ habent Solem cum Marte in partibus Martis. Germanorum plurimi laqueo vitam finiunt: nec idcirco omnes Lunam cum hora, [2] Saturno & Marte circumcinctas habent. Sed [3] non'' in omni gente, & in omni die, per omnem diversitatem Genesis, nascuntur homines? [4] Ex quibus omnibus apparet, quia metus legum in unaquaque regione dominatur; & arbitrii libertas, quæ est hominibus insita per spiritum, obtemperat legibus''. Nec cogere potest Genesis, aut Seres [5] homicidium committere, aut Bragmanos carnibus vesci, aut Persas incesta vitare, vel Indos non exuri, aut Medos non à canibus devorari, Parthos non habere plures uxores, aut mulieres Mesopotamiæ non servare pudicitiam, Græcos non exerceri palæstris, [6] Gallorum pue-

φορβοῖς κυσὶ, τοὺς νεκροὺς ἔτι ἐμπνέοντας παραβάλλουσι· καὶ οὐ πάντες σὺν τῇ Μήνῃ τὸν Ἄρεα [a] ἐφημερινῆς'' γενέσεως ἐν Καρκίνῳ ὑπὸ γῆν ἔχουσιν. Ἰνδοὶ τοὺς νεκροὺς καίουσι, μεθ' ὧν συγκαίουσιν ἑκούσας τὰς γυναῖκας· καὶ οὐδήπου πᾶσαι αἱ καιόμεναι ζῶσαι Ἰνδῶν γυναῖκες, ἔχουσιν ὑπὸ γῆν ἐπὶ νυκτερινῆς γενέσεως σὺν Ἄρει τὸν Ἥλιον ἐν * Λέοντι'', ὁρίοις Ἄρεος. Γερμανῶν οἱ πλεῖστοι, ἀγχονιμαίῳ μόρῳ ἀποθνήσκουσι, καὶ οὐ πάντως τὸ πλῆθος τῶν Γερμανῶν, τὴν Σελήνην καὶ τὴν ὥραν μεσολαβουμένας ὑπὸ Κρόνου καὶ Ἄρεος ἔχει. * παντὶ ἔθνει, καὶ πάσῃ ἡμέρᾳ, καὶ παντὶ τόπῳ τῆς γενέσεως γεννῶνται ἄνθρωποι· κρατεῖ δὲ ἐν ἑκάστῃ μοίρᾳ τῶν ἀνθρώπων νόμος καὶ ἔθος, διὰ τὸ αὐτεξούσιον τοῦ ἀνθρώπου· καὶ οὐκ ἀναγκάζει ἡ γένεσις τοὺς Σῆρας μὴ θέλοντας φονεύειν, ἢ τοὺς Βραχμᾶνας κρεοφαγεῖν, ἢ τοὺς Πέρσας ἀθεμίτως μὴ γαμεῖν, ἢ τοὺς Ἰνδοὺς μὴ καίεσθαι, ἢ τοὺς Μήδους μὴ ἐσθίεσθαι ὑπὸ κυνῶν, ἢ τοὺς Πάρθους μὴ πολυγαμεῖν, ἢ τὰς ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ γυναῖκας μὴ σωφρονεῖν, ἢ τοὺς Ἕλληνας μὴ γυμνάζεσθαι [b] γυμνοῖς τοῖς σώμασιν, ἢ τοὺς Ῥωμαίους μὴ κρατεῖν, ἢ τοὺς Γάλλους μὴ γαμεῖσθαι, ἢ τὰ ἄλλα

a ἐφ' ἡμερινῆς rectiùs legitur in Cod. S. Johan. sicuti mox sequitur: ἐπὶ νυκτερινῆς. * Hæc vox in Recognitionibus omissa est. * ἐν hîc forte addendum, sicut & Auctor atque interpres Recognitionum legisse videtur. b γυμνοὺς Cod. S. Johan.

1 *Objiciunt*, Bodl. super D. 1. Art. num. 105. 2 Præpositio *à* addita est in ambobus Codicibus Bodleianis. 3 deest meritò in utroque Codice Bodl. omisso inde signo interrogandi, quod sequitur. 4 In his Paraphrasten potiùs, quam interpretem, egit Ruffinus. 5 adde: *nolentes*. 6 hîc rursum pauca omissa.

Βάρβαρα

βάρβαρα ἔθνη, τῶν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων λεγομένας Μούσαις κοινωνεῖν. ἀλλ', ὡς προεῖπον, ἕκαστον ἔθνος, καὶ ἕκαστος τῶν ἀνθρώπων χρῆται τῇ ἑαυτοῦ ἐλευθερίᾳ, ὡς βούλεται καὶ ὅτε βούλεται, καὶ δουλεύει τῇ γενέσει καὶ τῇ φύσει, διὰ τὴν περίκειται σάρκα, πῆ μὲν ὡς βούλεται, πῆ δὲ ὡς μὴ βούλεται. πανταχῆ γὰρ καὶ ἐν παντὶ ἔθνει εἰσὶ πλούσιοι καὶ πένητες, καὶ ἄρχοντες καὶ ἀρχόμενοι, καὶ ἐῤῥωμένοι καὶ νοσοῦντες, ἕκαστος κατὰ τοὺς τῆς γενέσεως αὐτοῦ κλήρους. Ταῦτα, ὦ Βαρδισάνη, ἄκρως ἡμᾶς πέπεικε, φημὶ αὐτῷ· οἱ δὲ Ἀστρονόμοι φασὶ τὴν γῆν ταύτην μεμερίσθαι εἰς ἑπτὰ κλίματα, καὶ ἄρχειν ἑκάστου κλίματος ἕνα τῶν ἑπτὰ ἀστέρων· καὶ τοὺς διαφόρους νόμους μὴ τοὺς ἀνθρώπους τεθεικέναι ἑαυτοῖς, ἀλλ' ἑκάστου ἄρχοντος πλεονάζειν τὸ θέλημα ἐν τῇ ἰδίᾳ χώρᾳ, ὃν νόμον νενομίκασιν οἱ κρατούμενοι· ἀπεκρίνατο. οὐκ ἀληθὴς ἡ ἀπόκρισις αὕτη, ὦ Φίλιππε. Εἰ γὰρ καὶ διῄρηται ἡ οἰκουμένη εἰς μέρη ἑπτὰ, ἀλλ' οὖν γε ἐν μιᾷ μερίδι εὑρίσκομεν πολλὰς διαφορὰς νόμων. οὐδὲ γὰρ ἑπτὰ νόμοι εἰσὶ κατὰ τοὺς ἑπτὰ ἀστέρας, οὐδὲ δώδεκα κατὰ τὰ Ζώδια, οὐδὲ τριάκοντα ἓξ κατὰ τοὺς δεκανοὺς, ἀλλὰ μυρίοι. Μνημονεύειν τε ὀφείλετε, ὧν προεῖπον, ὅτι καὶ ἐν ἑνὶ κλίματι, καὶ [a] ἐν" μιᾷ χώρᾳ τῶν Ἰνδῶν εἰσιν ἀνθρωποφάγοι Ἰνδοὶ, καὶ εἰσιν οἱ

ros non pati muliebria, vel gentes barbaras Græcorum ſtudiis inſtitui. [1] Sed, ut diximus, unaquæque gens ſuis legibus utitur pro libertatis arbitrio, & decreta Geneſis, legum ſeveritate depellit". [2] Sed dicet aliquis eorum, qui in diſciplina Matheſis eruditi ſunt; [3] Geneſin" in ſeptem partes dirimi, quæ illi climata appellant; dominari verò unicuique climati, unam ex ſeptem Stellis; & iſtas, quas expoſuimus, diverſas leges, non ab hominibus poſitas, ſed ab iſtis principibus, ſecundùm uniuſcujuſque voluntatem; [4] & hoc quod Stellæ viſum eſt, legem ab hominibus obſervatam". Ad hæc ergo reſpondebimus; quod primò quidem non eſt in ſeptem partes orbis terræ diviſus: tum deinde, etſi ita eſſet, in una parte & in una regione invenimus multas differentias legum: & ideo neque ſeptem ſunt ſecundùm numerum Stellarum, neque duodecim ſecundùm numerum ſignorum, neque triginta & ſex ſecundùm numerum decanorum; ſed ſunt innumeræ. Meminiſſe autem debemus eorum quæ ſuprà enumerata ſunt; quod in una Indiæ regione ſunt, & qui hominum carnibus veſcantur, & ſunt qui etiam à pecudibus, vel avibus, omnibuſque animantibus abſtineant;

a Deeſt.

1 Hanc periodum malè vertit Ruffinus, & ſequentem plane omiſit. 2 Hîc diverſas connectendi formulas obſerva. 3 Sive Auctor, ſive Interpres Recognitionum, vocem γῆν, quæ eſt in Bardeſanis textu, contractè ſcriptam fuiſſe ratus, male mutavit in Geneſin. 4 Hæc quoque ex Græco, vel Latina Bardeſanis verſione, corrigenda ſunt.

& quia Magusæi non solùm in Perside matres ac filias accipiunt in matrimonium, sed & in omni gente, ubicunque habitaverint, majorum suorum incesta instituta custodiunt. Tum præterea & innumeras gentes memoravimus, quæ penitus studia nesciunt literarum. Sed & [1] aliquanti sapientes viri, ipsas leges in nonnullis commutaverunt locis": aliæ verò etiam sponte pro sui vel impossibilitate, vel inhonestate, derelictæ sunt. Certè, quod in promptu est noscere, quanti Imperatores gentium, quas vicerant, leges & instituta mutarunt, & suis eas legibus subjecerunt? [2] quod evidenter à Romanis factum docetur, qui omnem plene orbem omnesque nationes propriis primò & variis legibus institutisque viventes, in Romanorum jus & civilia scita verterunt'. Superest ergo ut & Stellæ gentium, quæ à Romanis victæ sunt, climata sua partesque perdiderint. Addam adhuc rem, quæ possit etiam valde incredulis satisfacere. Judæi omnes, qui sub lege Moysi vivunt, filios suos octava die absque ulla dilatione circumcidunt, & infantis teneri sanguinem fundunt; [3] à sæculo autem nullus ex Gentibus hoc die octava perpessus est; & è contra Judæorum nullus omisit. Quo

ἐμψύχων ἀπεχόμενοι· καὶ ὅτι οἱ Μαγουσαῖοι οὐκ ἐν Περσίδι [a] μόνῃ" τὰς * θυγατέρας γαμοῦσιν, ἀλλὰ καὶ ἐν παντὶ ἔθνει, ὅπου ἂν οἰκήσωσι, [b] τοὺς τῶν προγόνων φυλάσσοντες νόμους, καὶ τῶν μυστηρίων αὐτῶν τὰς τελετάς"· ἀλλὰ καὶ πολλὰ βάρβαρα ἔθνη κατελέξαμεν, τά τε ὄντα ἐν Μεσημβρίᾳ, καὶ Δύσει, καὶ Ἀνατολῇ, καὶ Ἄρκτῳ, τουτέστιν ἐν διαφόροις κλίμασι, μὴ μετέχοντα ἑρμαϊκῆς ἐπιστήμης. Πόσοι, νομίζετε, σοφοὶ ἄνδρες παρήγαγον τοὺς κακῶς κειμένους νόμους, πόσοι δὲ νόμοι ὑπὸ τῆς ἀπορίας κατελύθησαν; πόσοι βασιλεῖς κρατήσαντες ἐθνῶν, παρήγαγον τοὺς πρὸ αὐτῶν νόμους, καὶ ἔθεντο τοὺς ἰδίους; καὶ οὐδεὶς τῶν ἀστέρων ἀπώλεσε τὸ ἴδιον κλίμα. Χθὲς οἱ Ῥωμαῖοι τῆς Ἀραβίας κρατήσαντες, τοὺς τῶν Βαρβάρων νόμους ἤλλαξαν· ἕπεται γὰρ τὸ αὐτεξούσιον τῷ αὐτεξουσίῳ. Τὸ δὲ δυνάμενον πεῖσαι καὶ τοὺς ἀπίστους, ἐκθήσομαι ὑμῖν. Ἰουδαῖοι πάντες οἱ διὰ Μωσέως δεξάμενοι νόμον, τοὺς γεννωμένους ἄῤῥενας παῖδας ἐν τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ αἱμάσσουσι περιτέμνοντες, οὐκ ἀστέρος παρουσίαν ἀναμένοντες, οὐ κλίματος ἐξουσίαν [c] ἐκτρεπόμενοι", οὐχ ὑπὸ νόμου ἀλλοτρίας χώρας ἀγόμενοι· ἀλλ' εἴτε ἐν Συρίᾳ τυγχάνουσιν, εἴτε ἐν Γαλλίᾳ,

a μόνον. * μητέρας καὶ θυγατέρας, legit Auctor Recognitionum. b τὰς τῶν μυστηρίων αὐτῶν τελετὰς φυλάσσοντες. c ἐντρεπόμενοι, rectiùs legitur in Cod. S. Joh.

1 *Quanti* in utroque Codice Bodleiano, sequente post vocem *locis* signo interrogationis. 2 Hîc Pseudo Clemens coactus est, Græcum Bardesanis textum mutare, ut ratio temporis constaret. 3 abhinc usque ad finem, liberum nimis Interpretem ac Paraphrasten egit Ruffinus.

εἴτε

εἴτε ἐν Ἰταλίᾳ, εἴτε ἐν Ἑλλάδι, [a] ἢ ἐν Παρθίᾳ", ἢ ὅπου ἂν ὦσι, τοῦτο ποιοῦσιν. Ὅπερ οὐκ ἔστι κατὰ γένεσιν· οὐ γὰρ δύνανται πάντες Ἰουδαῖοι μίαν γένεσιν ἔχειν· ἀλλὰ καὶ δι᾽ ἡμερῶν ἑπτὰ, πάντες ὅπου ἂν ὦσιν, ἀργοῦσιν ἐκ παντὸς ἔργου, καὶ οὔτε ὁδεύουσιν, οὔτε πυρὶ χρῶνται· οὔτε ἀναγκάζει ἡ γένεσις Ἰουδαίον, οὐ κτίσαι οἶκον, οὐ καταλῦσαι, οὐκ ἐργάσασθαι, οὐ πωλῆσαι, οὐκ ἀγοράσαι ταῖς ἡμέραις τοῦ σαββάτου.

modo ergo in hoc ratio Genesis ſtabit? cum per cunctas orbis terræ partes, omnes Judæi admiſti Gentibus vivant, & octava ferrum perferant die, unius in membri loco: & nemo Gentilium, ſed ipſi ſoli, ut dixi, hoc faciunt; non Stellâ cogente, nec perfuſionem ſanguinis perurgente, ſed lege religionis adducti; & in quocunque orbis loco fuerint, hoc eſt eis inſigne vernaculum. Sed & quod unum nomen omnibus ineſt, ubicunque fuerint; nunquid & hoc per Geneſim venit? Et quod nunquam apud eos infans natus exponitur: & quod ſeptimo quoque die omnes, ubicunque fuerint, otium gerunt, nec iter incedunt, nec igni utuntur. Quid eſt ergo, quod nullum Judæorum in illa die cogit Geneſis, aut iter agere, aut ædificare, aut vendere aliquid, aut emere"?

Aliam pericopen Græci textûs Recognitionum Lib. X. §. 10. uſque ad 13. legimus in Origenis Philocalia, excerptam ex hujus Tomo III. Explanationum in Geneſin. Verùm dictam pericopen cum Latino textu Pſeudo-Clementis & Scriptore Actorum S. Sebaſtiani accuratè contulit Cotelerius in Notis ad iſtum locum, adeo ut meâ hîc operâ non ſit opus. Sequitur ergo

Fragmentum Latini textus Recognitionum Pſeudo-Clementis,

Iſta ſcilicet ſupra pag. 281. memorata periodus, quæ ad calcem Libri X. annexa legitur in Cod. 105. Bodl. ſuper D. 1. Art.

Quibus cognitis, Petrus poſtera die convenire populos jubet, & uno ex his, qui ſequebantur eum, ordinato Epiſcopo, & aliis Presbyteris, plurimum quoque populum baptizavit, omneſque, qui erant vexati languoribus, ſanitati reſtituit.

a Deſunt in Cod. S. Johannis.

Fragmenta Κλημεντίων *ſive Sermonum Pſeudo-Clementis.*

Jam ſupra pag. 268. & 288. dixi, olim extitiſſe Sermones quoſdam Clementi R. adſcriptos, horumque primum ab Anaſtaſio Quæſt. 96. allegatum eſſe. En verò ipſa Anaſtaſii, & ab eo citati Clementis verba ex edit. Gretſeri pag. 526.

Sanctus autem & Apoſtolicus Doctor Clemens, in primo Sermone de Providentia & juſto Dei judicio tale quid ait: quemadmodum cum fieri poſſit, ut & nunc Deus formet homines juxta primam illam Adami formationem, non tamen ampliùs ita facit, eò quod ſemel homini homines generare conceſſerit, his verbis ad naturam noſtram prolatis: *Creſcite, & multiplicamini, & replete terram*; ſic, inquit, omnipotenti & provida ſuâ virtute etiam corporum reſolutionem ac finem naturali quadam conſequentiâ & ordinatione per mutationem elementorum fieri conſtituit, ſecundam ſubſtantialem ſuam cognitionem divinam & comprehenſionem. Audiiſti ſacram vocem Patris Patrũ, quæ docet, &c.

Ὁ δὲ ἱερὸς καὶ Ἀποστολικὸς διδάσκαλος Κλήμης, ἐν τῷ περὶ προνοίας καὶ δικαιοκρισίας Θεοῦ πρώτῳ λόγῳ, τοιοῦτόν τι λέγει· ὥσπερ δυνατὸν καὶ νῦν * ἄνθρωπον πλάττειν ἀνθρώπους κατὰ τὴν προτέραν τοῦ Ἀδὰμ διάπλασιν, οὐκ ἔτι οὕτω ποιεῖ, διὰ τὸ ἅπαξ χαρίσασθαι τῷ ἀνθρώπῳ ἀνθρώπους γεννᾷν, εἰπὼν πρὸς τὴν φύσιν ἡμῶν τό· Αὐξάνεσθε, καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν· οὕτω, φησὶ, τῇ παντεξουσίῳ καὶ προνοητικῇ αὐτοῦ δυνάμει καὶ τὴν τῶν σωμάτων διάλυσιν καὶ τελευτὴν, φυσικῇ τινι ἀκολουθίᾳ καὶ τάξει, τῇ τῶν στοιχείων μεταβολῇ ᾠκονόμησε γίνεσθαι, κατὰ τὴν οὐσιώδη αὐτοῦ θεογνωσίαν καὶ κατάληψιν. * Ἤκουσαι φωνῆς ἱερᾶς Πατρὸς Πατέρων, διδασκούσης, &c.

Plures præter *primum* iſtum Sermones Pſeudo-Clementis extitiſſe jam ſupra pag. 268. notavi, & in quodam horum doctrinam *de Spiritu S.* expoſitam fuiſſe, p. 288. conjeci, quia Cotelerius in Notis ad Lib. I. Recognit. cap. 24. ex Bibliothecæ Regiæ Cod. MS. 1026. fragmentum aliquod deſcripſit, cujus hæc eſt inſcriptio: Τοῦ ἁγίου Κλήμεντος ἐπισκόπου Ῥώμης, μετὰ τὸν Ἀπόστολον Πέτρον τοῦ Ἀποστολικοῦ θρόνου ἡγησαμένου, εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα, *S. Clementis Epiſcopi Romæ,*

* Θεὸν pro ἄνθρωπον legendum eſſe, ipſe contextus liquido oſtendit, unde in verſione *Deum*, non *hominem*, poſui. * lege ἤκουσας.

qui

qui post Apostolum Petrum sedi Apostolicæ præfuit, in Spiritum S sive *de Spiritu S.* At verò nusquam ulla mentio peculiaris libri *de Spiritu S.*, qui sub Clementis nomine prodierit, occurrit; unde in una dictarum homiliarum de hac materia tractatum fuisse colligo. Atqui istud quidem fragmentum apud Cotelerium loco cit. legi potest; est autem aliud dictum, quod ex eodem Sermone de Spiritu S. petitum puto, quia in Basilii Libro de Spiritu S. cap. 29. id allegatum reperio & ex Tom. II. operum Basilii pag. 218. huc transscribo:

Ἀλλὰ καὶ ὁ Κλήμης ἀρχαϊκώτερος· ζῇ, φησιν, ὁ θεὸς, καὶ ὁ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον.

Sed & antiquior Clemens: Vivit, inquit, Deus & Dominus Jesus Christus, & Spiritus sanctus.

Ex aliqua harum homiliarum etiam depromptum puto, quod Cotelerius, inter testimonia Veterum de Clementinis, ex Auctore Collectaneorum de dogmatibus fidei ex Scriptoribus Ecclesiasticis, descripsit, & quidem ex cap. 1. περὶ τῆς ἐν τριάδι καὶ ἐν μονάδι Θεολογίας. Denique Auctor Chronici Alexandrini pag. 64. allegavit Κλημέντια, & quædam exinde de Nembrodo citavit verba, quæ Cotelerius inter Testimonia Veterum de Recognitionibus Clementis recitavit, cum tamen neque in his, neque in Clementinis ab ipso editis, reperiantur, licet alia de Nembrodo utrobique referantur; Unde ex istis Homiliis petita esse suspicari licet. Equidem objicere aliquis posset, ab Auctore tam Chronici Alexandrini, quam Collectaneorum istorum ex Patribus, verba illa, non tanquam Clementis, sed ipsius Petri à Clemente consignata allegari. Verùm quis scit, utrum non & istæ, quas Anastasius allegavit, homiliæ à Pseudo-Clemente quidem scriptæ, eique inde adscriptæ fuerint, non tamen illius ipsius, sed Pseudo-Petri doctrinam complexæ fuerint. Nolim tamen hâc de re cum quoquam contendere, qui Anastasii sermones Clementinos à Κλημεντίοις in Chronico Alexandrino & Damasceni florilegio allegatis distinguere malit, cum spurios esse foetus istos constet.

Cæterùm identidem Clementem citatum reperio sine designatione cujusdam tractatûs, adeo ut, quem Auctores respexerint, vix ac ne vix quidem sciri queat. Sic verba gratia Pseudo-Dionysius Areopagita Lib. de Divinis nominibus cap. 5. §. 9. scribit: ὁ Φιλόσοφος ἀξιοῖ Κλήμης, καὶ πρός τι παραδείγματα λέγεσθαι, τὰ ἐν τοῖς οὖσιν ἀρχηγικώτερα, *Clemens Philosophus vult, ad aliquid dici exemplaria, quæ sunt in rebus principalia.* In quem locum Maximus, *Ubi,* inquit, *Sanctus Clemens hæc dixerit, minimè indicavit* (Dionysius). Similiter in disputatione Pseudo-Athanasii cum Ario in Concilio Nicæno hic ad illum ait, Tom. I. Operum Athanasii

pag.

pag. 135. *Σὺ δὲ τί φὴς με ἀΐδιον συντίθεσθαι τὸ θεῖον; οὐκ ἐπηκροάσω ποτὲ Κλήμεντος τοῦ παρακολουθήσαντος Πέτρῳ τῷ Ἀποστόλῳ, ὃς καθαιρεῖ τὴν τοιαύτην δόξαν. Sed tu mihi vis æternum illum Deum ex partibus constitui. An non unquam audivisti, Clementem, Petri Apostoli sectatorem, qui istiusmodi opinionem subruit?* Ubi Clemens id fecerit, nescio, ac proinde filum abrumpo, id tantum ad superiora addens, nempe quod aliqui definitiones quoque quasdam Theologicas Clementi attribuerint de quibus Anastasius in fine cap. 1. ὁδηγοῦ ita scribit: *Κλήμης ὁ πολὺς ἐν σοφίᾳ καὶ γνώσει πεποίηκεν ἰδιαζόντως ὅρους ἐκκλησιαστικῶν δογμάτων, ὡς φοιτητὴς, καὶ θρέμμα γνήσιον ὑπάρχων τῶν ἁγίων Πέτρου καὶ Παύλου μάλιστα τοῦ πανσόφου. Præstantissimus ille sapientiâ & doctrinâ Clemens composuit proprias Ecclesiasticorum dogmatum definitiones, tanquam genuinus sanctorum Petri & maxime sapientissimi Pauli discipulus.* Continentur istæ definitiones ejusdem ὁδηγοῦ capite 2. cujus hæc est inscriptio: *ὅροι διάφοροι κατὰ τὴν παράδοσιν καὶ πίστιν τῆς ἁγίας καθολικῆς Ἐκκλησίας λεγόμενοι, συλλεγέντες ἀπό τε Κλήμεντος καὶ ὁσίων πατέρων, Variæ definitiones secundum traditionem & fidem sanctæ Catholicæ Ecclesiæ, à Clemente & sanctis Patribus collectæ,* &c. Idem quoque est titulus sive principium Tractatûs περὶ ὅρων Tom. II. operum Athanasiii pag. 42. qui cum cap. 2. Anastasii in pluribus convenit. Sed neque iste Pseudo-Athanasius, neque Anastasius, distinctè, quænam Clementis, quæque aliorum Patrum sint definitiones, indicavit, ideoque illas inde excerpere haud possum, si velim: quanquam fatear me istarum quisquiliarum pertæsum esse, indeque finem tandem verborum de Pseudo-Clementis operibus eorumque fragmentis faciam, ut eò citius ad Tomum II. sive Spicilegium S. Patrum & Hæreticorum Seculi II. manum admoveam, ubi utiliora quædam Collectanea sistam.

Restant duo celebres viri Apostolici, qui Seculo I. aliqua scripsere, nempe S. *Barnabas* & *Hermas*, de quorum scriptis hîc agere nolo, quoniam vix aliqua eorum fragmenta reperire potui, quæ non edita sint. Unam tamen sententiam S. Barnabæ, quæ in epistola ejus non extat, hîc describo

Ex Codice Baroc. 39.

Barnabas Apostolus ait: in malis certaminibus infelicior est, qui vincit: abit enim, plus habens peccati.

Βαρνάβας ὁ Ἀπόστολος ἔφη· ἐν ἁμίλλαις πονηραῖς ἀθλιώτερος ὁ νικήσας, διότι ἀπέρχεται πλέον ἔχων τῆς ἁμαρτίας.

Est in hoc Codice collectio quædam sententiarum ex sacris & profanis Scriptoribus, juxta ordinem Alphabeti cœpta, sed non ad

ad finem perducta. Atque inter Auctores, quorum nomina à B. incipiunt, unicum hoc S. Barnabæ (quem Collector iste perinde ut S. Lucas Act. XIV. v. 14. & Clemens Lib. II. Strom. p. 373. & 375. *Apostolum* vocat) dictum reperitur, non tamen additur, unde depromptum sit. Dicerem petitum esse ex Didascalia Barnabæ, siqua extitisset; sed cum Clementis quidem, ut & Ignatii & Polycarpi, διδαχῆς mentio hîc illîc fiat, nulla autem in aliquo Auctore vel Indiculo Apocryphanum Scripturarum occurrat διδαχὴ Barnabæ, hinc modo recitatam sententiam desumptam conjicio ex *Evangelio secundum Barnabam*, quod memoratur in Decreto Gelasii, & in Indiculo Scripturarum, quem ex Cod. 1789. Regis Galliæ descriptum exhibuit Coteler ius Annot. I. ad Constitutiones Apostolicas. Aliud dictum, tanquam Barnabæ, citat Clemens Alexandrinus Lib. VI. Stromat. pag. 646. C. sed ex lapsu memoriæ *Barnabam* pro *Clemente* posuit, siquidem in hujus Epist. I. ad Corinthios §. 48. non autem in illius Epistola Catholica, istud habetur.

Similiter de Herma nihil necesse est dicere, quoniam satis dixit Cotelerius in principio Annotationum in Pastorem, & adeo solerter Græci textûs fragmenta collegit, ut vix ullum Spicilegio locum reliquerit. Unicum tamen fragmentum inveni in antiqua MS. Catena Græcorum Patrum in Acta Apostolorum & epistolas Catholicas, quæ est hîc Oxonii in Bibliotheca Collegii Novi, in qua fol. 179. pag. 1. ad explicationem verborum S. Jacobi cap. I. v. 6. aliqua Hermæ ex Lib. II. Pastoris Mandat. 9. allegantur, quæ quidem & Antiochus Homil. 85. tacito Hermæ nomine sua fecit, indeque descripsit Cotelerius, attamen paulisper mutata; unde ea magis Græco textui consonantia ex dicta Catena Patrum huc transferre volui.

Ἐκ τοῦ Ποιμένος ἐντολ. θ.

Ἆρον * σεαυτοῦ τὴν διψυχίαν, καὶ μηδὲν ὅλως διψυχήσῃς αἰτήσασθαι παρὰ τοῦ θεοῦ, λέγων ἐν σεαυτῷ, ὅτι πῶς δύναμαι αἰτήσασθαί τι παρὰ τοῦ κυρίου καὶ λαβεῖν, ἡμαρτηκὼς τοσαῦτα εἰς αὐτόν. Μὴ διαλογίζου ταῦτα, ἀλλ' ἐξ ὅλης καρδίας σου ἐπίστρεψον ἐπὶ τὸν κύριον, καὶ αἰτοῦ παρ' αὐτοῦ ἀδιστάκτως, καὶ γνώσῃ τὴν πολυσπλαγχνίαν αὐτοῦ, ὅτι οὐ μή σε ἐγκαταλείπῃ, ἀλ-

* ἀπὸ forte addendum.

Ex Pastoris Mandato IX.

Tolle à te dubitationem, & nihil omnino dubites, petens aliquid à Domino, nec dicas intra te: Quomodo verò possum aliquid petere à Domino & obtinere, cum sim peccator tantorum malorum in Dominum? Noli hoc cogitare, sed ex totis præcordiis convertere ad Dominum. Pete sine dubitatione, & scies misericordiam Domini, quod non te derelinquet; sed

petitionem animæ tuæ adimplebit. Non eſt enim Deus ſicut homines, memores injuriarum, ſed eſt immemor injuriarum, & miſeretur figmenti ſui.

λὰ τὸ αἴτημα τῆς ψυχῆς σου πληροφορήσει. οὐκ ἔστι γὰρ ὁ θεὸς ὡς οἱ ἄνθρωποι οἱ μνησικακοῦντες ἀλλήλους, ἀλλ' αὐτὸς ἀμνησίκακός ἐστι, καὶ σπλαγχνίζεται ἐπὶ τὴν ποίησιν αὐτοῦ.

Aliud forte fragmentum Græcum huic addere poſſem, ſi Græca Commentaria Origenis ſuper Matthæum integra ſupereſſent. Nam in Latina verſione Tract. xxx. in Matthæi cap. xxiv. ubi parabola ficûs explicatur, hæc legimus à Cotelerio non obſervata: *In aliqua parabola refertur Paſtoris, ſi cui placeat etiam illum legere librum, quoniam ſeculum præſens hyems eſt juſtis, qui apparent ſimiles proximis ſuis naturâ, & arboribus videlicet cæteris ſiccis, tempore autem opportuno in fructibus ſuis apparent.* Quæ habentur Lib. III. Paſtoris Similitudine 3. Sed notum eſt, quod Græcus textus dictorum Origenis Commentariorum tantùm uſque ad capitis xxii. medium ſit ſuperſtes, exceptis paucis fragmentis, quæ in Catenis Patrum ſuper ſequentia capita habentnr, inter quæ tamen citatus locus non comparet. Eſt quidem & alius à Cotelerio haud indicatus locus in Commentariis Origenis ſuper Matthæum, & quidem Græcis, ubi Paſtor Hermæ citatur, nempe Tom. xiv. in cap. xix. pag. 361. E. ubi hæc leguntur verba: Εἰ δὲ χρὴ τολμήσαντα καὶ ἀπό τινος φερομένης μὲν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ γραφῆς, οὐ παρὰ πᾶσι δὲ ὁμολογουμένης εἶναι θείας, τὸ τοιοῦτον παραμυθήσασθαι, ληφθείη ἂν τὸ ἀπὸ τοῦ ποιμένος περί τινων ἅμα μὲν τῷ πιστεύειν ὑπὸ τῷ Μιχαὴλ γινομένων, διὰ δὲ φιληδονίαν ἀποπιπτόντων ἐκείνου, καὶ γινομένων ὑπὸ τὸν τῆς τρυφῆς, εἶτα ὑπὸ τὸν τῆς τιμωρίας, μεθ' ὃν ὑπὸ τὸν τῆς μετανοίας, &c. *Sin ad id emolliendum libro uti audebimus, qui in Eccleſia quidem circumfertur, ſed ab omnibus pro divino non habetur, illud adhibeamus, quod in Libro Paſtoris de quibuſdam traditur, qui ſtatim atque fidem amplexi ſunt, Michaeli ſubjiciuntur, ſed propter voluptatis ſtudium illius tutela excidunt, & ei qui deliciis, deinde verò alteri, qui ſuppliciis, atque ei poſtmodum, qui pœnitentiæ præfectus eſt, ſubduntur,* &c. In quibus verbis reſpicit ad Lib. III. Similitud. 8. §. 3. Verum ſenſum potiùs Hermæ, quam ipſa ejus verba expreſſit, ideoque non eſt, ut hiſce immoremur.

Poſt

Post fragmenta Scriptorum Catholicorum sequitur tenue Spicilegium Hæreticorum, quos in agro mundi, ubi triticum seminatum erat à Domino, mox tanquam Zizania superseminavit Diabolus, proseminator ac parens mendacii ac erroneorum hominum, qui veritatem Dei & filii ejus Jesu Christi ore scriptisque negarunt ac oppugnarunt. Horum primus tempore Novi Testamenti fuit

SIMON MAGUS,

Quem πρωτότοκον Διαβόλου υἱὸν, *primogenitum Diaboli filium*, idcirco appellat Epistolæ S. Ignatii ad Trallianos interpolator §. 11. quemque S. Polycarpus præcipuè respicere videtur *, dum scribit Epist. ad Philipp. §. 7. *Omnis qui non confessus fuerit, Jesum Christum in carne venisse, Antichristus est, & qui non confessus fuerit martyrium crucis, ex Diabolo est, & qui eloquia Domini traduxerit ad desideria sua, dixeritque, neque resurrectionem, neque judicium esse, hic primogenitus est Satanæ.* Quibus verbis cuncta fere errorum Simonis Magi capita recenset, distinctiùs & latiùs exposita apud Irenæum, Epiphanium aliosque veteres & recentiores Hæreseon enarratores. Meum jam non est de iis agere, sed solùm fragmenta librorum Simonis Magi colligere. Aliquos enim ab ipso scriptos esse innuit Auctor Recognitionum Clementis Lib. II §. 38. & clariùs docet alter Pseudo-Clemens Lib. VI. Constit. Apostol. cap. 16. ubi Apostoli ita loquentes introducuntur: Οἴδαμεν, ὅτι οἱ περὶ Σίμωνα καὶ Κλεόβιον, ἰώδη συντάξαντες βιβλία, ἐπ' ὀνόματι Χριστοῦ καὶ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, περιφέρουσιν εἰς ἀπάτην ὑμῶν τῶν πεφιληκότων Χριστὸν, καὶ ἡμᾶς τοὺς αὐτοῦ δούλους. Quorum verborum versionem dedi in principio hujus Tomi p. 4. τοὺς περὶ Σίμωνα καὶ Κλεόβιον, Latinè reddens: *Simonem & Cleobium, quique his adhærent*, non nudè *Simonem & Cleobium*, ut in editis Latinis legitur. Equidem non nego, per τοὺς περὶ τὸν δεῖνα aliquando unicum hominem sine sodalitio denotari, ut in Commentariis Græcæ linguæ ostendit

* Vide Notas ad hanc paginam in fine hujus Tomi.

Guil. Budæus, & ex eo Uſſerius in Notis ad interpolatam Ignatii epiſtolam ad Smyrnæos, §. 3. ſæpiùs tamen iſtâ phraſi ſocii unà cum eorum primipilo indicantur, ut partim ex citatis Auctoribus, aliiſque diſcere eſt. Et ita hîc quoque accipere malo, quia non modò ipſe Simon Magus, ſed & aſſeclæ ejus libros ediderunt, teſte Auctore præfationis Arabicæ ad Concilium Nicænum, quam ex Arabicis Orientalium Codicibus Latinè vertit Abrahamus Echellenſis Tom. 2. Concil. Labbei col. 386. *Sibi autem perfidi iſti* (Simoniani) *Evangelium effinxerunt, quod in quatuor tomos ſecantes, librum quatuor angulorum & cardinum mundi appellarunt.* Quomodocunque autem verba Conſtitutionum Apoſtolicarum intelligantur, ipſum Simonem Magum libros quoſdam edidiſſe, hoſque adhuc Collectoris iſtarum Conſtitutionum ævo, id eſt, quarto poſt Chriſtum natum ſeculo exeunte, ſuperſtites fuiſſe inde conſtat, ut & ex Hieronymi Commentariis in Matthæi caput XXIV. ubi aliqua ex illis verba citat, inferiùs recitanda. Imo decimo adhuc ſeculo extitiſſe, ex Moſe Barcepha colligitur, qui aliqua eorum fragmenta nobis conſervavit.

Quænam materia *voluminum* Simonis Magi, ut Hieronymus ea appellat, fuerit, colligere eſt ex ſequentibus loco citato Conſtitutionum Apoſtolicarum verbis: Τοιαῦτα καὶ νῦν ἐποίησαν οἱ δυσώνυμοι, διαβάλλοντες δημιουργίαν, γάμον, πρόνοιαν, τεκνογονίαν, νόμον, προφήτας· βάρβαρά τινα ὀνόματα ἐγγράφοντες, καὶ ὡς αὐτοί φασιν, ἀγγέλων, τὸ δ' ἀληθὲς εἰπεῖν, δαιμόνων, τῶν αὐτοῖς ὑπηχούντων. *Conſimiles libros nunc quoque ediderunt inauſpicati homines, calumniantes creationem, nuptias, providentiam, procreationem liberorum, Legem, Prophetas; adſcribentes barbara quædam nomina, ſcilicet, ut ipſi dicunt, Angelorum, ut verum autem dicatur, dæmonum, quorum afflatu loquuntur.* Ex quibus aliqua ſaltem, præſertim priora, libros Simonis concernunt, utpote quem contra creationem Dei varia in ſcriptis ſuis objeciſſe, fragmenta eorum in Moſe Barcepha ſatis oſtendunt. Atque ex his etiam patebit, libros Simonis, ſaltem aliquos, formam diſ-

putationum

putationum habuisse, quibus doctrinam Mosis, Prophetarum & S. Apostolorum de creatione mundi aliisque impugnavit. In qua conjectura confirmor, dum apud Pseudo-Dionysium Areopagitam Lib. de Divinis nominibus cap. 6. §. 2. memoratos lego τῆς παρανοίας Σίμωνος ἀντιῤῥητικοὺς λόγους, i. e. *vesani Simonis refutatorios sermones*, nempe contra vitam æternam, sive immortalitatem animarum, adeo ut hanc quoque Simon in scriptis suis impugnaverit, sicuti in disputatione cum Petro eam inficias ivit Lib. III. Recognit. §. 29. & seqq. Et videri quidem poterat Pseudo-Dionysius ad disputationem Simonis cum Petro, quæ loco citato legitur, respexisse, nec non Moses Barcepha Syrus, quæ habet Simonis verba, à Pseudo-Clemente mutuatus esse. Verùm nulli ibi Simonis Magi λόγοι ἀντιῤῥητικοὶ sive argumenta immortalitatem animæ impugnantia, sed simplex ejus negatio; Mosis autem Barcephæ aliqua quidem Lib. II. Recognit. §. 53. habentur, non verò omnia, adeo ut is objectiones Simonis contra creationem, sive ipsum potius creatorem, ex eodem, ex quo Auctor Recognitionum, fonte derivasse videatur, ipsis scilicet Simonis Magi voluminibus. Cæterùm ne venenum pessimi hujus Magi sine antidoto proponerem, placuit simul Mosis Barcephæ responsiones, sicque totum ejus textum huc transscribere, Simonis tamen verbis diverso charactere notatis. Sequuntur itaque

Fragmenta Librorum Simonis Magi.

Hieronymus in Commentario ad cap. XXIV. Matthæi ad ista verba. Multi venient in nomine meo, &c.

Quorum unus est Simon Samaritanus, quem in Actibus Apostolorum legimus, qui se magnam dicebat esse Dei virtutem, hæc quoque inter cætera in suis voluminibus scripta dimittens: *Ego sum sermo Dei, ego sum speciosus, ego paracletus, ego omnipotens, ego omnia Dei.*

Moses Bar-cepha, Syrus Episcopus Part. III. *Commentariorum de Paradiso cap.* 1. *p.* 200. *& seqq. editionis Antverpiensis anno* 1569. *in* 8vo.

Objicit Simon Magus, inquiens: ***Deus ille, qui Adamum condidit, impotens erat atque imbecillis; neque enim efficere potuit, ut maneret Adamus, qualem esse volebat.*** Ad hæc respondemus, mansisse Adamum, qualem ipsum & esse, & manere volebat Deus conditor effectorque ipsius: volebat enim Deus ipsum pollere suopte arbitrio, atque liberum esse, non autem naturam habere vinctam & obnoxiam, qualem habent bruta animantia, & eæ res, quæ animæ expertes sunt. Atqui profecto si voluisset Deus Adamo liberum esse suum arbitrium, hic verò non obtinuisset arbitrium liberum, neque is fuisset, quem esse volebat ejus parens Deus, sed prorsus alius, ac tum demum isti calumniæ locus fuisset. Sed instat Simon: ***Deus volebat, ne ederet Adamus de illa arbore: at is edit; non ergo mansit, qualem manere volebat Deus: conficitur ergo, parum potentem fuisse Adæ Creatorem.*** Imo verò id ipsum, quod edit de Arbore, argumento est mansisse, qualem volebat Deus manere: ea enim erat Dei voluntas, ut constaret, Adamum esse liberum, atque cum libero arbitrio conditum; idque certo ita se habere, inde potissimum sciri potuit, quòd appareret, in ipsius esse positum facultate, & edere, & non edere de illa Arbore, Legemque vel observare, vel violare. Posteaquàm igitur jussus abstinere non abstinuit, libero prorsus Arbitrio se ostendit præditum esse, qualem ipsius effector Deus & esse, & manere voluerat. Neque verò Adamus vescebatur eâ Arbore, victâ superatâque Conditoris Dei voluntate; sed Creatore ipsi permittente, ut quod Arbitrii ejus libertas dictaret, id porrò ageret, faceret, patraret. Præterea, nisi liberi Arbitrii Adæ facultatem rebellio illa prodidisset, qua re tandem perspici potuisset maxima obsequii præstantia, quod postea ille amplexurus erat, & per id rediturus ad pristinum suum ordinem, gradumque? quippe cùm esset bonum, quod ipse patraret, non solum Creatoris sui munus, verùm etiam ipsius proprium opus. Porrò ampliùs etiam urget Simon, aitque: ***Volebat Deus Adamum manere in Paradiso; at ipse per suum flagitium inde cecidit; erat ergo impotens Adæ effector Deus, ut qui pro sua voluntate illum in Paradiso retinere nequiverit.*** Sed respondemus, Deum, ubi Adamum condidisset atque in Paradiso posuisset, prorsus liberum ipsi fecisse, ut vel observata Lege inibi maneret, vel fractâ inde exiret. Igitur cùm ea illi voluntas fuisset ut imperatam Legem transiliret, meritò extrusus est Paradiso & morte etiam damnatus, propter admissum peccatum scilicet, & simul ne ipsius pravitas foret immortalis,

talis, qualis est diaboli. Accedit huc, ut metu mortis, cujus per sententiam reus erat, causam mortis, peccatum vitaret, & huic contrariæ Justitiæ operam daret; denique cum olim ex ipsius posteritate futuri essent Martyres, lata est adversus illum mortis sententia, ut hi per mortem pro sua in Deum pietate atque reverentia obitam, coronas adipisci possent Justitiæ. Sed ut revertamur unde paululum digressi sumus: Si propterea, Simon Mage, Deum invalidum vocas, quia Adamum cum libero arbitrio creavit, quo ille præditus, adversus edicta Creatoris sui facere posset, ut etiam hodie imbecillum Deum esse dicas, necesse fuerit: jussit enim, ne homicidia, adulteriave committerent mortales; & tamen hæc atque alia adversum Legem Dei patrant. Sed enim utare, ut libet, eo tuo argumento Simon; at interim nobis respondeto: volentene Deo faciunt homines adversus Legem, an nolente? Sane si nolente, consequens est, imbecillis eum etiam nunc viribus esse; quippe quo nolente, quæ præscripsit, violantur. Sin volente, erit ipse sibi adversus, ut qui ea verbis jusserit, quæ reipsa fieri noluerit; & mortales voluntati illius paruisse dicentur, qui contra mandata fecerint: quod profecto absurdum est. Rursus, libentene, an invito Deo, patrant homines, quæ improba sunt? Si libente, erit ipse quoque improbus, qui vitiis delectetur: Sin invito, cur non impedit? At si coercere illos ab eo, quod pravum est, designando non potest, conficitur certe, viribus ipsum etiam nunc non pollere: vel si non vult, rursum pravus ut ipsius sit, consequitur, quia prava dissimulet. Est porro etiam aliud Simonis Magi argumentum, quo Deum Adami conditorem improbitatis atque invidiæ arcessere nititur: Nam *interdixit* (inquit) *Adamo Arbore Scientiæ boni & mali; qua gustata potuisset ille inter bonum malumque dijudicare, atque hoc fugere, illud persequi.* Sed respondemus, Deum haud ideo vetuisse Adamum vesci fructu Arboris Scientiæ, ne bonum amplecteretur, malumque vitaret, ut calumniatur Simon; ipsa enim res Simonis verba redarguit mendacii: nam edit quidem de Arbore Scientiæ Adamus, & quid bonum, quid malum esset, facto periculo didicit: & tamen non modo nullo inde commodo utilitateve auctus est, sed etiam magno damno mulctatus, quippe qui acerba pœna est condemnatus. Sed pergit impius ille Magus: *At nisi* (inquit) *Creator ille Adæ edixisset, ne ille ederet de ea arbore, haudquaquam judicium hoc pœnamque subivisset; inde enim hoc malum, quod contra Dei edictum ille fecerat: Deus enim jusserat, ne ederet; ipse vero edit.* Sed respondemus, Deum neque voluisse, ut ille ederet, neq; ut non ederet, de ea arbore. Nam si voluisset, ut ederet, duo hæc absurda conficerentur: alterum, Deum verbo tenus mandasse, quod reipsa fieri noluisset; alterum, eum qui adversus Conditoris sui jussa propalam agebat,
voluntati

voluntati ipsius fecisse satis, quantumvis nescium atque imprudentem. Sin voluisset, ne ederet, videri poterat imbecillus, ut cujus voluntati Adamus repugnare potuerit: sed huc spectasse Deum, dum Legem Adamo præscriberet, observaretne an violaret ille eam, non autem ederet, an non ederet, de illa arbore; atque ideò quoque de duabus illi habitationibus providisse, ut alteram, si Legi paruisset, alteram, si non paruisset, haberet. Idque ita esse, vel hinc ostendatur, quod duo hæc inter se paria sint, Deum jussisse ut ederet, illum verò non edisse; & Deum vetuisse, ne ederet, sed tamen illum edisse: par enim violatæ Legis culpa in utrovis futura erat. Igitur non eò spectabat Deus, dum Legem conderet, ederetne ille, an non ederet, quem Arbitrii libertate donarat; sed observaret, an non observaret Legem, quam liberi ejus Arbitrii materiem esse voluerat: Simulque eò etiam pertinebat Legis constitutio, ut intelligeret Adamus, se ab alio conditum, eique suo Conditori, ut Domino, subjectum se esse. Sed supra à nobis hæ, atque aliæ, ferendæ Legis causæ satis tractatæ explicatæque sunt. Ad hoc, quî potest vero simile videri, Deum Adamo escâ illa interdixisse, ne inde boni malique sciens fieret, alterumque amplecti, fugere alterum nosset, quando nulla ei arbori vis inerat, quæ boni malique dijudicandi scientia edentes informaret: imò verò jam tum ejus judicii expers Adam minimè esset (quippe Lex iis non præscribitur, qui malum à bono secernere non queunt; sed qui antè probi improbique discernendi judicio præditi sunt) sicut oculus, quamvis non usu atque functione, re tamen ipsa, tum visione, tum rebus aspectabilibus prior est: quæ supra quoque à nobis sunt tractata. At verò ideo illum jussit ab Arbore abstinere, ut evaderet immortalis, ageretque vitam perpetuam; hoc enim donum à divinâ gratiâ retulisset. At enim Deum non improbum pro Simonis calumniis, sed bonum benignumque naturâ esse, his colligitur argumentis: Condidit enim Adamum, cùm antè neque ille existeret, neque alius quispiam, qui ipsum, ad illum condendum, vel hortatu vel precibus moveret; ad hoc contulit illi imperium in pisces maris & volucres cœli: Insuper bene precatus est ipsi, ut cresceret numeroque augesceret. Præterea dedit illi omnem herbam proferentem semen, & omnem herbam fructiferam, pro cibo. Denique nos ipsos etiam nunc, etsi peccemus, atque adversum ipsius mandata faciamus, tamen non modo sustinet, neque nostri obliviscitur, sed etiam conservat, pascit, gubernat, & omnino nostri curam gerit. Sunt porro alia plurima, quæ testentur, Deum naturâ bonum esse, atque ex merâ gratiâ Adamum cæterasque res effecisse. Pugnat porrò Simon Magus adversus Deum, etiam hac viâ: *Per invidiam* (inquit) *prohibuit Adamum ab Arbore vitæ gustanda, nempe ne immortalis*

talis fieret. Atqui si ea invidiâ laborasset Deus, prorsus ab initio non creavisset Adamum. Neque enim ulla eum vis ad creandum illum impulit, sed sua voluntate gratuito illum condidit: ad hoc, Paradisum illius caussa, hoc est, ut in eo ille & habitaret, & voluptate frueretur, non fecisset, si invidisset; aut saltem ipsam vitæ arborem, quam illi invidisset, non procreasset in Paradiso; neque tanto etiam imperio in pisces, volucres, jumenta, feras illum amplificasset; denique non condidisset illum ad suam imaginem & similitudinem. Sed ea de causa ab arbore vitæ coërcuit, ne perpetuò viveret in peccato, essetque ipsius malitia una cum ipso immortalis, cujusmodi est diaboli pravitas. Atque hoc ita se habere, vel inde certum est, quod olim concessurus est nobis vitam perpetuam in futuro sæculo, nullis peccatis aut delictis obnoxiam, sed sempiternis atque immortalibus deliciis plenam. Rursus sic arguit Deum idem Simon Magus: *Qua tandem ratione,* inquit, *execratus est Deus Serpentem? Nam si ut eum, qui damnum dederat, cur non coërcuit, ne daret, hoc est, ne seduceret Adamum? Si vero ceu eum, qui utilitatem attulerat, quippe qui Adamo auctor fuerat, ut de bona illa Arbore ederet, sane improbum atque invidum fuisse illum necesse est: denique si cum neutram harum causam haberet, illum est detestatus, profectò imperitiæ atque vecordiæ meritò accusetur.* Ad hæc respondemus, Deum execratum esse Serpentem ut rei malæ auctorem, & tamen non coërcuisse machinantem, qui se alioqui non latebat; eadem ratione, qua neque hodie eos cohibet, qui improbis rebus intenti sunt, ne eas patrent: tum etiam ne ea re Diaboli libertatem impediret, qui per Serpentem verba faciebat: denique ut periculum fieret de Adamo ipsiusque libero arbitrio, eâ pugna atque certamine, in quo illîc versabatur. Postremo si Serpentis conatum impedivisset Deus, data fuisset mortalibus querendi ansa; dixissent enim Deum per invidiam abstinuisse Adamum à brevis tentationis periculique momento, ne eo superato vitam adipisceretur sempiternam: neque enim ipsum Serpentis verbis, si fallendi causâ illum adortus esset, concessurum fuisse. *Hæc Moses Bar-cepha.*

Reliquorum, qui Seculo I. extitere, Hæreticorum libros aliquos à Scriptoribus Ecclesiasticis nominatos quidem, sed nulla eorum fragmenta inde descripta reperio. De Cleobio sive Cleobulo verba collectoris Constitutionum Apostolicarum jam supra recitata sunt. Librorum Dosithei mentionem facit Origenes in Comment. ad Evangel. Johan. pag. 219. E. deque iis Photius Cod. 230. Eulogii col. 885. & sequ. hæc habet: Μυρίαις ϗ ποικίλαις νοθείαις τὴν Μωσαϊκὴν ὀκτάτευχον καταικισάμενος, ϗ ἕτερά τινα συγγράμματα μωρά τε ϗ ἀλλόκοτα ϗ ἀπεναντία πνευματικῆς νομοθεσίας συντεταχὼς τοῖς πειθομένοις καταλέλοιπεν, i. e. Andrea Schotto interprete: *Octa-*

teuchum Mosaicum spuriis scriptis & omni genere mixtis corruptelis adulteravit, aliosque libros stultitiâ & portentis plenos, divinisque legibus contrarios consarcinavit, suisque assectis reliquit. Verùm nullum librorum istorum fragmentum superest, quod ego sciam, neque illorum, quæ Nicolaitæ jactarunt, scriptorum, de quibus Epiphanius Hæres. XXV. §. 3. *Sunt ex illis,* (Nicolaitis) *qui Jaldabaoth præcipuè colunt, eumque Barbelonis priorem natu filium esse prædicant: ideoque habendus ei honos est, inquiunt, quod recondita multa patefecit. Hinc est, quod certos libros Jaldabaoth nomine inscriptos ac commentitios habent, nec non barbaras Principum ut asserunt, ac potestatum per unumquodque cœlum, hominum animæ adversantium, appellationes innumeras.* Dubium etiam est, utrum monstrosi isti Nicolaitarum fœtus jam Seculo I. in lucem prodierint. Cæterùm Cerinthum Hæresiarcham Apocalypsin quandam edidisse, docti aliqui viri collegerunt ex verbis Caji Presbyteri Romani in dissertatione adversus Proclum apud Eusebium Lib III. Hist. Eccl. cap. 28. ita sonantibus: *Sed & Cerinthus per revelationes quasdam, tanquam à magno Apostolo* (Johanne) *scriptas, portenta quædam, quasi ab Angelis sibi ostensa, commentus nobis introducit, affirmans post resurrectionem Regnum Christi in terris futurum, ac rursus homines Hierosolymis degentes cupiditatibus & voluptati corporis obnoxios fore. Additque hostis ille divinarum Scripturarum, mille annorum spatium in nuptialibus festis transactum iri, quò faciliùs imperitos homines decipiat.* Verùm ex ipsis hisce verbis planum atque apertum mihi videtur, Caium ipsam S. Johannis Apocalypsin Cerintho adscripsisse, non verò aliam ab illa distinctam, à Cerintho sub S. Johannis nomine editam, adstruxisse: idque insuper colligitur ex fragmento Dionysii Alexandrini Lib. II. de Promissionibus apud Eusebium loco citato, de ipsa S. Johannis Apocalypsi ita scribentis: *Cerinthum --ajunt eum librum composuisse, indito Johannis nomine, dum auctoritatem figmentis suis ex Johannis nomine mutuari vellet. Hæc enim fuit illius opinio, Regnum Christi terrenum futurum.* Quibus verbis Dionysius procul dubio opinionem Caji & quorundam ejus sequacium retulit, sed ipse eam meritò rejecit in continuatione citati fragmenti, quæ legitur apud Eusebium Lib. VII. Hist. Eccl. cap. 25. Neque ullum novi Scriptorem, qui duas sub S. Johannis nomine Apocalypses editas memoraverit, genuinam alteram, alteram spuriam, præter Theodosium Grammaticum Alexandrinum, in Lib. MS. de Prosodia, Cod. LVII. Barocciano in Biblioth. Bodlei. Sed de hoc in Notis ad calcem hujus Tomi dicam *, ac proinde jam finem verborum facio.

NOTÆ

NOTÆ.

AD pag. 3. lin. 14. CUI TESTIMONIO PROCOPII, &c. Quando ad fidem testimonio Procopii conciliandum dixi, eum nullum partium, maximum autem veritatis studium, in opere historico ostendisse, non de omnibus ejus scriptis, ipsiusque ἀνεκδότοις, verba mea accipi velim, sed de istis, quorum Præfationem ibi allegavi, nempe libris de Bello Persico, Vandalico & Gothico. Neque respexi studium partium, quantum ad personam Imperatoris Justiniani resque civiles, sed religionem atque sacra, de quibus more Politicorum, ut vocari solent, adeo liberè scripsit Procopius, ut Christiana ejus fides à quibusdam in dubium vocata fuerit. Vide inter alios D. Cave Historiam Literariam p. 400. Si itaque is illam de Abgari ad Christum literis, hujusque responso, narrationem antiquis Historicorum monumentis destitutam, vel iis ratione temporis aliarumve circumstantiarum repugnantem, deprehendisset, haud ita simpliciter eam sine ulla dubitandi formula lectori proposuisset, sed addidisset: *Aiunt, fama est, sunt qui hoc referunt*, &c. Quomodo ibidem mox post ea, quæ pag. 3. recitavi, verba subjunxit: Φασὶ δὲ καὶ τοῦτο αὐτὸν ἐπειπεῖν, ὡς οὐδὲ ἡ πόλις ποτὲ βαρβάροις ἁλώσιμος ἔσται. Τοῦτο τῆς ἐπιστολῆς τὸ ἀκροτελεύτιον (sive ut Codex Regis Galliæ habet, ἀκρότατον) οἱ μὲν ἐκείνου τοῦ χρόνου τὴν ἱστορίαν ξυγγράψαντες, οὐδαμῇ ἔγνωσαν· οὐ γὰρ οὖν οὐδέπῃ αὐτοῦ ἐμνήσθησαν. Ἐδεσσηνοὶ δὲ αὐτὸ ξὺν τῇ ἐπιστολῇ εὑρέσθαι φασίν· ὥς τε ἀμέλει καὶ ἀνάγραπτον οὕτω τὴν ἐπιστολὴν ἀντ' ἄλλου τοῦ φυλακτηρίου ἐν ταῖς τῆς πόλεως πεποίηνται πύλαις. *Hoc etiam subjunxisse aiunt, urbem semper inexpugnabilem fore Barbaris. Quod postremum epistolæ caput eos, qui historiam scripserunt illius temporis, latuit: nusquam enim mentionem ejus fecerunt. Edesseni verò id literis annexum reperiri perhibent, adeo ut epistolam eo modo exscriptam in portis urbis pro quovis alio munimento posuerint.* Observandum sane hìc discrimen in dictione Procopii, qui ubi de ipsis Abgari & Christi literis, tanquam re indubia, locutus est, de appendice contra epistolæ Christi se valde dubium, imo in negativam propensum profitetur verbis paulo post sequentibus, quæ infrà recitabo, ubi de hac epistolæ Christi Appendice agam. Haud fidem habet Procopius nudæ famæ ac Edessenorum relationi, ne quidem publico monumento atque inscriptioni in porta urbis, ubi nullum Historicæ antiquitatis testimonium videt. Atqui hoc dum additamento illi deesse, nec ullam ejus mentionem in istius, quo Christus in terris fuit, temporis Historiographis factam dicit, indeque credere detrectat, apertè innuit, se ipsas Augari & Christi literas, quas ita indubitanter narrat scriptas, antiquiorum Historicorum testimoniis satis munitas invenisse. Neque solius Eu-

 sebii

ſebii Hiſtoriam Eccleſiaſticam, qua illæ continentur, in mente manibuſque habuit Procopius, ſed ſe plures hac de re Scriptores, jam deperditos, conſuluiſſe indicat, dum in plurali numero ἐκείνου τοῦ χρόνου τὴν ἱστορίαν ξυγγεγραφότας memorat. Si quæras, quos? fateor me eos indicare haud poſſe, quia nomina tacuit Procopius. Unum tamen conjecturâ me aſſequi puto, Sextum Julium nempe Africanum, quem V. Libris Chronographiæ res geſtas ab orbe condito ad ſuum uſque ævum, *i. e.* Seculum à Chriſto nato tertium, accurate deſcripſiſſe ex Euſebii Lib. VI. c. 31. aliiſque notum eſt. Hunc autem iſtam de Abgaro & Chriſto hiſtoriam retuliſſe, innuit is, qui plura ex Julii Chronographia in ſuam tranſtulit, Georgius, inquam, Syncellus, dum pag. 359. optimæ editionis Jac. Goar. ita ſcribit: Ἀφρικανὸς Ἄβγαρόν φησιν, ἱερὸν ἄνδρα, τοῦ πρώην Αὐγάρου ὁμώνυμον, βασιλεύειν Ἐδέσης, κατὰ τούτους τοὺς χρόνους. *Abgarum quendam, ejuſdem cum priore Augaro nominis, virum ſanctitate præcellentem Edeſſæ hac ætate* (i. e. ineunte Sec. III. æræ Chriſt.) *regnaviſſe, narrat Africanus.* Et poſterioris quidem Augari mentionem à Julio Africano factam eſſe, citata verba clarè docent. Prioris autem, τοῦ πρώην Αὐγάρου, nomen Georgium Syncellum, perinde ut poſterioris laudem, ex Africano deſcripſiſſe haud vanè auguror, præſertim cum & Lib. IX. Abdiæ de rebus geſtis Apoſtoli Thomæ, quem à Julio Africano Latinè verſum titulus perhibet, hæc hiſtoria narretur. Nam licet iſtius quidem tituli veritatem defendendam non ſuſcipiam, plura tamen hujus libri ex Julii Africani Chronographia deprompta eſſe haud dubito.

Ad eandem p. 3. l. 28. FUISSE TUNC EDESSÆ IN SYRIA REGULUM, &c. Promiſi ibi dandam intentatam hactenus *ſeriem Augarorum*, i. e. Toparcharum, *Edeſſæ*: οὕτω γὰρ τοὺς κατὰ ἔθνος βασιλεῖς τηνικαῦτα ἐκάλουν. *Sic enim illis temporibus ſingularum gentium Regulos appellabant*, uti bene notavit Procopius loc. cit. alios recentiores ut taceam. Et apud Perſicos quidem Hiſtoricos, Herodotum, Thucydidem, Xenophontem, nulla, quantùm memini, Augarorum Edeſſæ fit mentio, quod ideo mirum, quoniam Toparchæ Edeſſeni imperio Perſarum olim adhæſiſſe videntur. Neque apud Diodorum Siculum, Polybium, Dionyſium Halicarnaſſeum, Livium denique, in priſcarum Romanarum rerum deſcriptione eos memoratos invenio. Innoteſcunt primùm in hiſtoria Pompeii, adeoque ſeries incipienda ab illo, qui à Dione Caſſio Lib. XL. pag. 129. dictus eſt, Αὔγαρος ὁ Ὀῤῥοηνὸς (rectiùs in marg. Ὀσροηνὸς) ἔνσπονδος τοῖς Ῥωμαίοις ἐπὶ τοῦ Πομπηΐου γενόμενος, *Abgarus Oſroënus Romanis fœdere junctus ſub Pompeio*, & ibidem ab eo deteſtandæ, qua Craſſum in expeditione adverſus Parthos circumvenit, fraudis accuſatus. Quam ejus fraudulentiam ac priſtinam Pompeii in eum benignitatem prolixiùs deſcribit Appianus Lib. de Bellis Parthicis p. 140. ſeq. ubi Abgarus iſte φύλαρχος τῶν Ἀράβων appellatur. De qua

cogno-

cognominatione confer infrà Tacitum. Atque hæc expeditio adversus Parthos cum in annum ab urbe condita 701. *i. e.* ante Christum natum 53. inciderit, alius procul dubio fuit iste Augarus, qui Christi Servatoris auxilium per literas implorasse fertur. De hoc ex Procopio constat, quod sub Augusto principatum ceperit, & fœdus cum Romanis ipse Romæ præsens renovaverit; ac postquam per aliquod tempus ibi hæsisset, tandem Edessam reversus, vitam non solum usque ad annos prædicationis Christi, sed diutiùs ultrà produxerit. Verùm non pigebit ipsa Procopii de hoc Augaro verba, Latine saltem, hîc describere: *Fuit*, inquit, *olim Edessæ Toparcha Augarus quidam, vir inter homines ætatis suæ prudentissimus, ideoque in primis charus Augusto Imperatori. Etenim Romam profectus est icendi fœderis gratia cum Romanis; ubi illum ad colloquium Augustus admisit, eximiam viri sapientiam adeo miratus est, ut statim cum eo familiariùs agere vehementer cupierit, neque ipsum sit passus à quotidiano secum usu abduci. Certe abeundi veniam petenti abnuit: quo factum est, ut is à patria tunc abfuerit diutissimè. Quam aliquando cum ardentiùs cogitaret, nec dimissionem ab Augusto impetrare posset, hanc artem excogitavit. In suburbanum agrum egressus ad venationem, in qua se peculiari studio exercuerat, magnum tractum obiit, ac vivas ibi cepit complures feras, undique è singulis locis, in quibus agebant, effodit humum; quam cum feris deferens Romam rediit. Ingressus autem Circum Augustus in suo consedit solio: tum in conspectum veniens Augarus, terram illi ac feras ostendit, & cujus quæque terra agri, cujus quæque fera naturæ esset, explicuit. Terram deinde aliam alibi disponi in Circo, & feras unum in locum coactas dimitti jubet. Parent famuli: mox aliæ aliò feræ discedere, & singulæ adire terram, quæ ex eodem, quo ipsæ, agro delata fuerat. Rem diu ac diligenter contemplatus Augustus, demirabatur, quod Natura, nullis præceptis imbuta, amore soli natalis imbueret animantes. Ilico Augarus genua ipsius prensans: Me vero, inquit, Domine, qua mente esse existimas? cui & uxor est, & liberi, & Regnum, parvum id quidem, sed in patrio solo. Ille dicti veritate pervictus atque adactus, abeundi potestatem, quamvis invitus, fecit, ac petere jussit, quidquid opus haberet. Optati compos Augarus Augustum rogavit, ut sibi Edessæ Circum extrueret. Quo etiam impetrato, Româ Edessam venit. Hic cives ex eo quærere, quid boni ab Augusto Imperatore sibi afferret? Quibus ille respondit,* "afferre se dolorem animi sine damno, & gaudium sine "lucro", *innuens, quæ Circi natura esset atque conditio. Deinde provectum longa ætate Augarum molestissima podagra corripuit: cujus dolores acutos, & nusquam movendi se loco necessitatem ægerrimè ferens, morbum consilio & curæ Medicorum permisit, convocatis ad id undique consultissimis quibusque illius artis; sed iis postmodo, cum nihil remedii invenire possent, renuntiavit. Tum nesciens, quò se verteret, vicem suam lamentabatur. Ea tempestate Jesus Dei filius*, &c. quæ superiùs pag. 3. leguntur de fama miraculorum Christi ad Augarum perlata, hujusque inde literis ad illum scriptis, & Servatoris responso ac sanitatis ei restituendæ pollicitatione. Quam etiam impletam esse Procopius breviter refert sequentibus verbis: *Acceptis à Christo literis, Augarus brevi post convaluit, ac diu commoda usus valetudine mortem obiit.*

De hujus Augari filio atque Regni hærede nihil aliud habet Procopius loc. cit. quàm quod sequitur: *E filiis, qui successit in Regnum, is mortalium omnium sceleratissimus, cum flagitiorum multorum, quæ in subditos admiserat, pœnam à Romanis metueret, se Persis dedidit.* Atque hic idem fuisse videtur, qui Claudio Romanis imperante, principatum obtinuit, à Tacito Lib. XII. Annal. cap. 12. dictus, *Rex Arabum Abbarus*, sive (ut in nupera Ryckii editione rectiùs legitur) *Abgarus*, cujus, perinde ut Appianus & Dion alterius, fraudem ibi accusat, qua Meherdatem, Regem Parthis à Claudio missum, sed *juvenem ignarum, & summam fortunam in luxu ratum, multos per dies attinuit apud opidum Edessam*, adeo ut occasionem capessendi Regni ac rem suam perdiderit. Hujus porro successor, & quidem, ut mihi videtur, proximus fuit Ἄυγαρος qui sub Trajano Edessæ Toparcha fuit, eique munera misit, teste non modo Suida in voce Ἄυγαρος, sed longe antiquiore Dione Cassio, Lib. LXVIII. cujus hæc à Theodosio excerpta sunt pag. 778. *Venit Trajanus Edessam* (id quod paulo post A. C. 105. factum) *ibique primùm Augarum vidit. Nam antea quidem ille tam legatos, quàm munera, sæpius ad Imperatorem miserat: sed ipse modò propter has, modo propter illas causas non accesserat — Tunc verò partim persuasus ab Arbande filio, egregiâ formâ præstante, ideoque Trajani familiaritatem adepto, partim ejus jamjam præsentis metu percussus, adventanti profectus est obviam, seque purgato veniam est consecutus. Nam filius ei splendidæ supplicationis instar aderat. Augarus quidem inde Trajani amicitiam meruit, eique tunc epulum præbuit, in quo filium barbaro quodam more saltantem produxit* Sequitur Abgarus, qui quinquaginta annis post sub Antonino Pio principatum obtinuit, ejusque auctoritatem maxime reveritus est, teste Julio Capitolino in Vita Antonini Pii cap. 9. Hunc excipit alter sub Severo Imperatore, de quo Ælius Spartianus in Vita Severi cap. 18. *Persarum*, inquit, *Regem Abgarum subegit.* Et Aurelius Victor: *Subacto Persarum Rege, nomine Agarro* (corrige, & pone *Augaro*). Appellant hi Augarum *Persarum* Regem, quoniam Toparchæ Edesseni subinde à Romanis deficientes, Persarum imperio se subdiderunt, ut ex suprà dictis patet, vel quia Edessa *civitas quidem Romanorum, sed Persarum ditioni finitima fuit*, uti his ipsis verbis describitur in Historia Gothica Prisci Rhetoris p. 74. edit. Regiæ (Græcè τῇ Ἐδέσσῃ Ῥωμαίων πόλει, προσοίκῳ δὲ Περσῶν.) Non alium autem, quàm Edessæ Augarum, à Spartiano & Aurelio indigitatum esse, patet ex Herodiani Lib. III. cap. 9. ubi de Severi felici in Oriente progressu agens: *Sed & Rex Osrhoënorum*, inquit, *Augarus*, (καὶ ὁ Ὀσροηνῶν βασιλεὺς Ἄυγαρος) *ad eundem transfugit, traditisque obsidio liberis fidem suam auctoravit, sagittariorumque vim magnam misit auxilio.* Hunc magnificentissimè, cum Romam venisset, à Severo exceptum fuisse, ex Dionis Cassii Lib. LXXIX. narrat Xiphilinus p. 914. B. Sub eo quoque Concilium Osrhoënum ab 18. Episcopis ob controversiam de die Paschatis celebratum esse, discimus ex Euseb. Lib. V. Hist. Eccles. cap. 23. & Libello Synodico Tom. I. Concil. Labbei col. 601.

601. Idem Valeſio fuiſſe videtur, qui imperante Antonino Caracalla Edeſſæ regnavit, de quo edita ab ipſo excerpta ex Dione Coccejano pag. 747. ita ſonant: *Agbarus Oſdroënorum Rex poſtquam imperium in populares abunde ſibi firmare viſus eſt, nullum non genus crudelitatis in Principes eorum* (προέχοντας αὐτῶν) *exercuit, cum ſpecie quidem eos ad mores populi Romani tranſire cogeret, re autem ipſa licenter in eos abuteretur potentia ſua.* Atque tale quidem Scriptoris Ethnici de hoc Augaro judicium. Quàm perfidè verò is à Caracalla tractatus fuerit, alia ex Dionis Lib. LXVII. excerpta Johannis Xiphilini pag. 875. narrant his verbis: *Quum ad ipſum, tanquam ad amicum, Augarus Rex Oſroënorum fraude pellectus veniſſet comprehenſum conjecit in vincula, & Oſroënen Rege deſtitutam cepit.* Cæterùm hunc ipſum Augarum Chriſtianum atque pium fuiſſe Principem, ex Julii Africani, qui eò præcisè tempore florere cœpit, Chronographia nos docet Georgius Syncellus loco ſuprà citato. Ejus quoque mentionem factam puto ab eodem Julio Africano in Ceſtis, qui nuper Pariſiis cum aliis Veterum Mathematicorum ſcriptis Græcè excuſi ſunt cap. κθ'. ubi ait: Εἶδον καὶ αὐτὸς ἐναγκάρου τοῦ βασιλέως, &c. In quem locum animadvertens Johannes Boivin: *Quis fuerit ille Enancarus,* inquit, *nondum didici.* Nec mirum: difficile enim eſt diſcere, quod nemo docet, & de quo ne γρῦ quidem in Scriptoribus occurrit. Ego legendum conjicio: Εν Αγβάρου τοῦ βασιλέως, &c. Nam & quæ proximè ſequuntur, mutila ſunt ac corrupta, ut laudatus Boivinus notavit. Conjecturam meam confirmo exinde, quod tribus antè verbis memoretur Βαρδησάνης ὁ Πάρθος. Et mox iterum: Ἦν δὲ ἄρα σοφὸς τοξότης Βαρδησάνης, εἴπερ τις ἕτερος. At verò in iſtius, qui Julii Africani ævo regnavit, Augari familia vel familiaritate ſaltem, vixiſſe Bardeſanem, locuples teſtis eſt Epiphanius Hæreſ. LVI. Bardeſaniſtarum §. 1. ita ſcribens: Αὐγάρῳ δὲ τῷ τῶν Εδεσσηνῶν δυνάστῃ ἀνδρὶ ὁσιωτάτῳ (ecce ipſum epitheton, quo eum ornavit Julius Africanus apud Syncellum) ἐξοικειούμενος τὰ πρῶτα, καὶ συμπεράττων τε ἅμα, καὶ τῆς αὐτοῦ μεταχὼν παιδείας, διήρκεσε μὲν μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν ἄχρι τῶν χρόνων Αντωνίου (lege Αντωνίνου) Καίσαρος. *Cumque Abgaro Edeſſenorum Regulo, viro ſanctiſſimo, familiariter admodum conjunctus eſſet, ac ſe ſocium rerum gerendarum ei præberet, atque ejuſdem diſciplinæ* (i. e. Chriſtianæ) *conſors eſſet, poſt ejus obitum perſeveravit uſque ad tempora Antonini Cæſaris.* Per quem non Antoninum *Pium,* neque Antoninum *Verum,* ſed Antoninum Heliogabalum, cognomine *Varium,* intelligendum eſſe, ac ſub hoc Bardeſanem floruiſſe, in addendis atque emendandis ad pag. 279. probabo. Cæterum memoratu digna ſunt, quæ de hoc Augaro ipſe Bardeſanes apud Euſeb. Lib. VI. Præparat. Evangel. cap. 10. p. 379. his refert verbis: *In Syria quondam & Oſroëne plerique Opis in honorem plures abſcindebantur* (ἀπεκόπτοντο *verùm cum repente juſſiſſet Rex Augarus, ut quibus abſciſſa verenda eſſent, iis etiam manus abſcinderentur, nemo ſe deinceps*

ceps tota Osroëne abscidit. Atque hæc similesque Augari leges, quibus idololatriam atque superstitiones Ethnicas paulatim è medio tollere conatus est, fecerunt forte, ut crudelitatis accusatus, ideoque malè à Caracalla tractatus fuerit. Verùm hic vindictam divinam haud effugit. Nam detento in vinculis Augaro, captaque Edessa, *quum iterum vellet Parthis bellum inferre, atque hybernaret Edessæ,* (utor verbis Ælii Spartiani in Vita hujus Antonini Caracallæ cap. 7.) *atque inde Carras Luni Dei gratia venisset, die natalis sui,* VIII. *Idus Aprilis ipsis Megalensibus, quum ad requisita naturæ discessisset, insidiis à Macrino præfecto Prætorii, qui post eum invasit imperium, interemptus est ---- Occisus est autem in medio itinere inter Carras & Edessam, quum levandæ vesicæ gratiâ ex equo descendisset.* Sic qui in Edessam, ejusque principem, peccaverat, apud Edessam pœnas luit. Restat Augarus tempore Gordiani III. in cujus nummo aliquo impressus fuit Ἄβγαρος βασιλεύς, adjuncto capite Regis cum tiara Parthica, uti videre est apud Adolphum Occonem inter Numismata Imperatorum Rom. pag. 437. Id quod procul dubio insigne fuit victoriæ à Parthis sive Persis, horumque confœderatis Edessenis, reportatæ, de qua vide Julium Capitolinum in Gordiano III.

Atque hic seriem Augarorum abrumpere cogor, quoniam nulla eorum mentio post hæc tempora in antiquis monumentis occurrit. Equidem editum est à Sirmondo in Notis ad Sidonii Epist. Lib. II. pag. 50. edit. 1614. Epitaphium, quod paucis annis antè Romæ ad S. Pauli basilicam erutum fuit, hujus tenoris:

Εκτον ἐπ' εἰκοστῷ πλήσας ἔτος Ἄβγαρος ἔνθα
  Ταρχύθη, μοιρῶν ὡς ἐπέκλωσε μίτος.
Ὦ φθόνος ὡς ἄδικός τις ἀπέσβεσεν ἀρχόμενον φῶς,
  Λυπήσας τὸ γένος καὶ φιλίους ἑτάρους.
Τύμβον δ' Ἀντωνεῖνος ἑῷ θέτο τοῦτον ἀδελφῷ,
  Οἷσιν ὁ πρὶν βασιλεὺς Ἄβγαρος ἦν γενέτης. i. e.

Qui sex bisque decem compleverat Abgarus annos,
  Parcarum duro est hic situs imperio.
Primævam extinxit lucem cui livor iniquus,
  Mœrore afficiens & genus & socios.
Germano hunc tumulum fratri dedit Antoninus,
  Abgarus olim Rex queis genitor fuerat.

Quo metro duo memorantur Augari, parens alter, alter filius. Verùm hos ad prima tria à Christo nato secula referendos esse puto, licet fatear me vix dicere posse, quinam illi fuerint. Inciderunt quidem varia mihi hac de re cogitanti, sed nolo exponendis prolixè meris conjecturis Lectorem pariter atque me detinere, ad alia properantem. Ad quæ antequam progrediar, hoc solùm mantissæ loco adjicio, *Augari* nomen, perinde ut *Augusti*, à Principibus demum ad alios transiisse, ac quosdam plebeios sive minùs principes *Augaros* fuisse appellatos. Sic Martyrium

Martyrium S. Theodori, Ducis exercitûs, Heracleæ ſub Imperatore Licinio poſt multa tormenta capite truncati, deſcriptum eſt ab Abgaro ejus Tachygrapho & Martyrii *αὐτόπτης*, ut ipſe in ejus contextu plus ſimplici vice ſemet nominat, apud Surium. Tom. I. ad d. VII. Februarii, & Bollandum atque Henſchenium, qui tres Latinas verſiones hujus Martyrii ediderunt, non autem Græcum textum, extantem in Bibliotheca Vindebonenſi Cod. CLI. Theolog. num. 6. juxta Lambec. Lib. IV. p. 124. qui verba tituli Græci unà cum principio Narrationis deſcripſit: *Σαββάτῳ ά τῶν ἁγίων νηστειῶν· Μαρτύριον τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Θεοδώρου τοῦ Στρατηλάτου· ὥσπερ φαίνει ὁ ἥλιος τοῖς ὁρῶσιν, οὕτως* &c. nec non ſequentia, quibus Auctor ſe prodit: *Ἐγὼ δὲ παρήμην ὁ ταχύγραφος Αὔγαρος, ὁρῶν τὰς κολάσεις*, &c. Notandum tamen, quod Leo Allatius in Diatriba de Simeonum Scriptis pag. 115. ubi eorundem Actorum meminit, illa ipſa verba è Codice quodam MS. ita deſcripſerit: *Ἐγὼ δὲ παρήμην ὁ ταχύγραφος Οὔαρος*, &c. Sed corruptum atque interpolatum fuiſſe Codicem Allatii, mox ſequentia indicant.

Ad p. 4. l. 10. OBJECTIONES A NATALI ALEXANDRO MOTAS DISCUTIAM. Hoc, quod in me recepi, opus antequam exſequar, id quod dicto loco jam præmonui, repeto, nempe me reciprocas Augari & Chriſti epiſtolas non pro indubiis venditare, vel firmiter aſſerere, quod ſint genuinæ, ſed ſuſtinere ſolùm, quod nulla detur ſuppoſitionis earum demonſtratio: unde rem in medio relinquere tutiſſimum exiſtimo, præſertim cum nulla hæreſeos vel ſuperſtitionis labes in dictis literis appareat, nihil quod non œconomiæ Chriſti Servatoris, ejuſque *ſapientiæ, bonitati, dignitati, apprimè conveniat*, uti hac de re laudati D. Cave verba ſonant. Quæ autem Natalis Alexander objicit, ſunt verbotenus ſequentia: Primum argumentum deducit *ex Concilio Romano anno Domini* 494. *celebrato, in quo Gelaſius Pontifex Maximus unà cum* LXX. *Epiſcopis iſtud de præfatis Epiſtolis tulit judicium: Epiſtola Jeſu ad Abgarum Regem Apocrypha. Epiſtola Abgari ad Jeſum Apocrypha.* Reſp. Mihi jam non vacat diſcutere, utrum talis unquam Synodus ſub Gelaſio habita, vel annon potiùs à Pſeud-Iſidoro Mercatore unà cum aliis conficta ſit; certè ſi legas quæ doctiſſimi viri, Pearſonus Vindic. Ignat. Part. I. cap. 4. & Cave Hiſtor. Literar. pag. 374. ſeq. collegere argumenta, clarè videbis, plura ſaltem, eaque fortiora, Gelaſii concilio atque decreto, quam Chriſti & Abgari epiſtolis, opponi poſſe. Poſito autem, quod genuinus iſte Gelaſii Papæ ſit fœtus, ſane auctoritas Papæ Cardinalem Baronium alioſque, qui eam infallibilem jactant, haud cogere potuit, ut controverſas haſce epiſtolas tanquam ſpurias rejicerent, quantò minus ergo valebit apud eos, qui, ne quidem in rebus fidei, decretis Romanorum Pontificum, etiam priſcorum, ſubſcribunt, niſi quatenus S. Sripturis & traditioni Catholicæ Eccleſiæ ſunt conſentanea? Pergit Alexander: *Secundò, ſi epiſtolam præ-*

fatam

satam Christus scripsisset, ejusdem esset, imo majoris auctoritatis, quam Evangelia, & in Canone Scripturarum sacrarum censeretur: atqui nemo unquam ausus est ipsam habere, ut Scripturam Canonicam: ergo Christus eam non scripsit. Fateor hoc argumentum cunctis, quæ Auctor attulit, potius esse, attamen non adeo validum, ut rem omnem conficiat. Enimverò si certò constaret, Servatorem nostrum literas istas ad Abgarum scripsisse, utique parem, imò majorem quàm Evangelia, obtinerent auctoritatem. Et quid inde? Sed Ecclesia, inquit, dictam epistolam haud in sacro Canone posuit. Respondeo, primitivam Ecclesiam istos tantùm libros in Canonem censuisse referendos, qui hac fini scripti fuere, ut doctrinam Christi ejusque nativitatem, vitam, passionem, mortem, resurrectionem, adscensionem denique in cœlos, exponerent, vel fidelium mores aut disciplinam Ecclesiasticam efformarent atque emendarent. Imo neque hi omnes Canonicam obtinuerunt auctoritatem, sed illi tantùm, qui ubique noti in Ecclesiis fuere isto tempore, quo Canon sacrorum librorum constitutus est. Atqui hoc non statim ab initio Ecclesiæ, vivis adhuc Apostolis factum; imo ne quidem mox post Martyrium Petri & Pauli, quo tempore S. Clemens epistolam dabat ad Corinthios, Canon erat conditus, siquidem ipse sæpissimè Veteris quidem Testamenti Scripturas, nullam verò Novi instrumenti allegavit, exceptis illis, quæ ad ipsos Corinthios ab Apostolo datæ erant, literis: Unde colligere est, Clementem nullas alias Corinthiis notas existimasse. Similis quoque ratio Barnabæ & Hermæ, quorum uterque paulò post excidium Hierosolymitanum scripsit, neuter verò ullum N. T. librum allegavit, licet subinde iisdem, quibus Apostoli, verbis usi fuerint. Prima certi Canonis, & quidem solorum Evangeliorum, fundamenta jacta sunt, exeunte Seculo I. ubi *perlatis jam in omnium, ipsiusque adeo Johannis, notitiam supradictis tribus Evangeliis* (Matthæi Marci & Lucæ) *approbavisse ea Johannes, & veritatem scriptorum suo testimonio confirmasse dicitur: solam verò narrationem earum rerum, quas Christus sub prædicationis initium gesserat, desiderasse. Nam superiores quidem tres Evangelistas ea duntaxat, quæ post conjectum in vincula Johannem Baptistam, unius anni curriculo à Servatore nostro gesta sunt, literis mandasse --- Johannem autem his de causis ab amicis rogatum, & tempus ipsum, quod superiores Evangelistæ silentio prætermiserant, & res tunc à Servatore nostro gestas, eas videlicet, quæ Johannis Baptistæ carcerem præcesserant, in Evangelium suum conjecisse*, ut his ipsis verbis traditionem istam refert Euseb. Lib. III. Hist. Eccl. c. 24. cum hac epicrisi: Καὶ ἀληθὴς γε ὁ λόγος. *Et vera est hæc narratio.* Nec quisquam de hujus traditionis veritate dubitabit, qui perlustrato S. Johannis Evangelio consideraverit, eum nihil eorum, quæ reliqui tres Evangelistæ narrarunt, tractasse, exceptâ historiâ Baptismi, quo Christus publicè inaugurabatur, & passionis atque resurrectionis, quæ sane substantiam Evangelii constituebant, adeo ut sine istis mancum prorsus fuisset. Sed & in his S. Johannem diversa à reliquis Evangelistis, atque ab istis omissa, memoriæ prodidisse, clarum est, adeoque nullum dubium, quod suum Evangelium in supple-

ſupplementum reliquorum exaraverit, ſicque perfectum fecerit S. Evangeliorum Canonem, mox undiquaque divulgatum. Nam *illi qui principem inter Apoſtolorum ſucceſſores obtinebant locum* (τῆς πρώτης τάξιν τῆς τῶν Ἀποστόλων ἐπέχοντες διαδοχῆς) *relicta patriâ peregre proficiſcentes, munus obibant Evangeliſtarum, iis, qui fidei ſermonem nondum audiviſſent, Chriſtum prædicare, & divinorum Evangeliorum libros tradere ambitioſè ſatagentes*, ut Euſebius ſequenti cap. 37. citati Libri III. ſcribit. Habes hîc traditam Eccleſiis recens fundatis τὴν τῶν θείων Εὐαγγελίων γραφήν. de epiſtolarum autem Apoſtolicarum collectione iiſdem communicata ne γρῦ quidem. Neque enim illæ adeo neceſſariæ judicatæ ſunt ut Evangelium, quod Apoſtoli *per Dei voluntatem in Scripturis nobis tradiderunt, fundamentum & columnam fidei noſtræ futurum*, juxta Irenæi Lib. III. c. 1. Attamen paulo poſt mortem S. Johannis, ineunte Seculo II. & Epiſtolæ Apoſtolorum in unum volumen collectæ, atque Eccleſiis pro Canone doctrinæ & diſciplinæ fuere traditæ, adeo ut ipſe hæreticus Marcion, anno 127. Romam veniens, Apoſtolicum pariter ac Evangelicum Canonem habuerit, licet utrumque imperfectum, ut ex Tertull. Lib. IV. & V. contra Marcionem, ac Epiphanii Hæreſ. XLII. patet. Nam licet Epiſtolæ Apoſtolicæ ad particulares Eccleſias vel perſonas, ſive inſtruendas, ſive corrigendas, in fide moribuſve, datæ fuerint, omnibus tamen in univerſum fidelibus atque Eccleſiis regulæ inſtar eſſe, multumque prodeſſe poterant. Auctoritas etiam earum probatu facilis erat per inſpectionem autographorum, ipſâ Apoſtolorum manu, vel exaratorum, vel obſignatorum, quæ in archivis Eccleſiarum aſſervabantur, & ab aliquibus adhuc vivis, qui manus S. Apoſtolorum bene noverant, dignoſci poterant. Aliter autem ſe res habebat cum epiſtola Chriſti ad Augarum: non enim erat hæc ſcripta, ſi ſcripta, ad doctrinam fidei vel elenchum, inſtructionem vel correptionem morum, ſed tribus tantùm verbis poſtulato Augari reſpondebat, eique ſanitatem brevi reſtituendam pollicebatur. Neque authenticum ejus exemplar, in archivo Regum Edeſſæ, quos Chriſtianos manſiſſe, non ſine ratione dubitatur, aſſervatum tam facile à fidelibus inſpici poterat, multò minus autem ſciri, utrum genuinum, ipſaque Servatoris manu ſcriptum eſſet, quod nemo fere amplius Chriſti αὐτόπτης ſuperſtes Scripturam ejus ab aliorum literis diſcernere poſſet. Ex quibus & aliis forte rationibus epiſtola Chriſti ad Augarum in Canonem haud relata fuit, ſicut & epiſtola poſterior Petri, una Jacobi & Judæ, & Pauli ad Hebræos, ideo in primo Canone Eccleſiarum haud poſitæ fuiſſe videntur, quod autographa earum, utpote non ad particulares unius loci Eccleſias, ſed Judaicam διασπορὰν miſſa, difficiliùs inveniri, ideoque tardiùs Eccleſiæ de auctoritate earum certiores reddi, potuerint. Cæterùm tribus verbis in memoriam revoco Natali Alexandro quod ipſe ſcripſit Diſſert. XI. qua Symbolum fidei ab ipſis S. Apoſtolis conditum fuiſſe defendit. Nam ubi moverat objectionem à ſilentio Scripturarum,

quodque in hujus Canonem non fuerit relatum Symbolum, respondet pag. 496. seq. id ideo non esse factum, *quod non ad fidem spectet, nec ab Ecclesia sit definitum.* Quam responsionem ad Symbolum Apostolicum minùs quadrantem (nam hoc utique spectat fidem) si ad præsentem materiam applicasset, ab objectione ista abstinuisset. Tertium argumentum tale est: *Illa Epistola, in quâ inducitur Christus citans verba Evangelii de se scripti, est supposititia & Apocrypha: sed in præfata Epistola Christus inducitur citans verba Evangelii de se scripti; ergo est supposititia & Apocrypha.* Ad hoc jam respondit D. Cave loc. cit. rectè negans, quod Evangelium S. Johannis in Epistola Christi ad Abgarum allegetur. Imo si penitius rem inspicias, Evangelium istud cap. xx. prorsus diversum sonat ab eo, qui in dicta Epistola citatur, loco. Illud enim perhibet, Thomam *videntem* & contrectantem manus atque latus Servatoris *credidisse*; hæc contrà de Servatore scriptum ait, eos, qui *viderint eum, non credituros*, incredulos scilicet Judæos, qui Christi personam & miracula viderant. Quod autem præcedentia attinet verba, quibus Servator beatum prædicat Abgarum, quod in eum crediderit, quem non viderit, similia quidem in Evangelio Johannis loc. cit. Christus ad Thomam dixisse narratur; verùm quid prohibet, quo minùs ipse eâdem phrasi ad diversas personas usus fuerit? Si quæras, ubi ergo scriptum sit, eos, qui viderint Messiam, non credituros, respondit Valesius in Not. ad Euseb. Lib. I. c. 13. Prophetiam Esaiæ cap. VI. v. 8. allegari, ubi dicitur, Judæos *videntes non intellecturos*, i. e. non credituros in Christum. Neque obstat, quod non ipsæ voces exactè consonent: nemo enim nescit, in ipsis Canonicis Scripturis Evangelistarum & Apostolorum identidem Prophetias non verbotenus, sed quoad sensum allegari, imò talia aliquando adduci loca, quæ in iis, quos superstites habemus, V. T. libris haud comparent, sed ex deperditis quibusdam Scripturis assumpta videntur, v. g. illud cap. II. Matthæi vers. ult. *quoniam Nazaræus vocabitur.* Quis verò propterea ipsum S. Matthæi Evangelium impiè in dubium vocare vellet? Quarta objectio ita sonat: *Vix credi potest, Christum, qui præsentissimam tulit opem omnibus, qui in ipsum crediderint, Abgaro credenti illum esse Deum & Servatorem, distulisse beneficium sanitatis post suum in cœlos ascensum. Vix etiam credi potest, Christum saltem non dedisse in mandatis alicui Apostolorum, ut ad præfatum Principem se conferret, & Thomam misisse Thaddæum ex discipulorum numero unum, ut fidem Christi liberaret. Atqui epistola præfata Jesum inducit promittentem restitutionem sanitatis Abgaro post suum duntaxat in cœlos reditum, & historia, cui dicta epistola inserta est, refert, Thaddæum missum à S. Thoma Apostolo, non immediatè à Christo: ergo præfata Epistola est supposititia.* Non ita objecisset, neque miratus fuisset Alexander, Servatorem opem Abgaro ægro ferendam distulisse, usque dum à mortuis resurgens in cœlos adscenderit, nec protinus quendam ex discipulis ad ipsum misisse, si considerasset, œconomiam officii Christi hanc moram exegisse, siquidem ipse se *non nisi ad perditas oves domûs Israel missum* profitebatur, Matth. xv. 24. indeque Apostolis ante resurrectionem

rectionem emissis expresse injungebat, Matth. x. 5, 6. *In viam gentium ne abieritis, & in civitates Samaritanorum ne intraveritis, sed potiùs ite ad oves, quæ perierunt, domûs Israel.* Hinc appropinquante jam passione atque resurrectione Christi, quando *quidam gentiles ex his, qui adscenderant, ut adorarent in die festo, accesserunt ad Philippum, & rogarunt eum, dicentes: Domine volumus Jesum videre, venit Philippus, & dicit Andreæ, Andreas rursum & Philippus dixerunt Jesu,* ut his ipsis verbis narrat S. Johannes cap. XII. vers. 20. seqq. Quid, quæso, opus istis ambagibus, si Christus ad gentiles admittendos adeò facilis fuisset, aut rem cum aliis, quàm Judæis, habere voluisset? Et quid ad hæc Jesus? *Respondit eis: Venit hora, ut clarificetur filius hominis. Amen, amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solùm manet. Si autem mortuum fuerit, multum fructum affert.* v. 23. & 24. Quasi diceret, appropinquare quidem tempus, quo ipse per prædicationem Evangelii atque miracula inter gentes, & harum fidem, gloriam ac honorem in toto orbe sit adepturus; necdum autem adesse, quod nondum ipse mortuus esset, atque è corde terræ resurrexisset. Nam *ipse erat granum mortificandum & multiplicandum: mortificandum infidelitate Judæorum, multiplicandum fide populorum,* ut Augustinus ait Tract. LI. in Johannem. Tantum itaque abest, ut hæc objectio epistolam Christi ad Augarum suppostitiam esse evincat, ut potiùs eam quodammodo confirmet, dum œconomiæ officii Christi adeò exactè respondet. Quintò ita argumentatur Natalis Alexander. *Si genuina visa fuisset Patribus Epistola Augari ad Jesum, illam certè contra Arianos produxissent, cùm Divinitati Christi disertè attestetur --- Atqui nemo Patrum eam produxit contra Arianos aut alios hæreticos, ergo ipsa visa est Apocrypha.* Sed falsò supponitur, Epistolam Abgari Divinitati Servatoris disertè attestari: quin potiùs ipse, ut nondum eruditus in fide, dubiè scribit, se auditis Christi miraculis animo ea volutasse, indeque collegisse, ipsum vel Deum, vel Dei filium esse. Quæ distinctio inter Deum & Dei filium, atque dubitatio Augari de Christo, qualisnam esset, fidei Catholicorum de vera Christi Deitate haud patrocinatur, imò potius obesse ei videretur, si à fideli quopiam fuisset prolata. Verùm scribebantur ea ab illo, qui nondum erat κατηχούμενος; cujus testimonium si Catholici hæreticis opposuissent, certè impiis hominibus se deridendos propinassent. Ultimum Natalis Alexandri argumentum petitum est à dictis Thomæ Aquinatis & S. Augustini, qui Christum nullos libros scripsisse asserunt. Sed ad hæc jam suprà pag 4. responsionem dedi.

Atque ex hactenus dictis unicuique etiam patebit, quid ad objectiones du Pinii contra epistolas Abgari & Christi sit respondendum, utpote quæ vel cum Natalis Alexandri argumentis conveniunt, vel ita leves sunt, ut miratus sim, virum doctum ejusmodi proposuisse. Prima objectio falsò supponit, Augarum de Divinitate Christi persuasum, & ejus Religione imbutum fuisse: neque enim hoc ex verbis Augari inferri potest, sed id solùm, quod auditis Christi miraculis, qualia nemo antè patraverat, inde colligere atque cogitare cœperit, ipsum vel Deum,

vel Dei filium *i. e.* Meſſiam, aut alium ſingularem Dei amicum eſſe. Qualis collectio mixta cum ignorantiâ & dubitatione, qualis fuerit Chriſtus, Augarum nondum fidelem & religione Chriſtiana imbutum conſtituit, ſed initium ſolùm fuit fidei atque firmæ perſuaſionis de Chriſto Deo pariter ac Dei filio, quam ei poſtea prædicatio Thaddæi ingeneravit. Similiter ſecunda objectio eſt deductio ad abſurdum, quod mihi non eſt abſurdum. Neque enim eſt incredibile, Augarum gravi morbo ac acutis doloribus preſſum, illi, qui ſanitatem ei reſtituerit, & de quo tantam conceperat opinionem, domicilium cum aſſeclis, licet aliquammultis, obtuliſſe. Tertium verò dubium du Pinii cum tertio Natalis Alexandri argumento coincidens, jam ſuperiùs ſolutum eſt. Neque iſta, quæ hiſtoriæ literis Augari & Chriſti adjunctæ opponit, ita comparata ſunt, ut refelli nequeant. Miſſis levioribus, ad duo præcipua reſpondeo. Primum eſt, quod Thomæ Apoſtolo in hac hiſtoria adſcribatur cognomen Judæ, quod nuſquam alibi legitur. Atque hoc dubium quoque tenuit Valeſium in Not. ad h. l. Jam fateor quidem, me in nullis excuſis Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ monumentis iſtud S. Thomæ cognomen reperire potuiſſe, reperiſſe tamen in MSS. Actis Græcis Thomæ in Bibliotheca Bodleiana Cod. 180. Barocc. fol. 42. p. 2. quæ Lucium Seculi II. hæreticum Auctorem habere videntur, ſiquidem ea, quæ Auguſtinus Lib. contra Adimantum Manichæi diſcipulum cap. 17. inde citat, ibidem habentur. In horum enim principio, ubi de diviſione Apoſtolorum in diverſas mundi partes agitur, hæc de Thoma dicuntur: Καὶ κατὰ κλῆρον ἔλαχεν ἡ Ἰνδία Διδύμῳ Ἰούδᾳ, τῷ καὶ Θωμᾷ. *Et per ſortem India obtigit Didymo Judæ, qui & Thomas dictus eſt.* Secundum argumentum ex Chronologia petitum ita ſe habet: *Horum Actorum fini ſubſcriptum erat, id Edeſſenorum 340. anno contigiſſe. Edeſſenorum autem annus 340. in Tiberii 15. cadit, quo Chriſtum mortuum & ſuſcitatum credidere veteres.* (Aliter tamen credidit Irenæus Lib. II. c. 39. atque illi, quos ibi allegat ſeniores in Aſia) *Et hanc juxta Epocham & Acta ſtatim à Chriſto ex mortuis ſuſcitato accidiſſe dicendum foret, ſicque Agbarus aliique plures Edeſſeni Ethnici ante Cornelium Evangelium recepiſſent, quod apertè cum Actis Apoſtolorum pugnat: ac proinde veluti conſtat, hanc hiſtoriam falſam eſſe, & commentitias epiſtolas.* Ad hæc reſponſurus, non dicam jam, quod diſpar ſit ratio epiſtolarum & actorum iſtis annexorum, quodque his licet falſis probatis, non tamen illarum ſuppoſitio inde evincatur, uti D. Cave in Addendis ad pag. 3. Hiſtor. Liter. p. 757. ubi adverſus aliam reſpondit objectionem, bene obſervavit; ſed duo tantùm repono; 1. magnam exemplarium circa numerum Actis Edeſſenis ſubſcriptum occurrere varietatem. Nam quod Latinam Ruffini verſionem attinet, (quam utique attendere debemus, quia nullus Græci Euſebii codex, quem modò habemus, ad Ruffini ætatem aſſurgit,) in excuſis ejus exemplaribus hæc de Chriſto & Augaro geſta dicuntur, *anno quadrageſimo & tertio*: & ita quoque legitur in Codice MS. Bibliothecæ Bodleianæ Laud H. 56. quingentis

circiter

circiter annis abhinc ſcripto; quamvis in alio Codice Laud C. 121. extet *quadrageſimo & trecenteſimo*, & ne quid varietatis deſit, Cod. 3. Barlovii *quadringenteſimo & tricenteſimo*. Neque Græca exemplaria ſunt uniſona, tam MSS. de quibus vide Valeſii notas, quàm typis excuſa: quippe Roberti Stephani editio Græca Euſebii cum Latina Ruſfini quoad numerum 43. convenit: Valeſii verò diſcrepat. Quocirca argumentum ex ſubſcripto numero haud ita firmum videtur. Nam ſi Roberti Stephani & Ruffini lectio typis impreſſa obtineret locum, hæcque anno 43, æræ ſcilicet Chriſtianæ, geſta eſſent, objectio du Pinii plane in fumum abiret. Sed poſitò 2. genuinam eſſe Valeſii lectionem, uti quidem maximè probabilis videtur, neque ſic tamen deeſt, quod contra argumentum du Pinii inde ductum excipiatur. Quippe dubium eſt, utrum is, qui dictum numerum ſubſcripſir, non potiùs tempus datarum ab Abgaro & Chriſto epiſtolarum, quàm adventûs & prædicationis Thaddæi, adſignare voluerit. Atque illud anno XV. Tiberii optimè convenit: ad hunc enim annum pertinet, quod Matthæus cap. IV. verſ. 24. ait, famam de miraculis Chriſti in tota Syria percrebuiſſe.

Ad p. 6. l. 18. Αβγάρου] Ita Valeſius in textu poſuit; quamvis in Notis ad h. l. præferat lectionem ἀγβάρου. Quapropter vapulat Viro & doctrinâ, & dignitate illuſtri, Ezechieli Spanhemio, Diſſert. 2. de uſu & præſtantia antiquorum numiſmatum. p. 86. ſeq. qui Αβγαρον vult legendum. Mihi jam non vacat, neque multum refert, Criticam hâc in re exercere.

Ad eandem p. 6. l. 27. ὡς τοῦ λόγος] Vide Matth. IV. 24. Cæterùm de probatione miraculorum Chriſti per famam vide Raimund. Martini Pugionem fidei, Part. II. cap. 8. §. 12.

Ad p. 8. l. ult. DE UTROQUE ADDITAMENTO AGAM. Additamentum primum eſt de Edeſſa nunquam ab hoſtibus capienda, quod neſcio utrum jam tempore Ephremi Syri confictum fuerit, qui non obſcurè ad id alludere videtur verbis in principio hujus Tomi p. 2. citatis. Diſertam autem ejus mentionem facit Procopius, (cujus verba jam ſuprà p. 313. allegavi) & ex eo Evagrius Lib. IV. Hiſt. Eccleſ. c. 27. qui bene obſervant, in Eccleſiaſtica Euſebii hiſtoria & antiquis monumentis nihil hac de re haberi. Et ille quidem tandem hæc addit: *Meum iſta animum cogitatio aliquando ſubiit, à Chriſto non fuiſſe ſcripta, quæ retuli; quoniam tamen ſibi homines perſuaſerunt urbem in ipſius tutela eſſe, nec pati illum, ut ea capiatur, ne quam ſpeciem fraudis & anſam erroris præbeat. Verùm hæc ſe ita habeant & dicantur, ut Deo placet.* Hic autem magis credulus: *Ipſo*, inquit, *eventu comprobatum eſt, fide ſcilicet vaticinium ad effectum perducente. Nam cum eam urbem expugnare aggreſſus eſſet Choſdroës, ac ſæpe numero in eam irrumpere conatus eſſet, ingentem præterea aggerem exſtruxiſſet, qui ipſa urbis mœnia altitudine ſuperabat, innumeras denique alias machinas adhibuiſſet, tamen re infecta abſceſſit.* Quod ibidem prolixiùs enarrat, cum quo confer ipſum Procopium.

Sed

Sed si paulò diutiùs ætatem suam produxisset Evagrius, ipso eventu comperisset, istam epistolæ Christi appendicem falsam, ideoque confictam fuisse. Nam Phoca Romanis imperante Ἔδεσσα ὑπὸ Πέρσας γίνεται. *Edessa in Persarum potestatem venit*, teste Auctore Chronici Alexandrini p. 875. alios recentiores ut taceam. Imo quàm tristia fata hæc civitas sub medium Seculi XII. experta fuerit, Eugenius III. Papa declarat in Epistola ad Ludovicum Francorum Regem apud Othonem Frisingensem Lib. I. de gestis Friderici cap. 34. ita scribens: *Edessa civitas, quæ nostrâ linguâ Rohais dicitur, quæ etiam, ut fertur, cum quondam in Oriente tota terra à Paganis detineretur, ipsa sola sub Christianorum potestate Domino serviebat, ab inimicis crucis Christi capta est, & multa Christianorum castella ab ipsis corrupta: ipsius quoque civitatis Archiepiscopus cum Clericis suis, & multi alii Christiani ibidem interfecti sunt.* Neque minus patet confictum esse sigillum epistolæ Christi subsignatum, Hebraicas referens literas, de quo Cedreni verba loc. cit. allegavi. Nam Eusebius & antiquiores nihil de eo habent, ipsaque ejus interpretatio per hæc verba: Θεῦ θεαθὲν θαῦμα θεῖον, suppositionem satis indicant, adeo ut mente captus sit oportet, qui sibi imaginaretur, Servatorem tali sigillo usum esse. Aliud ab hoc diversum sigillum, epistolæ Christi annexum, Græcas repræsentans literas, cum interpretatione ex Græco idiomate deductâ, exhibet Codex 207. Theol. in Bibliotheca Vindebonensi, de quo vide Lambecium Lib. V. Commentar. in recensione dicti Codicis num. 11. ubi hoc sigillum Græculi cujusdam commentum esse recte observat. Utrumque forte respexit, qui Codicem Bodleianum, scripsit, dum hæc verba superiùs p. 8. descripta apposuit: ὑποθεὶς ἐν τῷ τέλει καὶ σφραγῖδας, &c. *in plurali numero*, cum contrà Cedrenus σφραγῖδα *in singulari numero* memoraverit.

Ad p. 11. l. 25. Κατέβη εἰς τὸν ᾅδην, καὶ διέσχισε φραγμὸν, &c.] Iisdem fere verbis usus est Interpolator Epistolæ S. Ignatii ad Trallianos §. 9. Servatoris nostri descensum ad inferos & adscensum in superna ita describens: Κατῆλθεν εἰς ᾅδην μόνος, ἀνῆλθε δὲ μετὰ πλήθους, καὶ ἔσχισε τὸν ἀπ' αἰῶνος φραγμὸν, καὶ τὸ μεσότοιχον αὐτοῦ ἔλυσε, καὶ ἀνέστη διὰ τριῶν ἡμερῶν. *Descendit ad infernum solus, regressus est autem cum multitudine, & septum illud, quod erat à seculo, rupit, mediumque parietem illius destruxit, ac intra tridumm resurrexit.* Dicta Patrum idem aliis verbis docentium habes in Usserii notis ad h. l. & plura in doctissimi Pearsonii Expositione Symboli, speciatim articuli de descensu Christi ad inferos.

Ad p. 14. l. 10. PLURES PATRES, &c. IN NOTIS INDICABO. Jam video omnes indicatos ab Usserio in Prolegomenis ad S. Ignatii epistolas, c. 8. §. 7 Valesio in Not. ad Lib. VIII. Euseb. cap. 7. Huetio in Notis ad Commentar. Origenis p. 114. col. 2. maximè à Cotelerio in Annotat. ad Lib. II. Constit. Apostol. cap. 36. & Not. ad Tom. I. Monument. Eccles. Græcæ col. 756. seq. adeo ut mihi Spicilegium haud sit relictum.

Ad eandem p. 14. l. 18. ALII QUOQUE PATRES. Clemens Alexandrinus Lib. *Quis dives ſalvetur* §. 40. Ἐφ᾽ οἷς γὰρ ἂν εὕρω ὑμᾶς, φησὶν, ἐπὶ τούτοις καὶ κρινῶ. *In quibus enim, ait, vos invenero, in eis judicabo.* Ad quæ verba in editione Oxonienſi notatur, ea ex Apocrypho Evangelio deſumpta eſſe. Sed Clemens hoc non tanquam Chriſti dictum, ſed velut à Deo Patre prolatum refert, ſicut & Elias Cretenſis in Jure Græco Romano p. 337. id tanquam dictum Dei per Prophetam quendam allegat, hunc verò in ſpecie nominat Johannes Climacus in Scala Paradiſi Gradu VII. pag. 159. ubi ἡ τοῦ ἰεζεκιὴλ φωνὴ *vox Ezechielis* dicitur: ἐν ᾧ εὕρω σε, ἐν αὐτῷ καὶ κρινῶ σε, εἶπεν ὁ Θεός. *In quo ſtatu te invenero, in ipſo judicabo te, dicit Dominus.* Jam quoad ſenſum quidem iſtud prolixè docet Propheta Ezechiel cap. XVIII. & XXXIII. & ſimile dictum extat cap. VII. v. 8. juxta Codicem Alexandrinum LXX. Interpretum, (nam Vaticanus hic eſt mancus) Καὶ κρινῶ σε ἐν ταῖς ὁδοῖς σου, *Judicabo te in viis tuis,* cum juxta præſentem Hebræum textum ſonet: *ſecundum vias tuas*; aſt eadem verbotenus in Canonica Prophetia Ezechielis non habentur, niſi forte extiterint in Apocrypho ejuſdem libro, quem memorat Auctor Synopſeos Scripturæ ſupra p. 134. allegatus: neſcio autem utrum & Joſephus reſpexerit, quando Lib. X. Antiqu. Jud. cap. 6. ſcribit: ὁ προφήτης ἰεζεκιῆλος πρῶτος περὶ τούτων δύο βιβλία γράψας κατέλιπεν. *Propheta Ezechiel primus duos libros de hoc argumento* (captivitate Babylonica) *ſcriptos reliquit.* Verum quicquid ſit, vix dubito hoc dictum in Apocrypho quodam Evangelio, maximè illo ſecundum Ebræos, tanquam Chriſti, relatum fuiſſe, quia adeo diſerte ei hoc adſcribit Juſtinus Martyr, ac eidem quoque tribuere videtur Nilus citatus in Anaſtaſii Quæſt. 3. pag. 34. οἷον γὰρ εὕρω σε, τοιοῦτόν σε κρινῶ, φησὶν ὁ Κύριος, *Qualem te invenero talem te judicabo, ait Dominus.* Alii verò id ſimpliciter, non nominato auctore, allegant, & inter hos Auctor Teſtamenti XL. Martyrum Sebaſtenorum pag. 99. Lib. IV. Commentariorum de Bibliotheca Vindebonenſi diligentiſſimi Lambecii, qui illud primus Græcè loco citato deſcriptum erudito orbi communicavit.

Ad p. 27. l. 13 QUA OCCASIONE, QUAQUE RATIONE SPIRITUS S. CHRISTI MATER APPELLATUS FUERIT. Auctores Evangelii ſecundum Ebræos, non quidem hæretici, ſed haud perfecti, vel ſatis in ſermonibus fidei eruditi Chriſtiani, Spiritum S. vocarunt matrem Chriſti, occaſione per errorem accepta, uti puto, ex verbis cœlitus ſuper Servatorem baptizatum delapſis unà cum Spiritu S. in ſpecie columbæ deſcendente. Nam *factum eſt, cum adſcendiſſet Dominus de aqua, deſcendit fons omnis Spiritus S. & requievit ſuper eum, & dixit illi: Fili mi, in omnibus Prophetis exſpectabam te --- tu es filius meus primogenitus,* &c. ut ipſum Ebræorum Evangelium ſonat; & conſonat Divinus Evangeliſta Matthæus cap. III. v. 16. & 17. *Aperti ſunt ei cæli,*

& vidit Spiritum Dei descendentem sicut columbam, & venientem super ipsum. Et ecce vox de cœlis dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Hanc vocem Dei Patris de cœlis Hebræi minus considerate adscribebant ei, qui tunc insimul sub specie columbæ cœlitus apparuit, Spiritui S. quasi ipse Christum baptizatum vocasset filium suum: quodque merito absurdum illis videretur, præter Deum Patrem Servatori alium adsignare, Spiritum S. matrem potiùs, quàm patrem Jesu appellandum duxerunt, eo ipso in aliud ἄτοπον incidentes, siquidem Christus, ut homo, non nisi unam habet matrem B. Virginem Mariam, sed, ut Deus, est ἀμήτωρ *sine matre*, sicuti Paulus in Epistola ad Hebræos, quos tanquam rudes & *nondum exercitatis sensibus ad discretionem boni & mali præditos* perstringit cap. v. vers. 11. seqq. egregiè per typum Melchisedeci docet c. VII. 3. Æthiopem itaque dealbare, vel laterem lavare mihi videtur Origenes, dum Tom. II. Comment. in Johannem p. 58. istam phrasin excusare conatur, ita scribens: *Quod si quis Hebræorum Evangelium proferat, in quo Servator ipse hæc dicit: Modo accepit me mater mea Spiritus S.—is dubitabit, quomodo Spiritus S. qui per Verbum existit, mater Christi esse possit. Sed hoc non est difficile interpretari. Si enim is, qui facit voluntatem Patris, qui in cœlis est, ejus est & frater, & soror, & mater, & fratris Christi nomen non solùm ad genus hominum pertinet, sed etiam ad ea, quæ illo diviniora sunt; nihil jam absurdum erit, majori etiam gradu matrem Christi esse Spiritum S. quàm eos, qui, quod cœlestis Patris voluntatem faciunt, Christi mater appellantur.*

Ad p. 35. l. 34. IN NOTIS AD FINEM OPERIS DICAM. Dixi jam supra p. 264.

Ad p. 63. l. 9. Αρχὴν πάντων ἐποίησεν.] Quomodo hæc verba, Petro in *Prædicatione* ejus adscripta, intellexerit Clemens Alexandrinus, ipse declarat Lib. VI. Strom. pag. 644. Εἷς γὰρ τῷ ὄντι ἐστὶν ὁ Θεὸς, ὃς ἀρχὴν τῶν ἁπάντων ἐποίησεν, μηνύων τὸν πρωτόγονον υἱὸν ὁ Πέτρος γράφει, συνεὶς ἀκριβῶς τὸ· ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. *Unus est enim revera Deus, qui fecit principium universorum significans primogenitum filium, uti scribit Petrus, accuratè intelligens illud: In principio fecit Deus cœlum & terram.* Atque sic alii quoque Patres subinde istud Mosis: *In principio creavit*, &c. de filio Dei, qui Apocal. III. 14. ἡ ἀρχὴ τῆς κτίσεως τοῦ Θεοῦ, *principium creaturæ Dei* dicitur, explicarunt. Sed hoc ad mysticam interpretationem, sive γνῶσιν sublimiorem, pertinet, de qua jam paucis dicam.

Ad eandem p. 63. l. 17. Τῆς γνωστικῆς γραφῆς.] Per hanc intelligit Clemens interpretationem mysticam, secutus in hâc phrasi Barnabam, qui in Epistola sua §. 6. ubi verba Mosis citaverat: *Ecce ista, ait Dominus Deus: Intrate in terram bonam, quam juramento promisit Dominus Abrahamo & Isaaco, & Jacobo, & ut hæreditatem possidete eam; terram fluentem lacte & melle*, immediatè pòst mysticæ explicationis gratiâ addit:

Τί

Τι λέγει ἡ γνῶσις, μάθετε· ἐλπίσατε ἐπὶ τὸν ἐν σαρκὶ μέλλοντα φανεροῦσθαι ὑμῖν Ἰησοῦν. *Quid dicat cognitio* (i. e. *quis sit sensus spiritualis & mysticus*, ut in editione Oxoniensi Barnabæ bene exponitur) *discite. Sperate in Jesum, qui in carne manifestandus est vobis.* Quæ ipsa Barnabæ verba alibi citat Clemens Alexandr. nempe Lib. V. Strom. p. 578. Sic hoc quoque loco per λόγον δυνάμεως Θεοῦ, docet filium Dei sensu mystico intelligendum esse: unde potiùs τῇ γνωστικῇ γραφῇ quàm τῆς γνωστικῆς γραφῆς, legendum puto; quemadmodum & sequentibus Clementis verbis miserè corruptis, quorum emendationem asterico apposito pollicitus sum, medicam manum adhibere conabor in *Centuria emendationum Clementis Alexandrini*, quam finito hoc Spicilegio in lucem edam, aut Tomo II. Spicilegii annectam.

Ad p. 64. l. 22. Μεγάλην ἡμέραν.] Hâc diem expiationis designari vix dubito, utpote de qua Deus ipse Levit. XXIII. 21. ad Judæos ait: *Et vocabitis hunc diem celeberrimum atque sanctissimum.* Rabbini quoque dicunt, omnibus festis cessantibus hoc expiationis festum perdurare debere, neque mundum sine illo subsistere posse. Vide doctissimum Morinum Lib. IX. de Pœnitentia. cap. 34.

Ad p. 68. l. penult. AD ILLUSTRANDUM HUNC LOCUM DICAM. Quod Petrus hîc viva voce prædicasse dicitur, id ipsum in Canonica ejus epistola cap. I. ver. 11. disertè scribit, nempe *Prophetas scrutatos esse, in quod vel quale tempus significaret in eis Spiritus Christi, prænuncians eas, quæ in Christo sunt, passiones & posteriores glorias*, τὰ εἰς Χριστὸν παθήματα, καὶ τὰς μετὰ ταῦτα δόξας. Ex quibus lux accedit iis, quæ in Prædicatione Petri ex Apocrypho quodam V. T. scripto allegari videntur: ταῦτα πάντα, ἃ ἔδει αὐτὸν παθεῖν, καὶ μετ' αὐτὸν ἃ ἔσται. *Hæc omnia sunt, quæ oportebat ipsum pati, & post ipsum quæ erunt*, nempe non solùm resurrectio ejus atque adscensio in cœlos, sed & *sanctæ civitatis, Hierosolymæ novæ, descensio de cœlo*, quam Auctor Prædicationis Petri respexit, dùm mentionem fecit *assumptionis Christi in cœlos, priusquam conderentur Hierosolyma*, πρὸ τοῦ Ἱεροσόλυμα κτισθῆναι, quamque prolixè describit S. Johannes Apocalyps. capite XXI. quod ita incipit: *Et vidi cælum novum & terram novam; primum enim cælum & prima terra abiit, & mare jam non est. Et ego Johannes vidi sanctam civitatem, Hierusalem novam, descendentem de cælo, à Deo paratam.* Quæ consona sunt istis Petri 2. Epist: c. III. v. 13. *Novos cælos & novam terram secundum promissa ipsius exspectamus, in quibus justitia habitat.* Quod autem Petrus in fine eorum, quæ ex Prædicatione illius recitavi, verborum ait: *Nihil absque scriptura dicimus*, in eo, loquor cum Origene Lib. III. in caput 3. Epist. ad Romanos, ex versione Hieronymi, *simul & doctoribus Ecclesiæ præbet exemplum, ut ea, quæ loquuntur ad populum, non propriis præsumpta sententiis, sed divinis munita testimoniis proferant. Si enim ipse tantus ac talis Apostolus auctoritatem dictorum suorum sufficere posse non credit, nisi doceat in Lege & Prophetis scripta esse, quæ dicit: quanto*

magis nos minimi hoc observare debemus, ut non nostras, cum docemus, sed sancti Spiritus sententias proferamus? Quæ Origenis de Paulo Apostolo verba ad S. Petrum hâc occasione aptissimè referuntur.

Ad p. 80. l. 4. Ἐξ ὀνόματος] Nomen uxoris Petri à Clemente Alexandrino loc. cit. non est expressum, legitur verò in Fragmento, quod Helecæ Cæsaraugustani Episcopi nomine habetur editum, pag. 109. editionis Cæsaraugustanæ: *S. Petrus*, inquit auctor, *in honore habetur in Hispaniis, & ejus uxor Concordia, passa sub Nerone, non multò priùs quàm ipse pateretur. Fuit hæc (ut docet Maximus in Commentariis ad Epistolam S. Petri) filia Aristobuli, vel Zebedæi, & Salomes, socrûs etiam Andreæ, qui duxit alteram sororem Concordiæ, & Jacobi, & Johannis. Fuit autem Aristobulus, cognomento Zebedæus, frater Barnabæ Apostoli Domini.* Ex quibus, ut id obiter moneam, corrigenda sunt, quæ præced. p. 108. perperam excusa sunt hoc modo: *Zebedæus, Pater Jacobi & Johannis, martyris Mariæ Salome*, & legendum: *maritus Mariæ Salomes.* Aliud uxoris Petri nomen habent Martyrologia quædam, quæ ipsam appellant *Perpetuam*, aliter adhuc Simeon Magister & Logotheta in Chronico MS. apud Cotelerium in Notis ad Lib. III. Constit. Apostol. cap. 6. ubi cum inter septem mulieres unguentiferas *Johannam* numerasset, addit: Αὐτὴ δὲ ἦν ἡ γυνὴ Πέτρου. *Ipsa autem erat uxor Petri.* Sed sicut in antecedentibus auctor iste erravit, dum *Mariam matrem quidem Jacobi minoris, uxorem autem Judæ fratris Domini* facit, cùm Jacobus minor frater quidem Judæ fratris Domini, nullatenus autem filius ejus fuerit; ita & hîc hallucinatum esse, ac similiter uxorem Petri cum matre confudisse haud dubito, quia in alia recensione parentum & patriæ S. Apostolorum, quam itidem ex MSS. Codicibus Regiis descripsit diligentissimus Cotelerius ad Lib. II. Const. Apost. cap. ult. hæc lego: *Petrus & Andreas fratres, ex patre Jona, matre Johanna, arte piscatores, è vico Bethsaida.* Cæterùm quodcunque nomen fuerit uxoris S. Petri, ex relata de ejus martyrio historia patet, Apostolum suscepto quoque Apostolatu, circumduxisse uxorem, ac in ipsa urbe Roma sibi præsentem eam habuisse, adeò ut Paulus 1 Corinth. IX. v. 5. meritò scribere potuerit: *Numquid non habemus potestatem mulierem sororem circumducendi, sicut & cæteri Apostoli, & fratres Domini, & Cephas?* Quæ verba allegans Clemens Alexandrinus Lib. III. Stromat. p. 448. immediatè addit: Οὗτοι μὲν, οἰκείως τῇ διακονίᾳ, ἀπερισπάστως τῷ κηρύγματι προσανέχοντες, οὐχ ὡς γαμετὰς, ἀλλ' ὡς ἀδελφὰς περιῆγον τὰς γυναῖκας, συνδιακόνους ἐσομένας πρὸς τὰς οἰκουροὺς γυναῖκας. *Hi quidem, ut erat rationi consentaneum, prædicationi indivulsè incumbentes, non ut uxores, sed ut sorores, circumducebant mulieres, quæ unà ministraturæ essent in conversione mulierum domi hærentium.*

Ad p. 92. l. 35. BAPTIZATI LEONIS FABULAM. Eandem objectionem prævidit, sed meritò despexit, Combefisius Part. I. Auctarii Novissimi Bibliothecæ Patrum in Notis ad Nicetæ Paphlagonis orationem Encomiasticam Theclæ p. 506. col. 2. In eandem quippe senten-

sententiam mecum concedens, ista, quibus Nicetas aliique recentiores Scriptores usi sunt, Acta eadem fecit cum antiquioribus, quæ S. Patres memorant. *Valde*, inquit, *adducor, ut existimem, illa ipsa Acta esse, ex quibus Veteres, Græci pariter & Latini, tanta illa de Thecla mutuati sunt, ac scripto tradiderunt, quæ omnia in illis hactenus continentur, & quæ nonnulli ut Apocrypha exceperunt, rem habentes cum Hæreticis, ac quod illis favere arbitrarentur.* Et mox dictam objectionem repellens, addit: *Fabulam Leonis baptizati non moror, quæ una meritò exulat, potuitque pio alicujus zelo expungi.*

Ad p. 94. l. 9. VERBA DICAM. Mox dicam sequenti pag. 334. inter generales de Actis Theclæ notas, num. IV.

Ad p. 95. l. 3. Θέκλας] Hic titulus procul omni dubio diversus est ab ipso, qui olim Actis Theclæ inditus fuit, habente in se nomen *Pauli*, ut ex Tertulliani ac Hieronymi locis citatis, nec non ex Pseudo-Gelasii decreto liquet. Recentiores itaque Græci præsentis tituli Auctores esse videntur, utpote qui Theclam *Protomartyrem & Apostolum* vocare in usu habent. Sic Nicetas Paphlago Encomiasticam Orationem suam inscripsit: Εἰς τὴν ἁγίαν Πρωτομάρτυρα καὶ Ἀπόστολον Θέκλαν, Part. I. Auctarii novissimi Bibliothecæ Patrum Combefisii pag. 445. Et mox post initium hujus orationis p. 446.C. ait: Αὐτὴ Παύλῳ τοῦ Εὐαγγελίου κοινωνήσασα, καὶ τῇ μιμήσει τῶν λόγων καὶ τῶν ἔργων, καὶ τῇ κοινωνίᾳ διωγμῶν καὶ πειρασμῶν Ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ γεγενημένη, οὐκ ἂν ἐθέλοι τοῖς Μάρτυσι περιωρίσθαι. *Ipsa Paulo prædicationis socia, eumque doctrinis ac operibus imitata, communique persecutionum ac tentationum stadio, Christi Jesu Apostolus facta, Martyrum cœtu coërceri noluit.* Et ulteriùs pag. 459. hæc de S. Thecla verba habet Latinè reddita: *In eum modum beatissima Dei Martyrio fungitur: prima nimirum, velut Stephanus viris, sic illa fœminis, excellentiâ fidei aperiens certaminis stadium.*

Ad eandem p. 95. l. 14. Ἐγλύκανεν] Vetus interpres hæc paulò aliter, sequentem in modum, legisse videtur: πᾶσι τοῖς λογίοις τοῦ Χριστοῦ καὶ διδασκαλίας καὶ τῆς ἑρμηνείας τοῦ εὐαγγελίου τοῦ ἠγαπημένου ἐγλύκανεν αὐτοὺς, ut ex versione ejus p. 120. patet.

Ad eandem p. 95. l. 33. Ἀγκύλον τοῖς κνήμαις, εὔκνημον] Hæc duo epitheta sibi invicem repugnantia videri poterant, siquidem prius significat *hominem cruribus curvis*, posterius *elegantem cruribus*, uti Vetus interpres reddidit. Verùm hoc loco εὔκνημον denotare potiùs arbitror hominem crassis ac firmis, quàm concinnis ac elegantibus suris, hincque ab alio quopiam emendatore Latinæ versionis additum puto τὸ *Surosus*.

Ad p. 106. l. 25. Δός μοι τὴν ἐν Χριστῷ σφραγῖδα] Baptismum his verbis petiit S. Thecla, ac eâdem planè phrasi Aquila ad Christianam fidem conversus dicitur αἰτήσας τὴν ἐν Χριστῷ σφραγῖδα Epiphanio

Lib. de Ponderibus & Menſuris §.15.p.171. Similiter Conſtantinus Imperator beneficium Baptiſmi ab Epiſcopis poſtulavit ſequentibus verbis: ὥρα καὶ ἡμᾶς ἀπολαῦσαι τῆς ἀθανατοποιοῦ σφραγῖδος· ὥρα τοῦ σωτηρίου σφραγίσματος μεταλαχεῖν, uti legitur apud Euſeb. Lib. IV. de Vita Conſtantini M. cap. 62. *Jam tempus eſt, ut ſignum illud, quod immortalitatem conſert, nos quoque percipiamus; tempus eſt, ut ſalutaris ſignaculi participes fiamus.* Sicuti verò hæc communis quaſi formula Baptiſmum petendi fuiſſe videtur, ita Sacramenti ex voto compotes facti τὴν ἐν Χριστῷ σφραγῖδα vel ſimpliciter σφραγῖδα accepiſſe dicebantur. Ita Lib. II. Conſtit. Apoſtol. c. 14. legimus: Καὶ Σίμων ὁ μάγος ἔλαβε τὴν ἐν Κυρίῳ σφραγῖδα. *Et Simon Magus Baptiſmo Domini ſignatus fuit.* Et c. 39. ejuſdem libri de Gentilibus Auctor ait: Οὐ μὴν κοινωνοῦμεν αὐτοῖς, μέχρις οὗ τὴν σφραγῖδα λαβόντες τελειωθῶσιν. *Non communicamus cum iis, donec per Baptiſmi ſigillum perfectionem accipiant.* L. III. quoque c. 16. Baptiſmus inſignitur titulo τῆς ἀθραύστου σφραγῖδος, *infragilis ſigilli.* Ne autem excipias, hanc phraſin iſtâ, quâ Presbyter Aſiaticus Acta Pauli & Theclæ ſcripſiſſe dicitur, ætate, *i. e.* Apoſtolicâ, recentiorem eſſe, ecce verba Apoſtolici Scriptoris, nempe Hermæ Lib. III. Similitud. 9. §. 16. *Illi igitur defuncti ſigillo filii Dei ſignati ſunt, & intraverunt in Regnum Dei. Antequam enim accipiat homo nomen filii Dei, morti deſtinatus eſt: at ubi accipit illud ſigillum, liberatur à morte, & traditur vitæ. Illud autem ſigillum aqua eſt, in quam deſcendunt homines morti obligati, adſcendunt verò vitæ aſſignati. Et illis igitur prædicatum eſt illud ſigillum: & uſi ſunt eo, ut intrarent in Regnum Dei.* Ac mox: *Et ipſi* (Apoſtoli) *dederunt eis illud ſignum.* Quæ ultima à Clemente Alexandrino L. III. Strom. p. 379. citata Græcè ita ſonant: Καὶ αὐτοὶ ἔδωκαν αὐτοῖς τὴν σφραγῖδα τοῦ κηρύγματος. Et ipſe Clemens voce σφραγὶς in hâc ſignificatione uſus eſt Lib. *Quis dives ſalvetur,* ubi notam de juvene, quem S. Johannes Apoſtolus ad bonam frugem reduxit, hiſtoriam narrat. Duas hujus denominationis rationes dat Gregorius Nazianz. Orat. XL. p. 639. his verbis: *Baptiſmum ſigillum vocamus* (σφραγῖδα καλοῦμεν), *quia eſt conſervatio, & dominationis ſignificatio.* Quarum priorem confirmat ipſa Thecla & Clemens Alex. ll. cc. Sed aliter Chryſoſtomus Homil. III. in 2 ad Corinth. Καθάπερ στρατιώταις σφραγὶς, οὕτω καὶ τοῖς πιστοῖς τὸ πνεῦμα ἐπιτίθεται. *Quemadmodum nota quædam militibus, ita fidelibus quoque Spiritus imponitur.* Er mox: Ἰουδαῖοι μὲν γὰρ εἶχον σφραγῖδα τὴν περιτομὴν, ἡμεῖς δὲ τὸν ἀῤῥαβῶνα τοῦ πνεύματος. *Judæi ſigni loco circumciſionem habebant, nos autem arrhabonem Spiritûs,* qui datur in Baptiſmo per aquam, & in confirmatione per manum Epiſcopi. Unde & de hac vocem σφραγὶς, quæque ab hac derivantur, jam olim uſurpata legas in Cornelii Papæ epiſtola ad Fabium Antiochenum apud Euſeb. Lib. VI. Hiſt. Eccleſ. c. 43. apud Dionyſium Areopagitam de Hierarchia Eccleſiaſtica cap. 5. alioſque.

Ibid.

Ibid. lin. 29. Τὴν δωρεὰν Χριστοῦ] Et hâc voce Sacramentum Baptiſmi denotatur. Vid. Caſauboni Animadverſ. in Baronii Annales Exercit. XVI. num. 51.

Ibid. lin. 32. Εἰς Ἀντιόχειαν ἀπῄει] Vide quæ notavit Combefiſius Not. 7. in Nicetæ Paphlagonis Orationem de Thecla, p. 508.

Ad p. 108. l. 23. ERAT AUTEM EULOGIUM EJUS SCRIPTUM. *Eulogium* propriè quidem idem ſonat, quod jam vocamus *Elogium*. Sed in genere quoque de omni dictione ſive Scriptura uſurpatur. Sic in Epiſtola Caroli M. ad Offam Regem: *Veſtræ Serenitati hoc Eulogium duximus deſtinandum*. Et in Præfatione Paſſionarii Galeni: *Si quis intente deſiderat cognoſcere intentionem totius libri, prius curſim relegat hæc prænotata capitula, quæ brevi eulogio in fronte hujus libelli prænotata repererit.*

Ad p. 128. l. 2. ALIQUA IN NOTIS ADDAM. Primum, quod addo, concernit Hieronymum, cujus auctoritas hiſtoriæ de Thecla obſtare, eamque inter figmenta referre videbatur. Cui ſuprà p. 88. ſeq. denſam S. Patrum, clariſſimorum de actis Theclæ teſtium, nubem oppoſui: jam autem Hieronymo ipſum Hieronymum oppono, in fine Epiſt. 22. ad Euſtochium ita ſcribentem: *Qualis erit illa dies, cum tibi Maria, mater Domini, choris occurret comitata virgineis? — Tunc Thecla in tuos læta volabit amplexus. Tunc & ipſe ſponſus occurret, & dicet: Surge, veni proxima mea, ſpecioſa mea*, &c. Eſt & alia epiſtola ad Oceanum de Vita Clericorum Tom. IX. pag. 218. B. ita ſonans: *Thecla poſt tentationem paſſionis Antiochiæ* (lege *Antiochiam*) *à Paulo prohibetur pariter pergere.* Vid. ſuprà p. 106. Sed cum hæc inter ſpurios Hieronymi fœtus rejecta ſit, (quod an meritò factum ſit, nec ne, modò diſquirere nolo) non tam eam urgeo, quàm præcedentem, de cujus auctoritate nullus unquam dubitavit. Secundò monendum, poſtquam Acta Theclæ jam excuſa fuere, occurriſſe mihi in Hilarii Commentariis ſuper 2. Timoth. II. locum, quo illa ipſa Theclæ Acta citâſſe videtur. Agens enim de hæreſi Hymenæi & Phileti dicentium, *reſurrectionem jam eſſe factam*, ac explicans, quo ſenſu hoc illi docuerint: *Hi*, inquit, *ſicut ex alia Scripturâ docemur, in filiis fieri reſurrectionem dicebant.* Cum autem nulla Canonica Scriptura Novi Teſtamenti tale quid doceat, Apocryphum aliquod ſcriptum reſpexerit neceſſe eſt, in quo iſte antiquorum Apoſtolici ævi hæreticorum ſenſus traditus fuerit. Sed nec in ulla, cujus fragmenta habemus, Apocryphâ Scripturâ iſtud occurrit, præterquam in noſtris Pauli & Theclæ Actis, in quibus p. 101. Demas & Hermogenes ita locuti feruntur: Ἡμεῖς διδάξομεν, ὅτι ἣν λέγει οὗτος ἀνάστασιν γενέσθαι, ἤδη γέγονεν ἐφ' οἷς ἔχομεν τέκνοις, καὶ ἀνέστημεν Θεὸν ἐπιγνόντες. *Nos docebimus, eam, quam ipſe* (Paulus) *dicit fore reſurrectionem, jam factam eſſe in iis, quos habemus liberis, quodque reſurrexerimus, dum Deum cognovimus.* Hæc itaque Auctorem iſtorum Commentariorum legiſſe, atque loco citato allegaſſe, vix eſt dubium. Eandem hujus hæreſeos de reſurrectione jam factâ expoſitionem dedit Theodoretus in Commentario

tario super 2. Epist. ad Tim. c. II. & Epiphanius Hæres. XL. §. 8. cujus hæc sunt verba: Τὴν δὲ ἀνάστασιν ἤδη γεγενῆσθαι διὰ τῶν γινομένων τέκνων ἀπὸ ἑκάστου τῶν γεννώντων. *Resurrectionem mortuorum jam factam dixerunt, illis ipsis procreandis liberis, quos Parentum quisque genuisset.* Ita quoque de antiquorum istorum hæreticorum successoribus, Seleucianis scilicet vel Hermianis, Augustinus Lib. ad Quodvultdeum. §. 59. *Resurrectionem*, inquit, *non putant futuram, sed quotidie fieri in generatione filiorum.* Alteram verò rationem quod spectat, quâ resurrectionem spiritualiter per cognitionem Dei fieri dicebant, huic attestatur Tertullianus: Lib. de Resurrect. carnis c. 19. sequentibus verbis: *Resurrectionem quoque mortuorum, manifestè annuntiatam, in imaginariam significationem distorquent, asseverantes ipsam etiam mortem spiritaliter intelligendam. Non enim hanc esse in vero, quæ sit in medio, discidium carnis atque animæ, sed ignorantiam Dei, per quam homo mortuus Deo non minùs in errore jacuerit, quàm in sepulchro. Itaque & resurrectionem eam vindicandam, quâ quis adita veritate redanimatus & revivificatus Deo, ignorantiæ morte discussâ, velut de sepulchro veteris hominis eruperit: quia & Dominus Scribas & Pharisæos sepulchris dealbatis adæquaverit. Exinde ergo resurrectionem fide consecutos cum Domino esse, quum eum in baptismate induerint.* Hæc Tertullianus de sui ævi hæreticis, perinde ut Acta Theclæ de antiquis, Dema, inquam, ac Hermogene. Tertiò & illud Actorum horum antiquitatem confirmat, quod in his eadem fere, quæ in Luciani Philopatride, detur Pauli descriptio supra pag. 95. à quâ recentiores Auctores procul dubio abstinuissent, sicut reapse Basilium Seleuciensem aliosque eam omisisse videmus. Quartò, quod Presbyter Asiaticus sacrum docendi munus Theclæ tribuit, id historiæ Ecclesiarum Asiæ primis istis temporibus satis est congruum. In istis enim mulieres quasdam potestatem prædicandi in Ecclesia sibi arrogasse, colligitur ex verbis Pauli ad Timotheum Ephesi in Asia relictum, c. II. prioris Epistolæ vers. 11. seq. ita scribentem. *Mulier in silentio discat cum omni subjectione. Docere autem mulieri non permitto,* &c. Quid quæso hac instructione Timothei opus erat, nisi in Ephesina Ecclesia fœminæ sacrum istud munus ambiissent? Ita & in alia Asiatica Ecclesia, Thyatiræ scilicet, *mulier Jezabel docebat, dicens se* προφῆτιν *esse*, id quod improbat S. Johannes Apocal. II. 20. & Episcopum huic Pseudo-Prophetissæ conniventem reprehendit. Talis mulierum in Ecclesiis prædicantium patronus iste quoque Asiaticus Presbyter fuisse videtur, qui Acta Pauli & Theclæ scripsit, & ob id meritò à S. Johanne gradu suo dejectus est, ut à Tertulliano & Hieronymo memoriæ proditum dixi. Quintò observandum est, istorum, quæ in Actis nostris de Pauli persecutione & carcere Iconii pag. 101. seqq. narrantur, veritatem haud parum confirmari in posteriori ejus Epistola ad Timotheum cap. III. v. 11. ubi Apostolus conqueritur de διωγμοῖς & παθήμασι, quæ ei acciderunt, ut aliis in locis, ita & *Iconii*, addens: *Et ex illis omnibus eripuit me Dominus.* De quibus nihil in Canonicis Actis Apostolicis, à Luca consignatis, in

Apocryphis

Apocryphis verò, quæ jam edimus, dicto loco plura habentur, quæ ad illustrandum atque uberiùs enarrandum locum citatum Epistolæ Pauli haud parum conducunt, Declarantur quoque ex Actis Theclæ ea, quæ 2. ad Corinth. XI. v. 24. seqq. Apostolus scribit de *carceribus, plagis, periculis inter falsos fratres,* &c. Tales quippe fuere Demas & Hermogenes, qui Paulum ad Thamirim, hic verò & mater Theclæ ad Præsidem detulere, qui Paulum in carcerem conjecit, & tandem inde eductum *flagellari, ac urbe ejici jussit,* ut ad finem pag. 103. legitur, alia ejusmodi plura ut taceam. Denique mantissæ loco adjicio, Tryphænam, cujus in Actis Theclæ honorifica fit mentio, eandem procul dubio esse cum ea, de quâ Martyrologium Romanum ad x. Novembris: *Iconii in Lycaonia sanctarum mulierum Tryphænæ & Tryphosæ,* (subintellige *memoria celebratur*), *quæ B. Pauli prædicatione & exemplo Theclæ in Christiana disciplina plurimùm profecerunt.* Utrum verò hæc eadem sit cum illâ, quam Apostolus Rom. XVI. 12. salutari jubet, dubito, licet Estius Comment. in hunc locum, aliique affirment.

Ad pag. 134. lin. 18. EPIPHANIUS DE PONDERIBUS ET MENSURIS. Verba Epiphanii loco citato §. 10. Latinè versa hæc sunt: *Mox sine ulla cunctatione libros illos, quos paulo antè commemoravi, Hebraicis literis aureis conscriptos ad Regem mittunt, hoc est, veteris Testamenti viginti duos, & Apocryphos septuaginta duos,* ἑβδομήκοντα δύο δὲ τὰς ἀποκρύφους. Quæ ex præcedenti §. 5. corrigenda vult Cotelerius in Notis ad Lib.VI. Constit. Apost. c. 16. & pro οβ'. §.10. ponendum censet κβ'. quia altero isto loco Epiphanius mentionem fecit εἰκοσιδύο τῶν Ἀποκρύφων. Jam certum quidem est, numeros κβ'. & οβ'. hîc perperam commutatos esse; ast ex §. 10. potius emendandus est §. 5. inque hoc ponendum οβ', non in illo κβ'. uti patet ex adversativa particula δὲ, in recitatis ex §. 10. verbis usurpata, quæ clarè ostendit, sequentem numerum à præcedente diversum esse. Præcesserat autem numerus κβ'. ac proinde is, qui sequitur, alius sit, necesse est. Cæterùm tam meam emendationem Epiphanii, quàm ipsius hujus Auctoris fidem egregie confirmant verba Esdræ Lib. IV. Esdræ (quem ante Clementis Alexandrini ævum extitisse, ex diserta ejus citatione Lib. I. Stromat. p. 330. patet) c. XIV. vers. 45. seqq. ubi cum prolixè narrasset, quomodo per Spiritum Dei sacros libros deperditos intra spatium 40. dierum restauraverit, tandem addit: *Et factum est, cum complevissent quadraginta dies, locutus est Altissimus, dicens: Priora, quæ scripsisti in palam pone, & legant digni & indigni. Novissimos autem septuaginta* (libros) *conservabis, ut tradas ea sapientibus de populo tuo. In his enim est vena intellectûs & sapientiæ fons, & scientiæ flumen.*

Ad p. 138. l. 4. PROCOPIUS IN COMMENT. IN GENES. CAP. XXXVIII. Verba Procopii loc. cit. ubi de Juda & Thamare loquitur, hæc sunt juxta Latinum Claudii Thrasybuli versionem: *Ille, uxore defuncta, quærebat sobolem. In testamento (aiunt) attestatur ei Deus,*

quod

quod diu eam (Thamarem) *cum adhuc esset virgo, Judas habuerit: luxitque iniquitatem ejus.* Doleo Latinam versionem, ut aliis in locis, ita & hic adeo obscuram & vitiosam esse, nec in instructissimis alioqui hujus Academiæ Bibliothecis reperiri Græcum istorum Procopii Commentariorum exemplar MS. ex quo illam emendare, & clarè perspicere queam, quis allegatorum verborum sit sensus, & quæ in Testamento Judæ verba respexerit Procopius. Puto tamen cum respexisse ista, quæ in Testamento Judæ §. 10. & 12. leguntur.

Ad p. 144. l. ult. ANNOTATIONE AD HANC PAGINAM. Rationem hujus editionis Testamentorum τ̃ ιβ'. paucis, uti promisi, reddo. Habes nimirum hîc, benevole Lector, Græcum textum juxta membranaceum Codicem MS. in Bibliotheca Academiæ Cantabrigiensis, utpote perfectum fere ac pene eundem cum exemplari, ex quo versionem Latinam elaboravit Robertus Episcopus Lincolniensis, adjuvante Magistro, Nicolao Græco, Clerico Abbatis de sancto Albano, & Rectore Ecclesiæ de Dachet. Atque hunc quidem Codicem cum biennio fere abhinc Cantabrigiæ essem, in laudata Bibliotheca mihi ostendit ejus Custos, Dnus. Johannes Laughton, qui, ut est Vir erga exteros supra modum humanus, ita eum describendum mihi procul dubio concessisset, si jam tum præsens opus in animo habuissem. Verùm cum istud hîc Oxonii demum susceperim, Apographum Cantabrigiensis Codicis benevole mihi communicavit Dn. D. Johannes Millius, Fautor meus gratiosissimus, ac nunquam satis laudandus, qui illud inter sacræ antiquitatis κειμήλια asservaverat. Istud itaque Apographum diligenter contuli cum Codice chartaceo Oxoniensi in Bibliotheca Bodleiana num. 133. inter Baroccianos, (quem anno Christi 1268. ipso Roberti seculo exaratum esse, ex numero ad calcem totius Codicis adscripto colligitur) ac variantes Lectiones alicujus saltem momenti ad oram cujuslibet paginæ apposui, licet non semper nomen Codicis Oxoniensis expresserim; notans insuper, ubi Codex Oxoniensis deficiat (deficit autem sæpissimè) & ubi contrà habeat plura, quàm exemplar Cantabrigiense. Latinam versionem adjunxi non propriam, sed Roberti Lincolniensis; & quidem ut erudito orbi pateret, quàm vitioso hactenus exemplari usus sit, ita eam recudendam curavi, prout in editione an. 1549. Parisiis excusa est, facta ad oram cujuscunque paginæ plurimorum sphalmatum emendatione è duobus Bibliothecæ Bodleianæ Codicibus, uno eorum, qui in Catalogo nomine Bodleii inscripti sunt, super D. 1. Art. Cod. 62. qui 400. annorum esse videtur, & in Notis meis per num. 62. denotatur; altero Seldeni, in pluteis superioribus Cod. 75. annis abhinc 300. circiter scripto, qui per num. 75. indigitatur: correctis quoque subinde erroribus, non à Typographo, sed ipso interprete commissis. Cæterum sphalmatum Typographicorum in Latina versione ex MS. Codicibus emendatorum indices sunt numeri 1, 2, 3, & sic consequenter: errorum autem interpretis, quos ipsemet correxi, signum est *. Similiter variantes Lectiones vel emendationes Græci textûs è MS. Codice Oxoniensi, designavi literis a, b, c, &c.

propriAs autem correctiones, licet paucas, notavi signo * nisi ubi hoc in textu occurrit, nullâ ad oram paginæ posita correctione: tunc enim nota est Annotationis, hic in calce hujus Tomi secuturæ: quanquam aliquas addiderim, nullo tali signo promissas, quæ postea in mentem inciderunt. Aperta verò vitia per incuriam Scribæ commissa, sive varias lectiones nullius plane momenti, tam in Græco, quàm in Latino exemplari præterii, ne Lectorem frustra turbarem. Denique singula Testamenta XII. Patriarcharum in paragraphos distinxi, ut eò promptiùs allegari, ac allegata faciliùs inveniri possent. Reliqua ipse Lector non monitus observabit, & sicubi in prima hâc editione Græco-Latina hallucinatus fuerim, veniam dabit, eò quod rarissime res primâ vice perfectæ in lucem prodire soleant.

Ad p. 145. l. 25. Εξεχύθην ἐγὼ] Hæc conveniunt cum ultimis Patriarchæ Jacobi verbis, quæ de Ruben protulit, Gen. XLIX. 4.

Ad p. 146. l. 6. Οἶνον καὶ σίκερα, &c.] Idem tempore pœnitentiæ suæ fecit Ruben, quod Propheta Daniel de semetipso iisdem fere verbis testatur, cap. X. v. 3. juxta LXX. Εν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἐγὼ Δανιὴλ ἤμην πενθῶν τρεῖς ἑβδομάδας ἡμερῶν· Ἄρτον ἐπιθυμιῶν οὐκ ἔφαγον, καὶ κρέας καὶ οἶνος οὐκ εἰσῆλθεν εἰς τὸ στόμα μου.

Ibid. l. 14. Πνευμάτων πλάνης.] Vide quæ de Spiritibus erroris, & Dæmonibus vitiorum eruditè, ut solet, congessit Cotelerius in Notis ad Hermæ Lib. II. Mandat. 2.

Ad p. 148. l. 16. Εφραθὰ.] Hæc ex Genes. XXXV. 21. seq. narrantur: ἐφραθᾶ autem mentio fit præcedenti v. 19. ubi Hebræus textus de ea ait: הוא ביתלחם *Hæc est Bethlehem.* Similiter LXX. αὕτη ἐστὶ Βηθλεὲμ. Sed & Demetrius apud Euseb. Lib. IX. Præparat. Evangel. cap. 21. consentit his verbis: ἔνθεν παραγενέσθαι εἰς ἐφραθὰ, ἣν εἶναι Βηθλεέμ. Indeque ipse Eusebius Lib. VII. Demonstrationis Evangel. pag. 347. ex allegato loco Geneseos idem docet. Contra Auctor Testamenti Ruben in citatis verbis videtur hæc duo distinguere, & Ephratam facere domum in urbe Bethlehem: nisi forte aliquis ad marginem interpretationis gratiâ adscripserit οἶκον ἄρτου, & prior vox inde in textum irrepserit; quem correcturus postea, sive explanaturus is, qui Oxoniensem Codicem scripsit, ἐν loco οἶκον posuit.

Ad p. 151. l. 11. Ζηλώσεις τοὺς υἱοὺς Λευὶ, &c.] Respicit ad rebellionem Dathan, Abiron & Hon, atque pœnam iis inflictam, de qua Num. XVI. 1. seqq.

Ad p. 156. l. 8. Εν εὐλογίαις] Dum hîc de posteris Simeonis dicitur: Καὶ ἔσονται ὀλίγιστοι, ἐπιμεριζόμενοι ἐν τῷ Λευὶ καὶ Ἰούδᾳ, alluditur ad vaticinium Jacobi de tribu Simeon Gen. XLIX. 7. Διαμεριῶ αὐτοὺς ἐν Ἰακὼβ, καὶ διασπερῶ αὐτοὺς ἐν Ἰσραήλ. Quod in Simeone impletum

esse patet ex Josuæ XIX. & 1. Paralip. IV. Sequentia quod attinet: Καὶ οὐκ ἔσται ἐξ ὑμῶν εἰς ἡγεμονίαν, (uti rectè in Codice Oxoniensi legitur) difficilius est conjectare, quibus Jacobi verbis ista intimentur. Dicerem Auctorem respexisse hæc Jacobi verba: *Cætui eorum non jungatur gloria mea*, i. e. *in tribu eorum non existat Regnum Israeliticum*, si aliquem ex veteribus pro hac expositione adducere possem. Verùm hi longè diversum horum verborum sensum tradunt, ideoque dicendum, vel citationem *benedictionum Jacobi* ad hæc non pertinere, sed ad ea, quæ præcesserunt, vel Auctorem Testamenti Levi non allegâsse benedictiones Jacobi in Canonico libro Geneseos descriptas, sed Apocryphum Jacobi Testamentum inter διαθήκαις τριῶν Πατριαρχῶν, quarum mentionem & ego supra pag. 130. feci, & ipse noster Auctor in Testamento Benjamin §. 10. injecit. Cæterùm si quispiam lectionem Codicis Cantabrigiensis & Roberti Lincolniensis præferre vellet, juxta quam Simeon affirmavit, ex posteris ejus fore ducem, neque hunc sensum ex ultimis Jacobi verbis Gen. XLIX. elicere, nec facilè cum præcedentibus in Simeonis Testamento verbis conciliare poterit.

Ibid. lin. 28. Φαινόμενος ἐπὶ γῆς, ὡς ἄνθρωπος] Quæ hîc & paulò post, de magno Deo in forma hominis super terram apparente, & cum hominibus comedente, dicuntur, non Judæi sed Christiani hominis sunt verba.

Ad p. 159. l. 22. Τὰ πνεύματα] De his Ecclesiastici XXXIX. 33. Ἔστι πνεύματα, ἃ εἰς ἐκδίκησιν ἔκτισται.

Ad eandem pag. l. ult. Προσφέρουσι δὲ Κυρίῳ] Ita ipse Archangelus Raphaël Tob. XII. 15. Ἐγώ εἰμι Ῥαφαὴλ, εἷς τῶν ἑπτὰ ἁγίων ἀγγέλων, οἳ προσαναφέρουσι τὰς προσευχὰς τῶν ἁγίων, καὶ εἰσπορεύονται ἐνώπιον τῆς δόξης τοῦ ἁγίου. Confer S. Johannis Apocalypſ. c. VIII. v. 3. seq.

Ad p. 160. l. 6. ὅταν οὖν ἐπιβλέψῃ ὁ Κύριος, &c.] Respexit ad prophetiam Habacuci, cap. III. vers. 6. Ἔστη, καὶ ἐσαλεύθη ἡ γῆ, ἐπέβλεψε, καὶ διετάκη ἔθνη.

Ad p. 161. l. 12. Ἔδωκέ μοι ὅπλον καὶ ῥομφαίαν] Ita quoque Judith in oratione sua c. IX. vers. 2. Κύριε ὁ Θεὸς τοῦ πατρός μου Συμεὼν, ᾧ ἔδωκας ἐν χειρὶ ῥομφαίαν εἰς ἐκδίκησιν ἀλλογονῶν, &c.

Ibidem lin. 17. Ταῖς πλαξὶ τῶν οὐρανῶν] Dum in Notis ad Testamenta XII. Patriarcharum conscribendis versor, venit Oxonium doctissimus Dn. Dodwellus, & videns me Annotationem de *Tabulis Cælorum* pollicitum esse, hanc, quam ipse propria manu in chartas conjecit, pro singulari humanitate sua mihi communicavit: ego verò hîc integram, ut accepi, Lectori debitè repræsento.

Πλάκες

Πλάκες τȣ̃ ȣ̓ρανȣ̃ non aliud, opinor, denotant quàm *legem* in *Cælis Archetypam*. Lex enim *Mosaica Tabulis lapideis* à Deo ipso exarata est. Quæ quidem *Tabulæ* πλάκες λίθιναι appellantur in sacris literis, pro sermone apud Hellenistas recepto, quà quidem opponuntur πλαξὶ σαρκίναις, Legique *cordibus humanis* inscriptæ, 2. Cor. III. 3. Convenitque inscriptio illa *Legi Mosaicæ*, quà Διαθήκη erat, utrâque Διαθήκης significatione. Qua scilicet Διαθήκη *Pactum* denotabat, & qua etiam *Testamentum*. Qua *Pactum* erat, ita illam *duabus Tabulis lapideis* inscriptam accepit ab ipso Deo *Moses*: Ad eundem plane modum, quo & Leges *Atheniensium* in ἄξοσι & κύρβεσι prostabant, & quo omnia publica cujusvis generis monumenta ubiq; fere *stylis* edi solebant *lapideis*, vel λευκάμασι parietibusque gypsatis, cum nondum recepta esset facilior alia scribendi consuetudo. Inde δίπλαξ θεσμὸς etiam antiquitus audiebat. Et in *Testamentis* idem olim obtinuit mos, ut etiam ipsa *Tabellis binis* conciperentur, quæ sibi invicem obversæ, & sigillis munitæ, Testatoris voluntatem celarent, donec publicâ demum Auctoritate in lucem emitterentur.

§. 1. Πλακῶν nomine *Legem* intelligi verisimile est.

Rectè ergo Lex πλακῶν nomine insignitur. Additur etiam τȣ̃ ȣ̓ρανȣ̃, ut ab externa illa *Mosis* Lege secerneretur, quam *Moses* ipse in *terris* ediderit. Erat enim & illud apud *Hellenistas*, & N. Testamenti Scriptores, Hellenisticorum *dogmatum* sequaces, receptum, ut rerum omnium *terrestrium*, præsertim earum quæ ad *Religionem* spectabant, *exemplaria* crederentur in *Cælis* Archetypa, quæ παραδείγματα vocat Auctor ad *Ebræos*, c. IX. v. 23. ad quarum similitudinem expressa fuerint Ectypa omnia, quæ illis respondebant, *Terrestria*. Imo ut *vera* illa sola fuerint *Cælorum* Archetypa. Sic *arcæ Mosaicæ* respondebat Apostoli σκηνὴ in cœlis ἀληθινή. Sic Templo *Solomonis* æternum aliud *ab initio* cœleste, cujus meminit Auctor Libri Sapientiæ, cap. IX. v. 8. Sic Urbi *Hierosolymitanæ* Urbs alia in *Cælis* Hierosolymitana, quæ mater est Peculii Mystici, Gal. IV. 25, 26. Συστοιχίαν appellat Apostolus Cœlestium illorum Archetyporum Terrestriumque Ectyporum convenientiam. Itaque ut *Tabulis lapideis* concipiebatur *Lex Mosaica*, ita *Lex* fuerit illius in *Cælis* Archetypa, ipsa quoque *Tabulis* inscribenda, non *Terrestribus* utique, sed *Cælestibus*. Hic νόμος erat πνευμ͂ος. Pro eodem exemplo quo *Deus* ipse πῦρ appellatur. *Ignis* enim *Lucisque* (quæ eidem voci *Ebrææ* respondent) Symbolis Archetypa illa *Cælestia* denotare solent *Hellenistæ*. Et *Legem* certe illis, quæ *ab initio* fuerint, ante jacta Mundi fundamenta, accensent etiam *Rabbini*. Quod certè nisi de Lege illa *Archetypâ* verum esse non potest. Itaque ad illos quoque *Talmudicos* Magistros Traditio hæc à majoribus accepta emanavit.

§. 2. Cum additur τȣ̃ ȣ̓ρανȣ̃ Lex, non alia intelligi potest quam *Archetypa*.

§. 3. *Patriarchis* aditus ad Archetypa illa (*cœlestia* patere credebatur.

Erat autem *Hellenistarum* ratiociniis admodum sane consentaneum, ut primi antiquissimique *Patriarchæ* cum his *Archetypis* rerum *Terrestrium* exemplaribus commercium habuerint. *Mosis* certè ipsius exemplar, quod in monte vidit ad cœlestia retulit non *Philo* modò, verumetiam Auctor ad Ebræos cap. XI. v. *16*. Et *civitatem cœlestem* à Patriarchis plerisque expectatam esse testatur idem Apostolus. Quæ certe non alia erat quàm *Hierusalem* illa *superne* descendens. *Omnia* enim ab illis gesta in sacris literis memorata pro *Prophetiis* habent Novi Testamenti *ratiocinia*. Perperam omnino, nisi ab afflatu *Spiritus S.* emanassent, & quidem illo præsentissimo pariter atque copiosissimo. Id quoque supponunt nostri Testamenti *ratiocinia*, Spiritum illum *arcanorum Divinorum* fuisse conscium, *Mysteriorumque* ab omni ævo ἀποκεκρυμμένων, 1 Cor. II. 10. Imo *Peculii* jure quodam proprium agnoscunt Utriusque Testamenti amanuenses, quòd solis Peculii membris *Mysteriorum* cognitio fuerit concessa. Maxime verò antiquissimis illis temporibus, quibus *visibiliora* saltem fuerint, quàm nunc experimur, cum *Cœlo* commercia. Egit ergo noster Patriarcharum *personas*, pro *Seculi* sui ratiociniis peritissime, dum *Legem* hanc *Archetypam* ab illis lustratam agnoscit, cum nondum *Ectypa* in lucem prodiisset. Cavet enim perpetuo, etiam cum Scriptorum recentiorum usurpat *verba*, ne quid à *temporis* decoro alienum admittat. Itaque Auctorum *nomina* vel prorsus *reticenda* censuit; vel si quando etiam *nominatim* advocat, non tamen fecit præterquam in illis, qui fuissent *Patriarchis* ipsis *antiquiores*. Cum ergo *Legis* mentio esset in his Testamentis plane necessaria; *Legem* tamen aliam advocare non potuit, quàm *Archetypam* atque *Cœlestem*. Utcunque, tamen illam Patriarchis, pro hujus saltem Auctoris sententiâ, innotuisse verba suadent è Testamento *Naphthalimi* c. 5. in hanc sententiam diserta: καὶ ἰδοὺ γραφὴ ἁγία ὤφθη ἡμῖν, λέγουσα· Ἀσσύριοι, Μῆδοι, &c. Eadem Προφητεία οὐρανοῦ dicitur in Testamento *Benjamin*, c. 3.

§. 4. *Legis* nomine utriusque Fœderis Libros *omnes* Auctor complectitur.

Sed verò *Legis* nomine non *Decalogus* tantummodo intelligebatur, qui solus tamen *Tabulis* fuerat conceptus *lapideis*; sed & alia quoque omnia, quæ de futuro *Judæorum* statu prodita fuerant in *Historiâ* saltem *Pentateuchi*. Erat enim in illius, quo vixit Auctor, Seculi more receptum, ut Legis nomine totus veniret *Pentateuchus*. Quà nempe *Prophetis* ita opponebatur, ut tamen *unà* cum *Prophetis* omnes veteris Testamenti Libros complecteretur. Imo quà idem efficiebat conjuncta cum *Psalmis*. Adhuc laxiori sensu usurpabatur, quà etiam *Evangelio* opponitur, Scriptis nimirum *Novi Testamenti* omnibus, ut *Veteris Fœderis* Scripta omnia etiam *sola* complectatur. Ne quidem *Novi Testamenti* Libros excludendos esse crediderim, qui etiam ipsi ad novam Divinioremque *Legem* spectabant, ut proinde pari de causa fuerint ex *Archetypis* arcessenda *Cœlestibus*. Sic enim Acta *Ecclesiæ* in *terris* rata etiam habentur in *Cœlis*. Et *nomina* Discipulorum per

Baptismum

Baptismum in *Ecclesiæ matriculas* relata, eadem *scribi* dicuntur in *Cælis*. Et πολιτεία nostra, etiam dum in *corporibus* versamur, *Cælestis* agnoscitur. Quòd scilicet per eundem *Baptismum* in civitatem *Hierosolymitanam Cælestem* adscribimur, illiusque *Civitatis* cives agnoscimur, proinde merito illius matriculis Archivisque inferendi. Vult ergo Patriarchas Auctor ea omnia è *Cæli* Libris didicisse, quæ sibi aliunde è coævi *Canonis* Libris fuissent explorata. Ex his ipsis certè Libris didicisse dicitur *Jacob* non *Leges* tantummodo, verumetiam *eventus* omnes Populi *Israelitici*. Docet hoc *Origenes* Tom. III. Commentar. in Genesin edit. Huetii p. 12. Διόπερ ἐν τῇ προσευχῇ τοῦ Ἰωσὴφ δύναται οὕτω νοεῖσθαι τὸ λεγόμενον ὑπὸ τοῦ Ἰακώβ· Ἀνέγνων γὰρ (inquit) ἐν ταῖς πλαξὶ τοῦ οὐρανοῦ, ὅσα συμβήσεται ὑμῖν καὶ τοῖς υἱοῖς ὑμῶν. Loquitur hic, ut videmus, *Jacobus*. Proinde hæc ex aliis *trium Patriarcharum* Testamentis hauserit *Origenes*. Προσευχὴν ergo Ἰωσὴφ non de *Precibus* intellexerit, quas *obtulerit Josephus* ipse, sed de illis potius, quibus moribundus *Pater Josophum benedixerit*. Sic & in nostro quoque *Levi* Testamento c. 5. cædem *Sichemitarum* legimus, in his, de quibus agimus, *Tabulis Cœlestibus* fuisse prædictam. Sic enim ait: Καὶ συνετέλεσα ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ τοὺς υἱοὺς Ἐμμὼρ, καθὼς γέγραπται ἐν ταῖς Πλαξὶ τῶν οὐρανῶν. De scelere *Judæorum* in *Christum* Dominum Mundi Servatorem rescivisse se profitetur ex iisdem *Cæli Tabulis Aser*, c. 7. Ἀνέγνων ἐν ταῖς Πλαξὶ τῶν οὐρανῶν, ὅτι ἀπειθοῦντες ἀπειθήσετε (sic leg. in Cod. Ox. recte, ut opinor, pro stylo hujus Operis *Hellenistico*) αὐτῷ, καὶ ἀσεβοῦντες ἀσεβήσετε εἰς αὐτὸν, μὴ προσέχοντες τῷ νόμῳ Θεοῦ, ἀλλ' ἐντολαῖς ἀνθρώπων. Spectant illa ad *Novi Testamenti* Historiam, atque *Evangelistæ* etiam *verba*. Legis etiam *Mosaicæ*, non *verba* modò, sed *mysticas* etiam de *suibus* & *leporibus* interpretationes male hauserit, si illum audimus *Aser*. Sic enim habet: Καὶ γὰρ Θεὸς ἐν ταῖς Πλαξὶ τῶν οὐρανῶν εἶπεν οὕτως. Adeo laxum erat harum *Tabularum Cœlestium* Argumentum. Et certè γραφὴ illa *cælestis*, quæ *Naphthalimo* dicitur apparuisse, de *Judæorum* egit *Captivitatibus*, quæ è *Prophetarum* potius quàm *Pentateuchi* Oraculis erant ab Auctore hauriendæ. Proinde simili, quo & *Tabellæ Cælestes*, etiam *Scriptura* illa *Cælestis*, versabatur Argumento; deque *eventibus*, pariter ac *Legibus*, futura prædixit.

§. 5. *Tabulæ hæ Cœlestes* nihil plane habebant commune cum *Astrologis*.

Malè ergo has *Tabulas Cœlestes* ad Judicia *Astrologica* retulisse videntur, quos jam olim refutavit *Origenes*. Et male rursus ad *Cæli* γράμματα, quorum meminit *Plotinus*, cœlestem nostram γραφὴν, cœlestesque Tabulas, retulit *Huetius*, quæ erant etiam Astrologorum. Non me quidem fugiunt, quæ de studio *Abrahami* Astrologico tradidit *Eupolemus* atque *Orphaicorum* vetus Impostor. Meminit etiam *Librorum* sub *Abrahami* nomine de hoc ipso Argumento Auctor ineditus, *Vettius Valens Antiochenus*. Hi, si antiqui fuissent, potuit inde Auctor noster haurire

haurire, si rei *Astrologicæ* studiosos fecisset *Patriarchas*. Sed longe recentior erat *Valens* ille *Vettius* his Auctoris nostri temporibus, qui observationes habet anno Æræ *Diocletianæ* CLX. recentiores. Nec quenquam habemus *Vettio Valente* antiquiorem, qui illos *Abrahami* Libros compertos habuit. Et nihil præterea commune cum *Astris*, Astrorumve *positionibus Astrologicis*, habent πλάκες illæ *Cælestes* a *Tabellarum* metaphora ita appellatæ. Si quas autem de *Cælo* observationes *deltis pugillaribus* commisissent Astronomi, non erant propterea *Cælestes* appellandæ. Utcunque longe ab his *Platonicorum Hellenistarum* παραδείγμασι distabant, quæ in *Cæli* externa duntaxat *superficie* sita observabant *Astronomi*.

§. 6. Πλάκες ὀρανῦ forte pars erant *Prophetiæ Enochi.*

Imo non *Signis*, ut volebant *Astronomi*, sed *verbis*, mentem suam patefecisse dicitur Deus in hac *Scripturâ Tabellisque Cælestibus*. Hinc toties legimus, ut suprà vidimus, ἀνέγνων, & γέγραπται, & Θεὸς εἶπεν. Quæ certè Librum aliquem denotant *verbis* conceptum, pro more aliorum Librorum, *expressis*, omnino aliena ab *Astrologorum* hariolationibus. Inde nomen γραφῆς in ipsa illa *Cælesti Scripurâ*, quæ *Naphthalimo* dicitur in *Cælo* apparuisse. Imo γραφῆς λεγέσης, cujus *verba* ipsa ibidem subjunguntur, omnino alia ab illis, quæ in *hodiernis* legimus *Scripturis*. Facit locus ille, ut credamus, quæ etiam è Scripturis nostris hausit primarius Auctor, *suis* tamen *verbis* illum extulisse, ne quid videretur advocare, quod *Patriarchis* ipsis fuisset *recentius*. Facit præterea ut suspicer, nostrum hunc Scriptorem *verba* ab alio antiquiore accepisse, qui ipse *sententiam Scripturæ* jam antea *suis* tamen *verbis* conceperat. Quid si ergo hæc etiam debuerit Apocryphis *Enochi*? Quid si in illis locum habuerint *Tabulæ Cælestes*? Nihil sane video quod obstat, quo minus hæc sint verisimilia. Erat ὀρανῦ προφητεία, *Benj.* 3. Et *Propheiiæ* nomine frequentissimè advocatur *Enochus*. Erat γραφή. Et *Librum Enochi* γραφὴν appellat in Testamento suo *Levi*. c. 14. Et γραφὴν ἁγίαν *Napthalimus*, c. 14. Plane ut γραφὴν ἁγίαν illam etiam appellat *Scripturam*, quæ apparuit in *Cælis*, c. 5. Nec aliter fere *Tertullianus* de Hab. Mul. c. 3. qui propter hoc ipsum *nomen* Veteris Instrumenti Canoni censet accensendam. Ad *Legis* notionem spectabat, uti vidimus, Metaphora illa *Tabularum*. Et γραφὴν νόμε Ενὼχ legimus in Testamento *Zabulon*, c. 3. Rectè porro χαράττειν dicendus erat, qui quid *Tabulis* inscribebat, seu *cereæ Tabulæ* fuissent, seu *lapideæ*. Et χαρακτῆρα γραφῆς Ενὼχ, pro eadem forma memorat *Simeon*, cap. 5. *Enochum* præterea *Dei legatione ad Angelos functum* tradit *Irenæus*. L. IV. c. 30. Imo Enocho Noëmum *in prædicationis delegatione successisse* suspicatur *Tertullianus* loco citato. Si talem obierit *legationem* qualem postea *Moses*, & *legem* illis tradiderit, quod sane fecisse innuit Auctor horum Testamentorum, rectè convenient illius *Personæ*, quæ hic Auctor profert

fert è *Tabulis Cœlestibus*. Erat enim *Patriarchis* ipsis ille antiquior *Enochus*. Et *Prophetia* quoque illius nomine insignita *antiquior* erat his *Patriarcharum* Testamentis, quibus illum toties, etiam de *nomine*, advocatum legimus. Nec sane *Lex* illa ab *Enocho* prædicata *Mosaica* esse potuit, cum tot post *Enochum* Seculis vixerit ipse *Moses*. Alia ergo esse vix potuit præter *Archetypam* illam, de quâ agimus, atque *Cœlestem*. Patuerunt porro *Enocho*, eodem quo ipsis patuerunt Patriarchis, jure Archiva illa Archetyporum *Cœlestium*. Erat enim pariter etiam ipse *Propheta*. Et *Prophetæ* nomine illum advocavit, eorum, qui scripta illius in Testimonium adducunt, antiquissimus, etiam *S. Judas* Apostolus. Fieri ergo potest ut νόμος *Enochi* partem Operis *singularem* constituerit, quæ etiam Πλακῶν ὀρανȣ̃ titulum habuerit. Sic inde arcessenda erunt omnia que *Tabularum Cœlestium* nomine noster excerpsit Auctor *Testamentorum*.

Hæc Vir Clarissimus de *Tabulis Cœli* ingeniosè & eruditè commentatus est. Cujus sententiam grato animo amplector, nisi quod suspicio aliqua sit, Apocrypha *Enochi* nomine inscripta à *Tabulis Cœli* distincta fuisse, & in his ea solùm lecta ab Auctore Testamentorum repræsentari, quæ in Canonicis libris Mosis & Prophetarum scripta sunt, quod hi ipsi à Patriarchis antiquioribus citari haud possent. Nescio enim an ex eo, quod tam libri Enoch, quàm Tabulæ Cœli γραφῆς, ἁγίας γραφῆς nomine veniant, aliaque quædam communia eis tribuantur, firmiter concludi queat, illos eosdem fuisse libros, vel Tabulas Cœli in Apocryphis Enochi extitisse.

Ad p. 163. l. 21. Ἄρτον καὶ οἶνον, ἅγια ἁγίων] Panem & vinum vocat Auctor ἅγια ἁγίων, quia ad sacrificium Deo offerendum Levi tradita erant. Nam, ut Cyrillus Alexandrinus in cap. X. Johan. p. 671. ait: ἅγια καλȣ̃νται τὰ ἀφοριζόμενα εἰς θυσίαν Θεῷ. *Sancta vocantur, quæ ad sacrificium Deo segregata sunt.* Et Chrysostomus Homil. LXXXII. in Evang. Johan. Κυρίως ἅγια τὰ τῷ Θεῷ ἀνακείμενα. *Illa propriè sancta dicuntur, quæ Deo dicata sunt.* Atque hinc factum, ut Eucharisticum sacrificium panis & vini in Ecclesia Christiani appellarint τὰ ἅγια τῶν ἁγίων (quæ ipsa Auctoris nostri phrasis est) uti Casaubonus Exercit. XVI. adversus Baronium num. 47. & Suicerus Observationum Sacrarum c. 4. p. 86. seqq. probarunt, ex quibus testimonia Patrum describere nolo; sed moneo solum, ab hoc minùs accuratè hanc in rem citatam esse Cyrilli Hierosolymitani Catechesin V. Νεοφωτ. p. 224. siquidem non in Catechesi V. Illuminatorum, sed Catech. V. Mystagogica, ubi ritum S. Eucharistæ prolixè describit, p. 244. ista, quæ allegat verba leguntur: Μετὰ ταῦτα λέγει ὁ ἱερεύς· τα ἅγια τοῖς ἁγίοις. Ἅγια τὰ προκείμενα, ἐπιφοίτησιν δεξάμενα ἁγίȣ πνεύματος. *Posthæc dicit Sacerdos: Sancta sanctis. Sancta sunt proposita symbola, postquam Spiritus S. præsentiam acceperunt.* Alterum, quod Lectori observandum hâc occasione

propono,

propono, eſt, verba Epiphanii de Ebionæis Hæreſ. XXX. §. 16. Μυστήρια τελοῦσι κατὰ μίμησιν τῶν ἁγίων ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, perperam Latinè reddita eſſe: *Myſteria celebrant ex Chriſtianorum & Eccleſiæ imitatione*: pro quibus repone: *Myſteria celebrant ad imitationem Sacramentorum in Eccleſia*, &c.

Ad p. 166. l. 9. Βίβλος Ἐνὼχ τοῦ δικαίου] Jam ſupra in Teſtamento Simeonis §. 5. citaverat aliqua ex χαρακτῆρι γραφῆς Ἐνώχ, & jam in Teſtamento Levi non ſolùm hoc §. 10. ſed & poſtea §. 14. & 16. ſub titulo γραφῆς & βιβλίου allegat: in Teſtamento Judæ autem §. 18. in plurali numero ex βιβλίοις Ἐνὼχ τοῦ δικαίου quædam adducit. In Zabulon §. 3. γραφὴν νόμου Ἐνὼχ appellat: in Naphthalim §. 4. γραφὴν ἁγίαν vocat juxta Codicem Cantabrigienſem, quamvis in Codice Oxon. vox ἁγία ſit omiſſa, denique in Benjamin §. 9. λόγους Ἐνὼχ τοῦ δικαίου memorat. Hunc librum, ſive libellos ab ipſo Patriarcha Enoch conſcriptos eſſe, perſuaſit ſibi Tertullianus, hincque Lib. de Habitu muliebri cap. 3. objectiones contra hanc ſententiam motas ſolvere conatur, ita ſcribens: *Scio Scripturam Enoch, quæ hunc ordinem Angelis dedit, non recipi à quibuſdam, quia nec in armarium Judaicum admittitur. Opinor, non putaverunt illam ante cataclyſmum editam, poſt eum caſum orbis, omnium rerum abolitorem, ſalvam eſſe potuiſſe. Si iſta ratio eſt, recordentur pronepotem ipſius Enoch fuiſſe ſuperſtitem Cataclyſmi Noë, qui utique domeſtico nomine & hæreditariâ traditione audierat & meminerat de proavi ſui penes Deum gratia, & de omnibus prædicatis ejus: cum Enoch filio ſuo Mathuſalæ nihil aliud mandaverit, quàm ut notitiam eorum poſteris ſuis traderet. Igitur ſine dubio potuit Noë in prædicationis delegatione ſucceſſiſſe, vel quia & aliàs non tacuiſſet, tam de Dei conſervatoris ſui diſpoſitione, quàm de ipſa domus ſuæ gloria. Hoc ſi non tam expeditè haberet, illud quoque aſſertionem Scripturæ illius tuetur: proinde potuit abolefactam eam violentiâ Cataclyſmi, in ſpiritu rurſus reformare: quemadmodum & Hieroſolymis Babylonia expugnatione deletis, omne inſtrumentum Judaicæ literaturæ per Eſdram conſtat reſtauratum. Sed cum eadem Enoch Scriptura etiam de Domino prædicarit, à nobis quidem nihil omnino rejiciendum eſt, quod pertinet ad nos. Et legimus omnem Scripturam ædificationi habilem divinitus inſpirari, à Judæis poſtea jam videri propterea rejectam, ſicut & cætera fere, quæ Chriſtum ſonant. Nec utique mirum hoc, ſi Scripturas aliquas non receperunt de eo locutas, quem & ipſum coràm loquentem non erant recepturi. Eò accedit, quod Enoch apud Judam Apoſtolum teſtimonium poſſidet.* Verùm privatæ Tertulliani ſententiæ præferenda procul dubio fides Eccleſiæ non modò Judaicæ, adverſus quam ipſe perperam excepit, ſed & Chriſtianæ, quæ nunquam libros Enochi in Canonem recepit, licet quidam in Eccleſia, perinde ut Tertullianus, eos tanquam ab ipſo Enocho ſcriptos approbaſſe videantur. Unde Origenes Lib. V. contra Celſum p. 267. ait: ὅτι ἐν ταῖς ἐκκλησίαις οὐ πάνυ φέρεται ὡς θεῖα τὰ ἐπιγεγραμμένα τοῦ Ἐνὼχ βιβλία, *quod in Eccleſiis*

non ut indubiè divini ferantur libelli nomine Enoch inſcripti. Confer ejuſdem dicta inferiùs alleganda. Neque Judas Apoſtolus, ad cujus Teſtimonium Tertullianus provocat, libros Enochi Canonicos fecit, dum quandam ex iis prophetiam de adventu Domini ad judicium allegavit; ſed eo ipſo ſolùm declaravit, non omnino noxios eos fuiſſe, ſed quædam vera iis contineri, quæ ipſe ſancto Spiritu repletus bene diſcernere potuit, uti Origenes loco ſuprà p. 137. citato bene obſervavit. Cæterùm & id inde colligitur, libros Enochi non à Chriſtianis demum confictos eſſe, ſed aliquamdiu ante ævum Apoſtolicum extitiſſe. Atque hoc probatur inſuper ex eo, quod antiquus auctor libri Zohar Apocrypho Enoch uſus ſit, teſte Rabbi Menachem Recanatenſi, qui Seculo XIII. æræ Chriſtianæ vixit, in ביאור על התורה i. e. *Explicatione legis Moſaicæ*, fol. 30. col. 1. edit. Venetæ 1545. & ipſe Menachem Enochum paſſim citaverit: qui utrique id minimè feciſſent, ſi librum iſtum à Chriſtianis ſcriptum putaſſent. Validiſſimè autem hoc confirmatur exinde, quod Alexander Polyhiſtor, apud Euſebium Lib. IX. de Præparat. Evangel. c. 17. p. 419. C. teſtetur, Eupolemum de Enocho ſcripſiſſe Τοῦτον εὑρηκέναι πρῶτον τὴν Ἀστρολογίαν, οὐκ Αἰγυπτίους --- Ἕλληνας δὲ λέγειν τὸν Ἄτλαντα εὑρηκέναι Ἀστρολογίαν· εἶναι δὲ τὸν Ἄτλαντα τὸν αὐτὸν καὶ Ἐνώχ, *Eum primum inveniſſe Aſtrologiam, non autem Ægyptios — & Græcos quidem Atlantem Aſtrologiæ inventorem facere, ſed Atlantem illum ipſum Enochum fuiſſe.* Quod Eupolemum ex libro Enochi didiciſſe, dubitare me non ſinunt verba Georgii Syncelli p. 33. *Anno à mundi creatione* 1286. *Dei omnium dominatoris nutu, quid menſis, quid ſolis converſio, quid annus*, &c. *Archangelus Uriel aſtris præpoſitus Enocho revelavit, ut in ipſius Enochi libro legitur*, quæ Græcè ita ſe habent: Ἐν ἔτει ασπς΄. καὶ ἐπιτροπὴν τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ ὁ ἐπὶ τῶν ἄστρων ἀρχάγγελος Οὐριὴλ ἐμήνυσε τῷ Ἐνὼχ, τί ἐστι μὴν, καὶ τροπὴ, καὶ ἐνιαυτὸς, ὡς ἐν τῇ βίβλῳ τοῦ αὐτοῦ Ἐνὼχ φέρεται. Atqui Alexander Polyhiſtor integro fere ante Chriſtum natum ſeculo ſcripſit, ante hunc verò aliquamdiu floruit Eupolemus, cujus ætatem haud exacte ſcimus. Cum igitur adeo antiquà ſint Enochi Apocrypha, & à S. Juda Apoſtolo aliquâ ex parte approbata, haud inutilem, nec à præſentis inſtituti mei ratione alienam, operam me præſtiturum arbitror, ſi dictorum librorum (quos integros penes Scaligerum extitiſſe, in Electis Scaligerianis p. 283. in voce *Nazaretanus* lego quidem, ſed non credo) fragmenta ex variis ſacris Scriptoribus ſedulò collecta hîc repræſentavero. Quæ laudatus Apoſtolus v. 14. Catholicæ epiſtolæ allegavit, unicuique S. Bibliorum Lectori nota ſunt & patent. Similiter quæ in Teſtamentis XII. Patriarcharum locis indicatis, & inſuper in *Dan.* §. 5. inde citata ſunt, hîc recitare non eſt opus; ſed monendum tantummodò, ad pleraque eorum reſpexiſſe Tertullianum, quando ſuperiùs dicebat, quod *Scriptura Enoch etiam de Domino prædicârit.* Inter Græcos Patres primus ex Enochi Prophetia ſequens dictum adduxit Clemens Alexandr. in Eclogis ἐκ τῶν Προφητικῶν

parum ab initio: Καὶ εἶδον τὰς ὕλας πάσας. Quæ & Origenes, addita paraphrasi, inde recitavit Lib. IV. de Principiis cap. ult. *Scriptum est in eodem libello, dicente Enoch*: Universas materias perspexi. *Quod utique ita sentitur: quasi omnes materiæ divisiones pervidi, quæ ab una in singulas quasque diruptæ sunt species, id est, hominum, vel animalium, vel cœli, vel solis, vel omnium, quæ in hoc mundo sunt.* Paulo antè hæc habet Origenes: *Sed & in libro suo Enoch ita ait*: Ambulavi usque ad imperfectum. *Quod ipsum puto posse similiter intelligi, quod scilicet ambulaverit mens Prophetæ perscrutans & disserens singula, usquequo ad principium perveniret illud, in quo imperfectam materiam absque qualitatibus pervidet.* Initio autem hujus operis, nempe Lib. I. c. 3. Origenes ait, in libro Enoch scripta fuisse similia hisce Hermæ Pastoris verbis: *Primùm omnium crede, quia unus est Deus, qui omnia creavit atque composuit: qui, cum nihil esset prius, fecit omnia: qui est omnia capiens, ipse verò à nemine capitur.* Idem Homilia XXVIII. in cap. 34. Numerorum ante medium, ubi locum Scripturæ de nominibus stellarum citaverat, addit: *De quibus quidem nominibus plurima in libellis, qui appellantur Enoch, secreta continentur & arcana; sed quia libelli ipsi non videntur apud Hebræos in auctoritate haberi, interim nunc ea, quæ ibi nominantur, ad exemplum vocare differamus.* Hæc ipsa stellarum nomina, ac Enochi verba, quæ haud in medium produxit Origenes, respexisse videtur *R. Salomo Solem* in additamentis ad librum Johasin fol. 134. p. 2. scribens: *Enochum libros in Astrologia composuisse.* Interim patet inde origo traditionis de Enocho, Astronomiæ inventore, suprà memorata, quodque Eupolemus hanc utique ex ipsis Enochi libris hauserit. Cæterùm Latinos quod attinet Patres, antiquissimus horum Tertullianus sæpiùs testimoniis Enochi usus est. Et utilissima quidem sunt, quæ Lib. de Idololatria contra teterrimum hoc crimen inde allegat, ita scribens cap. 4. *Ad eradicandam materiam idololatriæ lex Divina proclamat* (Exod. xx.) *Ne feceritis idolum; & conjungens: Neque similitudinem eorum, quæ in cælo sunt, & quæ in terra, & quæ in mari. Toto mundo ejusmodi artibus interdixit servis Dei. Antecesserat enim hoc prædicens Enoch, omnia elementa, omnem mundi sensum, quæ cælo, quæ mari, quæ terrâ continentur, in idololatriam versuros Dæmonas & Spiritus desertorum Angelorum, ut pro Deo adversus Dominum consecrarentur.* Et post pauca: *Denique idem Enoch simul & cultores idoli, & fabricatores, in comminatione prædamnat, & rursus* (ait): *Juro vobis peccatores, quod in diem sanguinis perditionis pœnitentia parata est. Qui servitis lapidibus, & qui imagines facitis aureas, & argenteas, & ligneas, & lapideas & fictiles, & servitis phantasmatibus & Dæmoniis, & Spiritibus infamibus, & omnibus erroribus non secundum scientiam, nullum ab iis invenietis auxilium.* Et cap. 15. ubi de Diis ostiorum loquitur: *Hæc igitur*, inquit, *ab initio prævidens Spiritus S. etiam ostia in superstitionem ventura præcecinit per antiquissimum Propheten Enoch.* Sed ipsa verba, quibus Enoch hæc præcecinit, non recitavit Tertullianus, nec, quod obiter moneo, adduxit clara in hanc rem verba Esaiæ cap. LVII. vers. 8. *Post ostium & retro postem posuisti memoriale tuum*, &c. Sunt & alia quæ Tertullianus, Clemens Alexandrinus, Origenes,

Origenes, aliique ex libro Henochi allegarunt: verùm cum juncta ista occurrant in amplissimis duobus fragmentis Lib. I. Enochi, quæ Georgius Syncellus, Sec. VIII. Scriptor, in suam Chronographiam, p. 11. seqq. & 24. seqq. optimæ editionis Jacobi Goar, verbotenus transtulit; hæc inde describere, Græcum textum pariter ac Latinam versionem in uno atque altero loco emendare, & ad oram paginæ, antiquiorum, qui ea citârunt, Patrum verba, subnotare volui.

Ἐκ τοῦ πρώτου βιβλίου Ἐνὼχ, περὶ τῶν Ἐγρηγόρων.

ΚΑὶ ἐγένετο, ὅτε ἐπληθύνθησαν οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων, ἐγεννήθησαν αὐτοῖς θυγατέρες ὡραῖαι, καὶ ἐπεθύμησαν αὐτὰς οἱ [a] Ἐγρήγοροι, καὶ ἀπεπλανήθησαν ὀπίσω αὐτῶν, καὶ εἶπον πρὸς ἀλλήλους, ἐκλεξώμεθα ἑαυτοῖς γυναῖκας ἀπὸ τῶν θυγατέρων τῶν ἀνθρώπων τῆς γῆς· καὶ εἶπεν Σεμιαζᾶς ὁ ἄρχων αὐτῶν πρὸς αὐτούς· φοβοῦμαι μὴ οὐ θελήσετε ποιῆσαι τὸ πρᾶγμα τοῦτο, καὶ ἔσομαι ἐγὼ μόνος ὀφειλέτης ἁμαρτίας μεγάλης. καὶ ἀπεκρίθησαν αὐτῷ πάντες, καὶ εἶπον· ὀμόσωμεν ἅπαντες ὅρκῳ, καὶ ἀναθεματίσωμεν ἀλλήλους, τοῦ μὴ ἀποστρέψαι τὴν γνώμην ταύτην, μέχρις οὗ ἀποτελέσωμεν αὐτήν· τότε πάντες ὤμοσαν ὁμοῦ, καὶ ἀναθεμάτισαν ἀλλήλους· ἦσαν δὲ οὗτοι διακόσιοι, οἱ καταβάντες ἐν ταῖς ἡμέραις [b] Ἰαρὲδ εἰς τὴν κορυφὴν Ἑρμονιεὶμ ὄρους· καὶ ἐκά-

Ex libro primo Enoch, de Egregoris.

HOminum verò in immensum crescente numero, puellæ natæ sunt illis speciosissimæ, in quas exarserunt Egregori, & earum amore capti in varios errores abducti sunt. Mutuis itaque sermonibus sese adhortantes: Eligamus, inquiunt, nobis uxores ex hominum terræ filiabus Dixit autem Princeps eorum Semiazas: Vereor, ne hoc adimplere nolitis, & ego solus gravis hujus peccati reus agar. Responderunt autem ei omnes, dixeruntque: Jurejurando firmemus cuncti propositum hocce nostrum, dirisque invicem devoveamus nos, à sententiâ, donec opere perficiatur, nusquam discessuros. Juramento tunc devinxere se cuncti, maledictisque sibi invicem imprecati sunt. Erant autem hi numero ducenti, quæ in diebus Jared in montis Ermonim verticem

a Auctores, qui hanc Pseudo-Enochi sententiam amplexi snnt, indicabo infrà in Notis ad p. 213. b Origenes Tom VIII. Comment. iu Johannem p. 132. hæc allegare videtur, ita scribens: Τὸ ὄνομα τοῦ Ἰαρὲδ ἑρμηνεύεται καταβαίνων -- ὡς ἐν τῷ Ἐνὼχ γέγραπται, (εἴ τῳ φίλον παραδέχεσθαι ὡς ἅγιον τὸ βιβλίον) ταῖς ἡμέραις τῆς τῶν υἱῶν τοῦ Θεοῦ καταβάσεως ἐπὶ τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων. *Nomen Jared interpretatur, Descendens -- ut in libro Enoch est scriptum (si cui placet admittere librum ut sanctum) his diebus cum filii Dei descenderent ad filias hominum.*

profecti ſunt. Montem autem dixerunt Ermon, ex jurejurando, quo ſe invicem conſtrinxerunt, & maledictis, quibus ſe ſponte ſubjecerunt. Hæc porro ſunt Principum illorum nomina. 1. Semiazas princeps eorum. 2. Atarcuph. 3. Araciel. 4. Chobabiel. 5. Horammame. 6. Ramiel. 7. Sampſich. 8. Zaciel. 9. Balciel. 10. Azalzel. 11. Pharmarus. 12. Amariel. 13. Anagemas. 14. Thauſaël. 15. Samiel. 16 Sarinas. 17. Eumiel. 18. Tyriel. 19. Jumiel. 20. Sariel. Iſti, cæterique cuncti, acceperunt ſibi uxores anno mundi milleſimo, centeſimo ſeptuageſimo, & ad diluvium uſque in eas inſanierunt. Hæ verò pepererunt eis tria genera: quorum primum Gigantes, homines proceri: Gigantes autem Naphelim procreaverunt: ex Naphelim porro Eliudæi orti ſunt. Cæterùm juxta corporis eorum molem auctus eſt quoque numerus, ac ſeſe uxoreſque ſuas veneficia & incantationes mutuò docuerunt. Primus Aziel (*ſupra Azalzel*) in ordine Principum

λέσαι τὸ ὄρος [a] Ερμὼν, καθότι ὤμοσαν, καὶ ἀναθεμάτισαν ἀλλήλους ἐν αὐτῷ. καὶ ταῦτα τὰ ὀνόματα τῶν ἀρχόντων αὐτῶν. α΄. Σεμιαζᾶς ὁ ἄρχων αὐτῶν. β΄. Ατарκούφ. γ΄. Αρακιήλ. δ΄. Χωβαβιήλ. ε΄. Οραμμαμή. ς΄. Ραμιήλ. ζ΄. Σαμψίχ. η΄. Ζακιήλ. θ΄. Βαλκιήλ. ι. Αζαλζήλ. ια΄. Φαρμαρὸς. ιβ΄. Αμαριήλ. ιγ΄. Αναγημᾶς. ιδ΄. Θαυσαήλ. ιε΄. Σαμιήλ. ις΄. Σαρινᾶς. ιζ΄. Ευμιήλ. ιη΄. Τυριήλ. ιθ΄. Ιουμιήλ. κ΄. Σαριήλ. Οὗτοι, καὶ οἱ λοιποὶ πάντες, ἐν τῷ χιλιοστῷ ἔτει τοῦ κόσμου ἔλαβον ἑαυτοῖς γυναῖκας, καὶ ἤρξαντο μιαίνεσθαι ἐν αὐταῖς, ἕως τοῦ κατακλυσμοῦ. καὶ ἔτεκον αὐτοῖς γένη τρία· πρῶτον γίγαντας μεγάλους· οἱ δὲ γίγαντες ἐτέκνωσαν Ναφηλείμ· καὶ τοῖς Ναφηλεὶμ ἐγεννήθησαν Ελιούδ· καὶ ἦσαν αὐξανόμενοι κατὰ τὴν μεγαλειότητα αὐτῶν, καὶ [b] ἐδίδαξαν ἑαυτοὺς, καὶ τὰς γυναῖκας ἑαυτῶν φαρμακείας καὶ ἐπαοιδίας πρῶτος Αζαὴλ, ὁ δέκατος τῶν ἀρχόντων, καὶ

a Hilarius Pictavienſis in Comment ad Pſal CXXXIII. 3. hæc citavit ut ſequitur: *Hermon mons eſt in Phœnice, cujus interpretatio anathema eſt: quod enim nobis anathema nuncupatur, id Hebraice Hermon dicitur. Fertur autem id, de quo etiam, neſcio cujus, liber exſtat, quod Angeli concupiſcentes filias hominum, cum de cœlo deſcenderent, in hunc montem maximè convenirent excelſum.* Noluit Enochum nominare, quod hunc non genuinum iſtius libri auctorem eſſe noſſet.
b Tertullianus Lib. de Habitu muliebri c. 2. hæc & ſequentia ſua fecit, dum de *Angelis, qui ad filias hominum de cœlo ruerunt*, ita ſcripſit: *Cum & materias quaſdam bene occultas, & artes pleraſque non bene revelatas, ſeculo multò magis imperito prodidiſſent (ſiquidem & metallorum opera nudaverant, & herbarum ingenia traduxerant, & omnem curioſitatem uſque ad ſtellarum interpretationem deſignaverant) propriè & quaſi peculiariter fœminis inſtrumentum iſtud muliebris gloria contulerunt: lumina lapillorum, quibus monilia variantur: & medicamenta ex fuco, quibus lana colorantur: & illum ipſum nigrum pulverem, quo oculorum exordia producuntur.* Et tandem poſt alia ſe ex libro Enoch hæc deſumpſiſſe diſertè fatetur, dum pergit: *Scio ſcripturam Enoch, qua hunc ordinem Angelis dedit, non recipi à quibuſdam*, &c. ut ſuprà. Ita & libro de cultu fœminarum, uti mox videbimus.

ἐδίδαξεν

ἐδίδαξεν ποιεῖν μαχαίρας, καὶ θώρακας, καὶ πᾶν σκεῦος πολεμικὸν, καὶ τὰ μέταλλα τῆς γῆς, καὶ τὸ χρυσίον πῶς ἐργάσωνται, καὶ ποιήσωσιν αὐτὰ κόσμια ταῖς γυναιξὶν, καὶ τὸν ἄργυρον· ἔδειξεν δὲ αὐτοῖς καὶ τὸ στίλβειν, καὶ τὸ καλλωπίζειν, καὶ τοὺς ἐκλεκτοὺς λίθους, καὶ τὰ βαφικά. καὶ ἐποίησαν ἑαυτοῖς οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων καὶ ταῖς θυγατράσιν αὐτῶν, καὶ παρέβησαν, καὶ ἐπλάνησαν τοὺς ἁγίους. καὶ ἐγένετο ἀσέβεια πολλὴ ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἠφάνισαν τὰς ὁδοὺς αὐτῶν· ἔτι δὲ καὶ ὁ πρώταρχος αὐτῶν Σεμιαζᾶς ἐδίδαξεν εἶναι ὀργὰς κατὰ τοῦ νοὸς, καὶ ῥίζας βοτανῶν τῆς γῆς. ὁ δὲ ἑνδέκατος Φαρμαρὸς ἐδίδαξεν φαρμακείας, ἐπαοιδίας, σοφίας, καὶ ἐπαοιδῶν λυτήρια· ὁ ἔννατος ἐδίδαξεν [a] ἀστροσκοπίαν· ὁ δὲ τέταρτος ἐδίδαξεν ἀστρολογίαν· ὁ δὲ ὄγδοος ἐδίδαξεν ἀεροσκοπίαν· ὁ δὲ τρίτος ἐδίδαξεν τὰ σημεῖα τῆς γῆς· ὁ δὲ ἕβδομος ἐδίδαξεν τὰ σημεῖα τοῦ ἡλίου· ὁ δὲ εἰκοστὸς ἐδίδαξεν τὰ σημεῖα τῆς σελήνης. πάντες οὗτοι ἤρξαντο ἀνακαλύπτειν τὰ μυστήρια ταῖς γυναιξὶν αὐτῶν, καὶ τοῖς τέκνοις αὐτῶν· μετὰ δὲ ταῦτα ἤρξαντο οἱ γίγαντες κατεσθίειν τὰς σάρκας τῶν ἀνθρώπων, καὶ ἤρξαντο οἱ ἄνθρωποι ἐλαττοῦσθαι ἐπὶ τῆς γῆς· οἱ δὲ λοιποὶ ἐβόησαν εἰς τὸν οὐρανὸν περὶ τῆς κακώσεως αὐτῶν, λέγοντες, εἰσενεχθῆναι τὸ μνημόσυνον αὐτῶν ἐνώπιον κυρίου.

decimus, qui gladios, thoracas, & omne bellicum instrumentum, & terræ metalla conflare docuit, nec non aurum & argentum quâ tractarent arte, ornatum muliebrem composituri: instruxit & ostendit insuper, quomodo polire, & electis lapidibus nitorem adjicere, & colores fucare possent. Ista sibi filiabusque suis comparaverunt filii hominum, & violato Dei mandato sanctos in errorem impulerunt; ac tandem perversis justitiæ semitis ingens terram universam pervagata est impietas. Animo insuper odia fovere, & herbarum radicibus aliis damna parare, Semiazas eorum dux aperuit: Pharmarus Princeps undecimus veneficia incantationes, præstigias & incantationum impedimenta: Nonus astrorum cursus: quartus astrologiam: octavus aeris inspectionem: tertius terræ: septimus solis: vicesimus Lunæ signa exposuit: singuli denique arcana hæc uxoribus filiisque suis revelatione, Gigantesque postmodum carnes humanas vocare cœperunt. Hinc hominum numerus minor indies fieri, ac pene deficere visus: tum reliqui quique tantæ nequitiæ pertæsi, vocem extulerunt iu cœlum, & sui memoriam ad Dei conspectum deferri precati sunt.

a Clemens Alexandr. in Eclogis ἐκ τῶν Προφητικῶν, p. 808. col. 1. B. Ἤδη καὶ Ἐνὼχ φησιν, τοὺς παραβάντας ἀγγέλους διδάξαι τοὺς ἀνθρώπους ἀστρονομίαν, καὶ μαντικὴν, καὶ τὰς ἄλλας τέχνας. *Jam & Enoch ait, Angelos transgressores docuisse homines Astronomiam, & artem vaticinandi, aliasque ejusmodi.*

Horum

Horum continuatio ſequitur pag. 24. ſeqq. hoc tenore:

His auditis quatuor Archangeli magni, Michael, Uriel, Raphael & Gabriel de ſanctis cœli proſpexerunt in terram, & viſo plurimo ſanguine ſuper terram effuſo, & univerſa impietate & iniquitate cognita, regreſſi dixerunt ad invicem: Spiritus & animæ hominum ſuſpirant, dicentes: inducite ad Altiſſimum orationem noſtram. Tum Deum interpellantes quatuor Archangeli dixerunt: Tu es Deus Deorum, & Dominus Dominorum, Regum Rex, & hominum Deus: Thronus gloriæ tuæ in omnes ſæculorum generationes perſeverat, & nomen tuum Sanctum & benedictum per omnia ſæcula. Tu enim omnia condidiſti, & omnium tua eſt poteſtas, cuncta tibi ſunt aperta & manifeſta; proſpicis univerſa, nec eſt quod te poſſit latere. Vides quæ fecerit Azael, illata ab eo damna, invectam ab eo criminum luem, quas fraudes, quæ crimina ſuper terram induxerit, artes, doloſque, quibus aridam corrupit. Secreta palam fecit, & iſta, quæ in cœlis occluſa erant, ſæculo revelavit. Genium ejus ſtudent aſſequi, & arcana quæque perſcrutari non verentur hominum filii. Omnium ſibi conjunctorum & familiarium Semiazæ contuliſti poteſtatem. Illi verò ad filias hominum terræ diverterunt, & cum eis dormierunt: polluti

Καὶ ἀκούσαντες οἱ τέσσαρες μεγάλοι ἀρχάγγελοι, Μιχαὴλ, καὶ Οὐριὴλ, καὶ Ραφαὴλ, καὶ Γαβριὴλ, καὶ παρέκυψαν ἐπὶ τὴν γῆν ἐκ τῶν ἁγίων τοῦ οὐρανοῦ· καὶ θεασάμενοι αἷμα πολὺ ἐκκεχυμένον ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ πᾶσαν ἀσέβειαν καὶ ἀνομίαν γενομένην, εἰσελθόντες εἶπον πρὸς ἀλλήλους· ὅτι τὰ πνεύματα καὶ αἱ ψυχαὶ τῶν ἀνθρώπων στενάζουσιν ἐντυγχάνοντα καὶ λέγοντα· εἰσαγάγετε τὴν δέησιν ὑμῶν πρὸς τὸν ὕψιστον. καὶ προσελθόντες οἱ τέσσαρες ἀρχάγγελοι εἶπον τῷ Κυρίῳ· σὺ εἶ Θεὸς τῶν θεῶν, καὶ Κύριος τῶν Κυρίων, καὶ Βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων, καὶ Θεὸς τῶν ἀνθρώπων· καὶ ὁ θρόνος τῆς δόξης σου εἰς πάσας τὰς γενεὰς τῶν αἰώνων, καὶ τὸ ὄνομά σου ἅγιον καὶ εὐλογημένον εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας· σὺ γὰρ εἶ ὁ ποιήσας τὰ πάντα, καὶ πάντων τὴν ἐξουσίαν ἔχων, καὶ πάντα ἐνώπιόν σου φανερὰ καὶ ἀκάλυπτα, καὶ πάντα ὁρᾷς, καὶ οὐκ ἔστιν ὃ κρυβῆναι (δυνηθῇ). ὁρᾷς ὅσα ἐποίησεν Ἀζαὴλ, ὅσα εἰσήνεγκεν, καὶ ὅσα ἐδίδαξεν, ἀδικίας καὶ ἁμαρτίας ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ πάντα δόλον ἐπὶ τῆς ξηρᾶς· ἐδίδαξε γὰρ τὰ μυστήρια, καὶ ἀπεκάλυψε τῷ αἰῶνι τὰ ἐν οὐρανῷ· ἐπιτηδεύουσι δὲ τὰ ἐπιτηδεύματα αὐτοῦ, εἰδέναι τὰ μυστήρια (τολμῶσιν) οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων· τῷ Σεμιαζᾷ τὴν ἐξουσίαν ἔδωκας ἔχειν τῶν σὺν αὐτῷ ἅμα ὄντων, καὶ ἐπορεύθησαν πρὸς τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων τῆς γῆς, καὶ συνεκοιμήθησαν μετ᾽ αὐτῶν, καὶ

ἐν ταῖς θηλείαις ἐμιάνθησαν, καὶ ἐδήλωσαν αὐταῖς πάσας τὰς ἁμαρτίας, καὶ ἐδίδαξαν μίσητρα ποιεῖν. καὶ νῦν ἰδοὺ αἱ θυγατέρες τῶν ἀνθρώπων ἔτεκον ἐξ αὐτῶν υἱοὺς γίγαντας· κίβδηλα ἐπὶ τῆς γῆς ἐκκέχυται, καὶ ὅλη ἡ γῆ ἐπλήσθη ἀδικίας· καὶ νῦν ἰδοὺ τὰ πνεύματα τῶν ψυχῶν τῶν ἀποθανόντων ἀνθρώπων ἐντυγχάνουσι, καὶ μέχρι τῶν πυλῶν τοῦ οὐρανοῦ ἀνέβη ὁ στεναγμὸς αὐτῶν, καὶ οὐ δύναται ἐξελθεῖν ἀπὸ προσώπου τῶν ἐπὶ τῆς γῆς γινομένων ἀδικημάτων· καὶ σὺ αὐτὰ οἶδας πρὸ τοῦ αὐτὰ γενέσθαι, καὶ ὁρᾷς αὐτοὺς, καὶ οὐδὲν λέγεις. τί δεῖ ποιῆσαι περὶ τούτου; τότε ὁ ὕψιστος εἶπεν, καὶ ὁ ἅγιος ὁ μέγας ἐλάλησε· καὶ ἔπεμψε τὸν Οὐριὴλ πρὸς τὸν υἱὸν τοῦ Λάμεχ, λέγων· πορεύου πρὸς τὸν Νῶε, καὶ εἰπὸν αὐτῷ τῷ ἐμῷ ὀνόματι· κρύψον σεαυτὸν, καὶ δήλωσον αὐτῷ τέλος ἐπερχόμενον, ὅτι ἡ γῆ ἀπόλλυται πᾶσα. καὶ εἰπὸν αὐτῷ· ὅτι κατακλυσμὸς μέλλειν γίνεσθαι πάσης τῆς γῆς, ἀπολέσαι πάντα ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς. δίδαξον τὸν δίκαιον, τί ποιήσει, τὸν υἱὸν Λάμεχ, καὶ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ εἰς ζωὴν συντηρήσει, καὶ ἐκφεύξεται δι᾽ αἰῶνος. καὶ ἐξ αὐτοῦ φυτευθήσεται φύτευμα[a], καὶ σταθήσεται πάσας τὰς γενεὰς τοῦ αἰῶνος. καὶ τῷ Ῥαφαὴλ εἶπεν· πορεύου Ῥαφαὴλ, καὶ δῆσον τὸν Ἀζαὴλ, χερσὶ καὶ ποσὶ συμπόδισον αὐτὸν, καὶ ἔμβαλλε αὐτὸν εἰς τὸ σκότος[b]. καὶ ἄνοιξον τὴν ἔρημον τὴν

cum mulieribus, nihil non facinorosum eis aperuerunt, & exosa quæque perpetrare edocuerunt. En insuper prolem Giganteam ex eis pepererunt hominum filiæ: tetra corruptionis labes terram omnem grassata est, & totus orbis injustitia plenus est. En adstant Spiritus animarum hominum morte jam functorum, & ad portas usque cœli suspiria eorum pertigerunt, nec propter scelerum in terris commissorum gravitatem discedere queunt. Tu tamen, antequam fiant, illa nosti, vides, permittis, nec verbum eloqueris? Quid rei nunc agendum? Respondit Altissimus, & Sanctus Excelsus loquutus est: & misit Uriel ad filium Lamech, dicens: Vade ad Noe, & dic ei meo nomine: Absconde temetipsum; & eventurum finem illi denuncia, quoniam terra peribit universa. Et dic ei: Totius terræ futurum est diluvium, ut è superficie terræ cuncta dispereant, & deleantur. Edoce justum filium Lamech quid agere debeat, & animam suam servabit incolumem, & per sæculum perniciem evadet. Ejus quoque industriâ novum germen pullulabit, & coletur, & per omnes sæculi generationes consistet. Et Raphaeli dixit: Vade Raphael, & Azaelem liga, manus & pedes ejus vinculis constringe, & in tenebras mitte; aperi deserti Dudael

a Gen. IX. 20. b Hæc forte respexit S. Judas vers. 6. scribens: Ἀγγέλους ἀπολιπόντας τὸ ἴδιον οἰκητήριον εἰς κρίσιν μεγάλης ἡμέρας δεσμοῖς ἀϊδίοις ὑπὸ ζόφον τετήρηκεν. Similiter ante ipsum S. Petrus in posteriori Epist. cap. II. vers. 4. Cujus obscura quodammodo verba ex his Enochi bene explicantur. Disertè verò hæc citavit Tertullianus Lib. de Cultu fœminarum cap. 10. ubi de hac Azaëlis

Dudael desertum, & profectus illuc eum conjice: & suppositis ei lapidibus acutis & asperis, induc super eum tenebras, quas in æternum incolat, visum desuper obstrue, nec lumen respiciat, ut in die judicii incendio consumendus abducatur. Terram verò ab Egregoris corruptam sana; plagæ cicatricem manifesta, ut curetur hæc eorum plaga, ne arcanis ab Egregoris revelatis, quorum peritiâ posteri eorum sunt imbuti, & ex quibus universa terra operum, quæ Azael docuit, pravitate deserta est, omnes hominum filii funditus intereant: & omnia hucusque perpetrata scelera super eam describe. Et Gabrieli dixit: Tu Gabriel ad Gigantes, spurios, ex adulteriis ortos proficiscere: filios Egregorum à filiis hominum disperde: bellis excitatis partem eorum in sibi adversam excita, conferant invicem exercitus, ut cædibus, & mutua internecione conficiantur, resecetur diuturnior eorum vita, nec sit patribus eorum inquirendi locus: promittant sibi licet æternitatem vitæ, & ad quingentos usque annos luminis visum. Et Michaeli dixit: Vade Michael, Semiazam aliosque filiabus hominum commixtos, & immunditiis eorum inquinatos vinculorum nexibus coërce; & mactati fuerint eorum filii dilectorumque sibi stragem vide-

οὖσαν ἐν τῇ ἐρήμῳ Δουδαὴλ, καὶ ἐκεῖ [a] πορευθεὶς βάλε αὐτόν· καὶ ὑπόθες αὐτῷ λίθους ὀξεῖς, λίθους τραχεῖς, καὶ ἐπικάλυψον αὐτῷ σκότος, καὶ οἰκειωσάτω ἐκεῖ εἰς τὸν αἰῶνα· καὶ τὴν ὄψιν αὐτοῦ πώμασον, καὶ φῶς μὴ θεωρείτω· καὶ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως ἀπαχθήσεται εἰς τὸν ἐμπυρισμὸν τοῦ πυρός. καὶ ἴασαι τὴν γῆν, ἣν ἠφάνισαν οἱ Εγρήγοροι· καὶ τὴν ἴασιν τῆς πληγῆς δήλωσον, ἵνα ἰάσωνται τὴν πληγήν, καὶ μὴ ἀπόλωνται πάντες οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων ἐν τῷ μυστηρίῳ ὃ εἶπον οἱ Εγρήγοροι, καὶ ἐδίδαξαν τοὺς υἱοὺς αὐτῶν, καὶ ἐρημώθη πᾶσα ἡ γῆ ἐν τοῖς ἔργοις τῆς διδασκαλίας Αζαήλ· καὶ ἐπ' αὐτῇ γράψον πάσας τὰς ἁμαρτίας. Καὶ (πρὸς) τὸν Γαβριὴλ εἶπεν· πορεύου, Γαβριήλ, ἐπὶ τοὺς γίγαντας, ἐπὶ τοὺς κιβδήλους, ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῆς πορνείας, καὶ ἀπόλεσον τοὺς υἱοὺς τῶν Εγρηγόρων ἀπὸ τῶν υἱῶν τῶν ἀνθρώπων· πέμψον αὐτοὺς εἰς ἀλλήλους, ἐξ αὐτῶν εἰς αὐτούς, ἐν πολέμῳ καὶ ἐν ἀπωλείᾳ, καὶ μακρότης ἡμερῶν οὐκ ἔσται αὐτοῖς, καὶ πᾶσα ἐρώτησις οὐκ ἔστιν τοῖς πατράσιν αὐτῶν, ὅτι ἐλπίζουσιν ζῆσαι ζωὴν αἰώνιον, καὶ ὅτι ζήσεται) ἕκαστος αὐτῶν ἔτη πεντακόσια. καὶ τὸν (l. τῷ) Μιχαὴλ εἶπεν· πορεύου Μιχαήλ, δῆσον Σεμιαζᾶν, καὶ τοὺς ἄλλους σὺν αὐτῷ, τοὺς συμμιγέντας ταῖς θυγατράσι τῶν ἀνθρώπων τοῦ μιανθῆναι ἐν αὐταῖς ἐν τῇ ἀκαθαρσίᾳ αὐτῶν, καὶ ὅταν κατασφαγῶσιν οἱ υἱοὶ αὐτῶν, καὶ ἴ-

zaëlis ac sociorum damnatione scripsit: *Quod iidem Angeli, qui & materias hujusmodi illecebras detexerunt, aurum dico & argentum illustrium, & opera eorum tradiderunt, etiam callibleph arum vellerumque tincturas inter cætera docuerunt, damnati à Deo sunt, ut Enoch refert.*

δωσιν τὴν ἀπώλειαν τῶν ἀγαπητῶν αὐτῶν, δῆσον αὐτοὺς ἐπὶ ἑβδομήκοντα γενεὰς εἰς τὰς νάπας τῆς γῆς, μέχρι ἡμέρας κρίσεως αὐτῶν, μέχρι ἡμέρας τελειώσεως τελεσμοῦ, ἕως συντελεσθῇ κρίμα τοῦ αἰῶνος τῶν αἰώνων. τότε ἀπενεχθήσονται εἰς τὸ χάος τοῦ πυρὸς, καὶ εἰς τὴν βάσανον, καὶ εἰς τὸ δεσμωτήριον τῆς συγκλείσεως τοῦ αἰῶνος· καὶ ὃς ἂν κατακριθῇ καὶ ἀφανισθῇ ἀπὸ τοῦ νῦν μετ᾽ αὐτῶν, δεθήσεται μέχρι τελειώσεως γενεᾶς αὐτῶν [a].

Καὶ μεθ᾽ ἕτερα·

Καὶ νῦν οἱ Γίγαντες, οἱ γεννηθέντες ἀπὸ πνευμάτων καὶ σαρκὸς, πνεύματα πονηρὰ ἔσονται, τὰ πνεύματα ἐξεληλυθότα ἀπὸ τοῦ σώματος τῆς σαρκὸς αὐτῶν, διότι ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων ἐγένοντο, καὶ ἐκ τῶν ἁγίων τῶν Εγρηγόρων ἡ ἀρχὴ κτίσεως αὐτῶν, καὶ ἀρχὴ θεμελίου· πνεύματα πονηρὰ ἐπὶ τῆς γῆς ἔσονται, τὰ πρότα τῶν Γιγάντων νεμόμενα, ἀδικοῦντα, ἀφανίζοντα, ἐμπίπτοντα, καὶ συμπαλαίοντα, καὶ ῥίπτοντα ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ δρόμους ποιοῦντα, καὶ μηδὲν ἐσθίοντα, ἀλλὰ ἀσιτοῦντα, καὶ φάσματα ποιοῦντα, διψῶντα, καὶ προσκόπτοντα· καὶ ἐξαναστήσονται τὰ πνεύματα ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, καὶ τῶν γυναικῶν, ὅτι ἐξ αὐτῶν ἐξεληλύθασι. καὶ ἀπὸ ἡμέρας καιροῦ σφαγῆς, καὶ ἀπωλείας καὶ θανάτου τῶν Γιγάντων, Ναφιλεὶμ καὶ ἰσχυροὶ τῆς γῆς,

rint, abduc eos in extremos terræ recessus usque ad septuaginta generationes, ad judicii eorum terminum, ad consummationis eorum finem, usque dum sæculi sæculorum judicium absolvatur. Tunc in ignis confusum chaos, in tormenta, & æterni carceris vincula rapientur: quivis autem cum eis nunc damnatus & suppliciis adjudicatus, ad consummatum usque generis eorum finem compedibus vinctus concludetur.

Et aliis quibusdam interjectis:

Gigantes deinceps, à Spiritus & carnis copula procreati, erunt Spiritus nequam, Spiritus è corpore carnis suæ deflectentes, eo quod ex hominibus nati sunt, & ex sanctis Egregoris ortûs eorum principium ac fundamenti exordium fuit deductum: scelerati Spiritus erunt super terram, inter Gigantes præcipui, hinc populabuntur, cædent, & vastabunt; illinc insilient, colluctabuntur, in terram prosternent, & incursibus alios impetent: absque ullo cibo victitabunt, immittent spectra, sitient ipsi, & in alios irruent. Et in filios virorum & mulierum, ceu ex iisdem prognati, insilient. A primo cædis, internecionis, & Gigantum mortis momento fiet, ut Naphilim & robusti terræ, proceres cele-

a Ex his & superioribus verbis patet, Auctorem hujus libri sensisse, quod Angeli pariter & homines reprobi, non ante diem judicii in ignem infernalem detrudantur: quæ & S. Apostolorum atque Apostolicæ Ecclesiæ sententia fuisse videtur.

bres, Genii ab animis suis digressi, quasi carne compacti, cuncta absque delectu devastent, hoc pacto cuncta susque deque mittent usque ad consummationis diem, ad magnum usque judicium, quo sæculum illud magnum absolvetur, & semel ac simul ultimo claudetur fine.

Et rursus:

A monte verò, in quo juramento sese invicem adstrinxerunt, ac ubi se diris mutuò devoverunt, nusquam deficient frigora vel nives; pruina vel ros ad diem usque judicii magni nusquam, nisi forte in perniciem, delabentur. Ardebit & deprimetur in illo tempore, horrendâ fœdabitur adustione, liquefiet adinstar ceræ, & omnes ejus fructus arescent. Nunc verò vobis filiis hominum edico; Magna vobis & filiis vestris pernicies instat: & usque ad filiorum vestrorum internecionem non deficiet. Dilecti vestri peribunt, & præcipuo honore digniores habiti tollentur è terrâ: eo quod ab hoc momento dies vitæ eorum non nisi centum & viginti annorum sint futuri: diuturniorem vitam ne vobis ipsis polliceamini; à data siquidem hoc momento sententia nullus defensionis aut effugii dabitur locus, propter iram, qua sæculorum omnium Rex motus est, à qua deflectendi spes vana est & fallax.

Et hæc quidem ex primo libro Enoch, de Egregoris.

οἱ μεγάλοι ὀνομαστοὶ, τὰ πνεύματα τὰ ἐκπορευόμενα ἀπὸ τῆς ψυχῆς αὐτῶν, ὡς ἐκ τῆς σαρκὸς, ἔσονται ἀφανίζοντα χωρὶς κρίσεως, οὕτως ἀφανίσουσι μέχρις ἡμέρας τῆς τελειώσεως, ἕως τῆς κρίσεως τῆς μεγάλης, ἐν ᾗ ὁ αἰὼν ὁ μέγας τελεσθήσεται, ἐφ' ἅπαξ ὁμοῦ τελεσθήσεται.

Καὶ αὖθις·

Περὶ δὲ τοῦ ὄρους, ἐν ᾧ ὤμοσαν καὶ ἀναθεμάτισαν πρὸς τὸν πλησίον αὐτῶν, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα οὐ μὴ ἀποστῇ ἀπ' αὐτοῦ ψῦχος καὶ χιὼν· καὶ πάχνη, καὶ δρόσος, οὐ μὴ καταβῇ εἰς αὐτὸ, μέχρις ἡμέρας κρίσεως τῆς μεγάλης. ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ κατακαυθήσεται, ταπεινωθήσεται, καὶ ἔσται κατακαιόμενον καὶ τηκόμενον ὡς κηρὸς ἀπὸ πυρὸς, οὕτω κατακαήσεται περὶ πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ. καὶ νῦν ἐγὼ λέγω ὑμῖν υἱοῖς ἀνθρώπων· ὀργὴ μεγάλη καθ' ὑμῶν, κατὰ τῶν υἱῶν ὑμῶν, καὶ οὐ παύσεται ἡ ὀργὴ αὕτη ἀφ' ὑμῶν, μέχρι καιροῦ σφαγῆς τῶν υἱῶν ὑμῶν· καὶ ἀπολοῦνται οἱ ἀγαπητοὶ ὑμῶν, καὶ ἀποθανοῦνται οἱ ἔντιμοι ὑμῶν ἀπὸ πάσης τῆς γῆς· ὅτι πᾶσαι αἱ ἡμέραι τῆς ζωῆς αὐτῶν ἀπὸ τοῦ νῦν οὐ μὴ ἔσονται πλείω τῶν ἑκατὸν εἴκοσι ἐτῶν· καὶ μὴ δόξητε ἔτι ζῆσαι πλείονα ἔτη· οὐ γάρ ἐστιν ἐπ' αὐτοῖς πᾶσα ὁδὸς ἐκφεύξεως ἀπὸ τοῦ νῦν διὰ τὴν ὀργὴν, ἣν ὠργίσθη ὑμῖν ὁ βασιλεὺς πάντων τῶν αἰώνων· μὴ νομίσητε, ὅτι ἐκφεύξησθε ταῦτα.

Καὶ ταῦτα μὲν ἐκ τοῦ πρώτου βίβλου τοῦ Ενὼχ περὶ τῶν Εγρηγόρων.

Plura

Plura libri Enoch fragmenta in S. Patrum monumentis conservata me latent. Ex Rabbinis supra dictus R. Menahem Recanatensis in ביאור על התורה fol 30. col. 1. seq. postquam dixerat, librum Enochi in Zohar allegatum esse, addit: ולפי דברי הספר ההוא דע כי גן ערן של מטה הוא מוכן מיום שנבראו רוחות הצדיקים לגור שם בצורתם *Et secundum verba hujus libri* (Enoch) *scito, hortum Paradisi inferioris fundatum esse ex illa die, qua creati sunt spiritus justorum, ut commorentur illic in forma sua.* (Nam ut idem alibi fol. 144. col. 2. docet, animæ justorum ante extremum judicium non ad supremum cœlum, atque perfectæ retributionis sedem, adscendunt, sed partem solùm præmii in inferiori Paradiso recipiunt.) Eodem fol. 30. col. 2. hæc sequuntur verba: ואמר חנוך ראיתי שם מלאכים ממונים גדולים ועונין קק״ק וכו׳ *Et dixit Enoch: vidi illîc* (in Paradiso) *angelos magnos deputatos, & clamabant: Sanctus, sanctus, sanctus*, &c. Plura forte ex libro Enoch R. Menahem in sequentibus allegat; verùm mihi jam non vacat, totum ejus librum perlustrare.

Ad p. 166. l. 13. Γηρσάμ] Eodem, quo Levi primogenitum filium vocavit nomine, & Moses pronepos Levi, primam prolem appellavit, & ob eandem rationem. Nam uti hoc loco dicitur de filio Levi: Καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Γηρσάμ· ὅτι ἐν τῇ γῇ ἡμῶν πάροικοι ἦμεν· ita quoque de filio Mosis scriptum est, Exod. II. 22. Καὶ ἐπωνόμασεν τὸ ὄνομα αὐτοῦ Γηρσάμ, λέγων, ὅτι πάροικός εἰμι ἐν γῇ ἀλλοτρίᾳ, uti versio τῶν ό sonat, qui tamen Gen. XLVI. 11. posuerunt Γηρσών, non Γηρσάμ, adeò ut utrovis modo rectè dicatur. Vitio autem librariorum meritò attribuit aliam hujus nominis lectionem Origenes, Tom. VIII. Comment. in Johan. p. 132. Εἷς τῶν υἱῶν Λευὶ, ὁ πρῶτος, γησὼν ἐν τοῖς πλείστοις τῶν ἀντιγράφων ὠνόμασται, ἀντὶ τοῦ γηρσὼν, ὁμώνυμος τυγχάνων τῷ πρωτοτόκῳ Μωσέως, ἑκατέρων, διὰ τὴν παροικίαν ἐν γῇ ἀλλοτρίᾳ γεννηθέντων, τοῦ ὀνόματος ἑτοίμως κειμένου. *Unus filiorum Levi, primus, in pluribus exemplarius Geson nominatus est pro eo, quod est Gerson, ejusdem nominis existens cum primogenito Mosis, nomine aptè utrisque imposito, quod geniti fuissent in terra aliena.*

Ibidem lin. 28. Ιωχαβὲδ ξδ'. ἔτει ἐτέχθη ἐν Αἰγύπτῳ] Hunc locum nativitatis Jochabedæ adsignavit ipse ejus filius Moses, Numer. XXVI. 59. Ratione temporis autem contrarius quidem est Auctori nostro R. Salomo Jarchi, qui eam vult natam *inter muros in ipso ingressu in Ægyptum*, ast antea conceptam, adeoque *inter triginta tres animas* numerat, quæ cum Jacobo Ægyptum ingressæ dicuntur Genes. XLVI. 15. Quam opinionem etiam aliis Rabbinis placuisse testatur Manasses Conciliat. Quæst. 62. in Genesin. Verùm meritò his contradixit

 Abenezra,

Abenezra, urgens hâc ratione Jochabedam fuiſſe centum & triginta annorum, quando Moſen peperit, cum tamen Scriptura miraculi inſtar referat, Saram nonagenariam peperiſſe Iſaacum. Quapropter exiſtimat ipſum Jacobum inter iſtos *triginta tres* numerandum, Jochabedam autem diu poſt in Ægypto natam eſſe. Eadem cum Abenezra R. Levi Ben Gerſon & Abarbanelem ſentire, refert Manaſſes loco citato. Atque ſic etiam noſter Auctor, qui inſuper annum ætatis Levi, quo Jochabed nata eſt, deſignat, recentioribus Rabbinis planè ignotum.

Ad pag. eand. lin. ult. Ἀβράμ] Sive Auctor Teſtamentorum, ſive ſcriba in Apographo erravit, dum Ἀβράμ poſuit pro Ἀμράμ, commutatis perperam literis β & μ, ſicut & paulò antè λομνὶ pro λοβνὶ ſcriptum eſt. Cæterùm de his nominibus poſterorum Levi, totaque ejus Genealogia lege Exod cap. VI. verſ. 16. ſeqq. unde Auctor noſter ſua deſcripſiſſe videtur.

Ad p. 168. l. 31. Θέλοντες ἀνελεῖν, &c.] Paulo ante dixerat, *Judæos manus violentas illaturos in Dominum, ſalvatorem mundi*, & jam iterum repetens, quod cædem ejus ſint facturi, aliud jungit crimen, nempe quod ſacrificia Deo haud debitè ſint oblaturi. Ob utrumque ſimul Judæos reprehendit quoque Deus per os Malachiæ cap. I. verſ. 13. his notatu dignis verbis: ואמרתם הכה מתלאה והפחתם אותי *Et dixiſtis, ecce qualis vilitas* (ſacrificium, de quo prolixus ibi ſermo) *& me exſpirare feciſtis.* Scio jam in Codice Maſoretico pro אותי *me* legi אותו *illud*, quaſi ad *ſacrificium*, non ad *Deum* referatur. Sed Judæorum doctores אתי transformaſſe in אתו, ipſe R. Salomo Jarchi commentans ſuper hunc locum fatetur: *Iſta*, inquit, *eſt una de dictionibus correctionis ſcribarum. Scriptum erat:* והפחתם אתי *Et exſpirare feciſtis me. Sed ſcriptura ſcribarum pro* אותי *me, poſuit* אותו *ipſum.* Conf. idem Raſchi ſuper Habacuc. I. 12.

Ad p. 169. l. 19. Ὑμεῖς αἰχμάλωτοι ἔσεσθε] Judæorum placitis adverſa omnino videtur prædictio captivitatis atque afflictionis tempore Meſſiæ, ſub quo omnia ſibi proſpera pollicentur. Attamen priſcos Rabbinos malè genti ſuæ, etiam poſt adventum Meſſiæ, ominatos eſſe, ex traditionibus eorum conſtat. Nam in Midraſch Tillim ſuper Pſalm. II. verſ. 7. citatur ſequens dictum R. Iddi: שלשה חלקים נחלקו היסורין אחד בטלו אבות העולם וכל הדורות ואחד דורו של שמד ואחד דורו של משיח *In tres partes diviſæ ſunt tribulationes; unam tulerunt patres ſeculi* (i. e. Abraham & cæteri) *& omnes generationes; alteram generatio deſtructionis* (i. e. excidii Hieroſolymitani per Babylonios atque Romanos) *tertiam verò generatio Meſſiæ.* Tempus ultimæ tribulationis nempe ſub Meſſia deſignatur in eodem Midraſch Tillim ſuper Pſalm. XC. ubi ad explicationem verſûs 15. *Lætifica nos ſecundum dies, quibus afflixiſti nos,* hæc ponuntur: שצערתנו בבבל ביון בארום ובימות המשיח וכמה ימות מהשות

המשיח רבי יהושע אומר אלפים שנ כימות עניתנו שני ימים ויומו של חבה" אלף שנה שנ" כי אלף שנים בעיניך כיום *Secundum dies, quibus nos per Babyloniam afflixiſti, per Græciam, per Edom* (i. e. Romanos) *&* *in diebus Meſſiæ. Et quot ſunt dies Meſſiæ? R. Joſua dixit, eſſe duo millia annorum, ſicut dictum eſt*: Secundum dies, quibus afflixiſti nos, i. e. *ſecundum duos dies. Dies autem Dei ſancti benedicti ſunt mille anni, ſicut dictum eſt* (præcedenti verſu 4. hujus Pſalmi xc.) Quoniam mille anni in oculis tuis ſicut dies. Hæc ille. Duo millia igitur annorum durabunt dies afflictionis Judæorum tempore Meſſiæ; ac poſt hæc unum diem lætum ſecuturum docet Midras in mox ſequentibus verbis, & probat ex verbis Zachariæ XIV. 7. *Et erit unus dies, & ipſe eſt notus Domino: non dies, neque nox: & ad tempus veſperi erit lux.* Poſt quæ additur: זה העולם הבא ותחית המתים *Iſte dies eſt ſeculum futurum & vivificatio mortuorum*, &c.

Ad p. 171. l. 18. Ἄστρον αὐτοῦ ἐν οὐρανῷ] Hiſce Auctoris noſtri verbis gemina ſcripſit S. Ignatius aliique Patres, quorum verba recitavit Pearſonus, Part. II. Vindic. Epiſt. Ignatii cap. 10. Unum tantummodo locum, eumque emendatum, addam, nempe Cæſarii Dial. II. Quæſt. 107. ubi hæc leguntur: Σύγκρινον τοίνυν ἀστέρα πρὸς ἥλιον, ὡς ἔμπεδα πρὸς ἐλέφαντα, καὶ τὸ θεῖον ἄστρον πρὸς τὴν πασῶν μείζονα πόλιν, ὡς πρὸς κάμηλον κώνωπα. Nil ſane hîc ſignificare poteſt vox ἔμπεδα, quâ proinde omiſſâ, mancam nobis dedit verſionem Leunclavius hoc modo: *Compara igitur ſtellam cum ſole, velut ...... ad Elephantem, & aſtrum divinum ad omnium maximam civitatem, veluti cum Camelo culicem.* Planus autem atque perfectus erit ſenſus, ſi ſcribas ἐμπίδα, & in vacuum Latinæ verſionis locum ponas *muſcam* vel ſimile quid. Nam Heſychio dicitur, ἐμπὶς κώνωψ, ἢ εἶδος ζώου περὶ τοῖς ὕδασι γινόμενον, ὅμοιον κώνωπι, μεῖζον δέ.

Ad p. 178. l. 4. Αὐνᾶν] Origenes Tom. VIII. Comment. in Johannem p. 132. Τῷ Ἰούδα παρ' ἡμῖν μὲν ὁ δεύτερος Αὐνὰν εἶναι λέγεται, παρὰ δὲ Ἑβραίοις Ὠνάν ἐστι. *Judæ ſecundus* (filius) *apud nos quidem Aunan eſſe dicitur, apud Ebræos verò Onan.*

Ad p. 196. l. 9. Δόσις ἀγαθή] Alludit ad verba matris Leæ, quæ protuliſſe dicitur, quando eum enixa erat, Geneſ. XXX. 20. *Bonam portionem largitus eſt mihi Deus, etiam hac vice habitabit maritus meus mecum, eò quod genuerim ei ſex filios: & idcirco appellavit nomen ejus Zabulon.* Conſule interpretes in hunc locum.

Ad p. 198. l. 10. Ἐν γραφῇ νόμου Ἐνὼχ γέγραπται] Idem legitur Deuteronomii XXV. 7. ſeq. ac proinde notanda convenientia inter legem Moſis, & eam quæ Enocho auctori adſcripta eſt. Cæterùm quod Chriſtus de circumciſione dixit Joh. VII. 22. eam *non ex Moſe, ſed ex patribus eſſe*, id de præcepto quoque ſuſcitandi fratri ſeminis verum eſſe, colligitur

colligitur ex Genes. XXXVIII. 9. adeoque nec vero est absimile, ritum calcei detrahendi & exspuendi in faciem ejus, qui fratris nomen propagare recusaverit, jam olim usitatum fuisse; sicut alia excalceatio, quâ propinquus alteri suo jure cedebat, *mos antiquus in Israel fuisse* dicitur, Ruth. IV. 7.

Ad p. 200. l. 23. Πρῶτος ἐγὼ ἐποίησα σκάφος] Zabulon itaque connumerandus variis Heroibus, qui se inventores artis nauticæ fuisse jactarunt, vel ab aliis tales crediti sunt, & addendus iis, quos Polydorus Vergilius Lib. III. de Inventoribus rerum cap. 15. Salmuthus in Pancirollum Tit. XI. de Pyxidecula nautica, & Cornelius à Lapide aliique Commentatores in Sapientiæ Salomonis cap. XIV. v. 1. seqq. nominarunt. Ex quibus patebit, Zabulone antiquiorem esse artem nauticam, ejusque origenem ad Noë saltem referendam esse.

Ad p. 202. l. 9. Μὴ λογιζέσθω ἕκαστος κακίαν τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, &c.] Idem monitum Hermæ dabatur Visione II. §. 3. his verbis: *Tu autem Herma, noli meminisse injuriarum filiorum tuorum — Memoria enim injuriarum mortem operatur, oblivio verò earum vitam æternam.*

Ad pag. 203. l. 7. Ἀνατελεῖ ὑμῖν Κύριος, &c.] Alludit ad Malachiæ IV. vers. 2.

Ad p. 208. l. 27. Καὶ οὐκ ἔτι ὑποστρέψει Ἱερουσαλήμ, &c.] Promisso, quod superiùs pag. 139. dedi, exsolvo me per sequentia Rabbinorum testimonia. Primum suppeditat Midrasch Vajikra, *i. e.* Commentarius super Levitici cap. XVII. vers. 3. ubi notatu digna R. Ammi allegantur verba, quæ Latinè reddita ita sonant: *Dixit Deus, in seculo isto vos fuistis salvati per manus filiorum Adæ: ex Ægypto per manus Mosis & Aaronis; in diebus Sisseræ per manus Barak & Deboræ: à Madianitis per manus Samgar filii Anath, sicut dictum est* (Jud. III. 31.) *Et salvavit etiam ipse Israel: sic quoque per manus judicum aliorum. Et quoniam fuerunt caro & sanguis, fuistis iterum servituti subjecti; sed in futuro egomet ipse redimam vos*, לעתיד לבא אני בעצמי גואל אתכם *& rursum non redigemini in servitutem, sicut dictum est* (Esaiæ XLV. 17.) *Israël salvatus erit in Domino salvatione æterna; non erubescetis, neque confundemini usque ad secula sempiterna.* Idem plane sonant verba R. Jochanan in Midras Tillim super Psalm. XXXVI. v. 10. *Israel servi facti fuerunt in Ægypto & liberati sunt per Mosen & Aaron: rursum deducti fuerunt in servitutem in diebus Sisseræ, & redemit eos Barak & Debora, à Madianitis verò Gedeon; & sic per manus Samgar: sic quoque per manus cujuslibet Judicum: steterunt & redemerunt eos, Iterum facti sunt servi in Babylonia, rursumque redempti fuerunt per manus Ananiæ, Misaël & Asariæ: & rursum ducti sunt in servitutem per manus Edom.* (i.e. per Romanos) *Dixerunt ergo Israel: Ecce lassati sumus subjugationibus & redemptionibus, non sumus ulteriùs quærentes, ut illucescat nobis caro & sanguis, sed Deus ipsemet* הקב״ה בעצמו *sicut dictum est* (Psalm. CXVIII. v. 27.) Dominus Deus, & illuxit nobis; *& dicitur* (Esaiæ XLV. v. 17.) Israel salvatus erit in Domino salvatione æterna. Hucusque R. Jochanan, qui duobus hisce

Scripturæ

Scripturæ locis addere potuisset tertium ex Esaiæ cap. XXXV. v. 4. *Deus ipse veniet, & salvabit vos.* Atque huc etiam pertinet paraphrasis verborum Jacobi Patriarchæ cap. XLIX. Geneseos vers. 8. *Salutem tuam exspecto Domine*, in Targum Jonathan Ben Uziel ita sonans: *Dixit Jacob, quando vidit Gedeonem filium Joas, & Simeonem filium Manoë, qui futuri erant liberatores; Non liberationem Gedeonis ego exspecto, neque liberationem Samsonis ego respicio, quia liberatio eorum liberatio temporalis fuit; sed ego salutem tuam exspecto & perspicio, Domine, quia liberatio tua liberatio seculorum.* Similiter & Targum Hierosolymitanum verba ista Jacobi exposuit. Unde constat, hanc traditionem universe fere inter Judæos receptam fuisse, ac proinde ea, quæ in Testamento Dan dicto loco leguntur, à Judæo scribi potuisse, licet Deitas Messiæ per manifestam consequentiam inde deduci queat. Neque obstat, quod Auctor noster dicat Dominum, æternæ redemptionis atque salutis auctorem, *in humilitate & paupertate super eos regnaturum.* Nam hoc expresse docet Zacharias cap. IX. v. 9. *Ecce Rex tuus veniet tibi justus & salvatus* (*sive salvator*, de qua differentia jam brevitatis ergo nihil dico) *pauper & equitans super asinam*; & Rabbini quoque ex hoc loco paupertatem Messiæ collegerunt, uti patet ex Bereschith Rabba R. Moseh Haddarschan super Gen. XLIX. v. 11. ubi hæc habentur verba: *Quando veniet Rex Messias ad Jerusalem ad salvandum Israel, ipse erit cingulans asinum suum, & equitabit super eum, & veniet ad Jerusalem, ducens se ipsum in paupertate, sicut scriptum est: Pauper & equitans super asinum.* Et mox quasi objectionem movet, ac sibi ipsi respondet sequentem in modum: *Nonne jam dictum erat de Messia* (Daniel VII. 13.) *Ecce in nubibus cœli quasi filius hominis veniet?* (Respondet) *Si Israel meruerint, cum nubibus cœli veniet; si non meruerint, pauper & equitans super asinum.* Quæ verba eò magis notanda sunt, quia docent, quare & quando Messias in paupertate, quando verò in gloria de cœlo venturus fuerit. In eodem Bereschith Rabba paulo antè super versum 10, ubi citatur dictum Esaiæ cap. XXVI. v. 6. *Conculcabit eam pes, pedes pauperes*, additur: זה משיח *Iste est Rex Messias, de quo dicitur* (Zachar. IX. 9.) *Pauper & equitans super asinum.* Ita quoque R. Salomo Jarchi ad locum citatum Esaiæ, explicaturus, quis sit pes *pauperis*, ait: מלך המשיח *Regis Messiæ, de quo dictum est: Pauper & equitans super asinum.* Sed ad alia est properandum.

Ad p. 211. l. 1. Εκλήθη Νεφθαλείμ] Peculiarem rationem nominis *Naphtalim* assignat Auctor noster, diversam ab ea, quæ à Mose Genes. XXX. 8. traditur, ac proinde haud approbandam. Genuinum autem sensum hujus nominis, & verborum Mosis de eo, dabunt Commentatores in citatum locum Geneseos.

Ad p. 213. l. 26. Εγρήγορες] Jam suprà horum mentionem fecit Auctor in Testamento Ruben §. 5. per eos intelligens Angelos: de quibus quæ utroque loco dixit, ex libro 1. Enochi & ista quidem parte desumpsit, quam modò ex Syncello descripsi. Cum verò ibi promiserim, plures, qui hanc Pseudo-Enochi sententiam de Angelorum cum

mulieribus commercio amplexi ſunt, Auctores hoc loco indicare, accipe clariſſima nomina Judæorum, Philonis Lib. de Gigantibus, & Joſephi Lib. I. Antiq. Jud. cap. 4. nec non Chriſtianorum, Juſtini Martyris Apol. I. (uti vulgo dicitur) p. 44. A. & Apol. II. (quæ revera fuit prima) p. 55. D. Athenagoræ in Legatione pro Chriſtianis p. 27. & ſeq. Clementis Alex. Lib. III. Stromat. p. 450. D. & Lib. V. p. 550. B. Tertulliani Lib. de Idololatria cap. 9. de Habitu muliebri cap. 2. de Cultu fœminarum cap. 10. de Velandis virginibus cap. 7. Lib. V. adverſus Marcionem cap. 18. Cypriani Lib. de Diſciplina & habitu virginum §. 54, &c.

Ad p. 218. l. 25. Εἶπε τῷ πατρὶ ὑμῶν] Declarat Auctor his verbis, quâ de re Joſephus fratres apud patrem accuſaverit: accuſaſſe enim expreſsè ait Scriptura Geneſ. XXXVII. 2. ſed capita accuſationis non deſignat. Unde variæ Rabbinorum conjecturæ. Contrarius eſt noſtro Auctori R. Salomo, dum non filios Balæ & Zelphæ, ſed Leæ, à Joſepho accuſatos fingit, & quidem ob devoratum *membrum de vivo animante*; quod erat contra legem Dei Noæ datam Gen. IX. 4. Sed nolo hiſce incertis immorari.

Ad p. 219. l. 16. λ χρυσίων] *Aureos* dicit Auctor ex verſione Græca τῶν ο'. *triginta* numerat cum Latino vulgato Interprete, juxta quaſdam editiones; in utroque autem diſcedit à Hebræo textu, qui habet *viginti argenteos*, Geneſ. XXXVII. 28.

Ad p. 222. l. 12. Εἰρηνικὰ ἐλάλουν τῷ Ιωσὴφ] Moſes Geneſ. XXXVII. v. 4. de fratribus Joſephi ait: *Oderant eum, nec poterant quicquam pacificè ad eum loqui.* Auctor verò Teſtamentorum hæc verba non universè intelligi voluit, ſed ad colloquia fratrum inter ſe reſtrinxit, indeque Gadum coram patre Jacob pacifica cum Joſepho verba miſcuiſſe dixit.

Ad p. 226. l. 15. Δασύποδες] Hanc vocem Auctor à LXX. Interpretibus mutuatus eſt, qui eam Levit. XI. 6. & Deuteronom. XIV. 7. uſurparunt; illîc pro *cuniculo*, hîc pro *lepore*: Utrumque autem animal *mundum* ex parte, ex parte *immundum* apud Judæos habebatur; *mundum* quatenus ruminabat quidem, ſed *immundum* quatenus ungulam non findebat: uti contra ſus ungulam quidem findit, ſed non ruminat, & ipſa proinde immunda. Talibus itaque animantibus meritò ab Auctore noſtro comparantur homines ἐξ ἡμισείας καθαροί, i. e. ex parte boni, & ex parte mali, in quibus *mixtura eſt virtutum & vitiorum*, uti Tacitus loquitur.

Ad p. 230. l. 23. Αρχιμάγειρος] Vocem hanc Auctor iterum accepit ex LXX. Interpretum verſione Geneſ. XXXVII. 36. Notanda verò obſervatio Hieronymi in Traditionibus Hebraicis ad hunc locum: *In pleriſque locis archimagiros id eſt, coquorum principes, pro magiſtris exercitûs ſcriptura commemorat;* μαγειρεύειν *quippe Græcè interpretatur occidere. Venditus eſt igitur Joſeph principi exercitûs & bellatorum,* Mihi maximè placet Targum Jonathan & Hieroſolymitanum, quæ ambo reddiderunt,

רב ספיקלטריא *Principi ſpiculatorum.* Quæ vox occurrit quoque Marc. VI. 27.

Ad p. 234. l. 18. Κυρίῳ μόνῳ] Ex veneficio idolorum cultum colligit Joſephus. Idololatria quippe & magia geminæ ſunt ſorores, ut alii ante me prolixè per exempla docuerunt. Ipſe Spiritus S. Babeli unà cum idololatria incantationes adſcribit & veneficia Eſaiæ XLVII. & Apocalypſ. XVIII.

Ad p. 238. l. ult. Πετεφρὶ] Ita is, qui in Hebræo dicitur *Potiphar*, vocatur à LXX. juxta exemplar Vaticanum, niſi quod ῆ loco ὶ habeat.

Ad p. 241. l. 16. Ἰσμαηλίταις] Statuit Auctor noſter, Joſephum Potiphari ab Iſmaëlitis venditum eſſe. Contrà R. Salomo Jarchi Joſephum vult ſæpiùs venditum, primùm Iſmaëlitis, inde Midianitis, & ab his tandem Potipharo. Verùm à partibus noſtri Auctoris ſtat Moſes Geneſ. XXXIX. 1. Raſchi autem erravit, dum Iſmaëlitas & Madianitas ambos Geneſ. XXXVII. 28. nominatos, diſtinctos à ſe invicem populos fuiſſe putavit, quos eoſdem, diverſis licet nominibus appellatos, fuiſſe ex Judic. VIII. 24. bene probavit Abenezra in locum cit. Geneſeos.

Ad p. 242. l. 12. Ἐκέλευσεν] Lege Geneſ. L. 16. ſeqq. & hæc bene intelliges.

Ad p. 243. l. 2. Θυγατέρα Κυρίων μου] Ex his verbis patet, Auctorem noſtrum per *Potipheram*, cujus filiam *Aſenath* Joſephus in uxorem accepiſſe dicitur Geneſ. XLI. 45. intellexiſſe ipſum *Potipharum*, qui Joſephum emerat, adeo ut ex ſervo gener ejus factus fuerit. In qua ſententia etiam fuit ex Judæis R. Salomo Jarchi, ex Chriſtianis Hieronymus in h. l. Aſt recentiores Commentatores, quos legiſſe mihi contigit, omnes fere *Potipheram*, ſocerum Joſephi, à *Potipharo*, Domino ejus, diverſum fuiſſe volunt. Mihi jam non vacat accuratiùs inquirere, cujus filia fuerit virgo *Aſenath*, uxor Joſephi, quia ad aliam magis neceſſariam Annotationem me vocat melioris notæ virgo, B. Maria mater Domini, cujus Joſephus in eadem pagina mentionem facit, & cujus partum virgineum teſtimoniis Rabbinorum illuſtrare, ſupra p. 139. pollicitus ſum, meque hoc debito jamjam exſolvo.

Ad eandem pag. lin. 16. & 17. Παρθένος -- ἐξ αὐτῆς προῆλθεν ἀμνὸς ἄμωμος.] Hæc nativitatem Meſſiæ ex virgine ſpectare, quilibet videt. Ad redarguendos autem cœcos Judæos, qui hanc, tanquam abſurdam, rejiciunt, Turcis eam admittentibus pejores, multùm facit illuſtre dictum Rabbi Berachiæ, in R. Moſis Hadarſchan *Bereſchith Rabba*, ſive Commentario ſuper Geneſ. XXXVII. 22. (ubi de ipſo Joſepho malè à fratribus ſuis tractato agitur) citatum, quod eſt hujus tenoris: *Dixit Deus ſanctus benedictus Iſraëli: Vos dixiſtis coram me, pupilli facti ſumus ſine Patre. Redemptor quoque, quem ego excitabo ex vobis, ſine Patre erit, ſicut dictum eſt:* (Zachar. VI. 12.) *Ecce vir, germen nomen ejus, & de ſub ſe germinabit. Et ſic dicit* (Eſaias cap. LIII. 3.) *& adſcendet ſicut virgultum coram eo. Super illo David quoque dicit* (Pſal. CX. 3.) *ex matrice ante auroram tibi ros juventutis tuæ.*

Ad p. 244. l. 9. Κύριος ἐν φωτὶ ἔσται μεθ' ὑμῶν] Introduxit Auctor Josephum, deportationi ossium suorum hoc quasi præmium promittentem, quod Deus dux itineris eorum in luce sit futurus. Cujus assertionis occasionem cepit, uti conjicio, ex Exodi cap. XIII. ubi versu 19. dicitur: *Tulit quoque Moses ossa Joseph secum, & quod adjurásset filios Israël, dicens: Visitabit vos Deus, efferte ossa mea hinc vobiscum.* & mox vers. 21. additur: *Dominus autem præcedebat eos ad ostendendam viam, per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis, ut dux itineris esset utroque tempore.*

Ad p. 245. l. 15. Βενιαμίν.] Auctor *Benjamin* interpretatur *filium dierum*, quia à Jacobo jam centenario genitus erat; quæ interpretatio confirmari videtur Genes. XLIV. 20. ubi Benjamin vocatur *filius senectutum.* Rejicit tamen eam Hieronymus in Traditionibus Hebraicis ad h. l. scribens: *Errant, qui putant Benjamin filium dierum interpretari. Cum enim dextera appelletur Jamin & finiatur in* n. *literam, dies quidem appellantur & ipsi Jamim, sed in* m. *literam terminatur.* Si jam interpretationem Auctoris Testamenti Benjamin defendendam susciperem, responderem, *Jamin* pro *Jamim* acceptum esse dialecto Syriacâ, quâ Jacobus modò è Syria adveniens bene uti poterat. Sed non est tanti, huic rei immorari.

Ad p. 246. l. 10. Ἐδηλώθη] Statuit Auctor noster, ut ex hoc loco patet, mala, Josepho à fratribus illata, Jacobo patri tandem detecta esse, quod & Genes. L. vers. 16. claris verbis asseritur, ac proinde à *Rambam* malè negatur.

Ad p. 249. l. 16. Κάϊν ἐκεῖνος] Cum eis, quæ Auctor noster dicit, satis conveniunt veterum & recentiorum quorundam Judæorum sententiæ, de quibus vide Fagium, Cartwrightum, aliosque in Genes. IV. 15. Sed bene Cartwrightus notavit, Scripturam loc. cit. apertè loqui de pœnâ, non ipsi Caino, sed ei, qui eum occiderit, infligendâ. Grandis quoque est error Chronologicus nostri Auctoris, diluvium ad annum nongentesimum Caini referentis, dummodo ipsemet ita scripserit: nam voces ὅτι τοῦ κατακλυσμοῦ in Oxoniensi exemplari Græco haud leguntur, ut ad oram paginæ 249. notavi.

Ad p. 250. l. 17. Πρῶτον ναὸν] Vox πρῶτος non de *tempore*, sed *loco* est explicanda: neque enim Auctor templum *primum* à Salomone conditum hîc intelligere potuit, sed ad *primam partem templi*, quæ dicebatur *Sanctum*, digitum intendisse videtur. Cedam tamen hâc expositione, ubi aliam meliorem allatam videro. Cæterùm de illusione ac reliqua passione Messiæ, cujus mentionem hoc loco facit Benjamin, & de qua testimonia quædam Rabbinorum me hîc adducturum superiùs p. 139. promisi, apprimè notanda sunt verba, quæ leguntur in Bereschith Rabba sive Commentario super caput I. Geneseos, & Latinè solùm translata dabo, quoniam prolixa sunt: *Incepit Deus parisci cum Messiâ, dixitque ei: Messia mi juste, isti, qui sunt repositi apud te, peccatis suis inducent te in seculum*

grave. Oculi tui non videbunt lucem, aures autem tuæ audient opprobrium magnum populorum mundi: nasus tuus odorabitur fœtorem: os tuum gustabit amaritudines, & lingua tua adhærebit palato tuo, ossa verò cuti, & extenuabitur corpus tuum in luctu & gemitu. Estne voluntas tua in eis? Nam si tu suscipis, bene quidem; sin minus, ecce ego ex nunc ea abjiciam. Dixit coram eo (Messias): *Domine seculi, in hoc ego lætus sum, ac suscipio super me tribulationes istas sub hac conditione, ut resuscites mortuos in diebus meis, & quidem eos, qui mortui sunt à primo Adam usque nunc,* &c. *Dixit ei Deus sanctus, & benedictus: Sit ita. Statim suscepit Meßias omnes tribulationes ex dilectione, sicut dictum est:* (Esaiæ LIII. 7.) Afflictus & humiliatus est. In eodem Bereschith Rabba super cap. XXXIX. v. 13. hæc leguntur: *R. Joden ait, Davidem dixisse: Sicut ego non cantavi canticum, priusquam fui exprobratus; sic Israel non dicet canticum, quando veniet Rex Meßias, donec ipse Meßias fuerit exprobratus, sicut dictum est:* (Psalm. LXXXIX. 52.) *Quod exprobraverunt inimici tui, quod exprobraverunt talos sive vestigia Meßiæ tui.* His consona plane habentur in Midras Tillim ad Psalm. XVIII. v. I. *Cum venerit Meßias, non in festinatione dicent canticum, donec fuerit exprobratus Meßias, sicut dictum est: Quia exprobraverunt talos Meßiæ tui.* Et hi quidem Rabbini putarunt, gentibus solùm in Romano imperio Messiam opprobrio futurum, ut ex sequentibus in Midras Tillim verbis apparet; verùm ipsos quoque impios Judæos Messiam contempturos, atque gratis odio habituros fore, & Prophetæ prædixerunt, & traditio Rabbinorum egregiè confirmat. In Massechet *Joma* Distinct. *Schibhat Jamim* ubi de destructione primi & secundi templi agitur, ratio destructionis primi templi hæc datur: *quia in eo fuerunt tres res, idololatria, revelatio pudendorum, & effusio sanguinum,* Prophetarum scilicet & aliorum justorum. De secundo sequentia dicuntur: *Sed sanctuarium secundum (de quo nobis certò constat, quod occupati fuerint in lege, & in præceptis, & in operibus misericordiæ) cur desolatum est? Propter odium gratis,* (Psalm. XXXV. 19.) *ut te doceret, quod præponderet odium gratis, quod fuit inter illos, præ tribus illis transgreßionibus, idololatria, revelatione pudendorum* (i. e. incestu) *& effusione sanguinum. Et in sanctuario primo odium gratis non fuit,* &c. Eadem fere habentur in Talmud Hierosolymitano in eodem libro *Joma*, & eadem distinctione *Schibhat Jamim.* Equidem refertur hoc ibi ad odium, quo Judæi erga se invicem gratis ac sine causa flagrarunt. Verùm istud non est peccatum gravius idololatria & effusione sanguinis Prophetarum, ac vigebat quoque inter Judæos, cùm primum templum staret; quocirca aliud odium intelligendum est, nempe Messiæ, Domini nostri Jesu Christi, qui sibi ipsi hoc Davidis dictum applicavit in ultimo suo sermone Johan. XV. 24. seq. dicens: *Oderunt me & patrem meum, ut adimpleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est: Quia odio habuerunt me gratis.* Addo solùm de contemptu Messiæ & prædicationis ejus, quo Judæi graviter peccarunt, egregia verba, quæ in Midras Tillim super Psalm. x. v. 2. leguntur: *Quare Domine à longe stas? Hoc est ac si dixerit Scriptura:* (Zachar. VII. 13.) *Et factum est, sicut vocavit, & non audierunt. Dixit R. Jochanan: Tribus annis & dimidio fuit Divinitas* (שכינה) *in monte Olivarum stans, & vociferans: Quærite Dominum, dum inveniri potest,* &c.

Ibidem lin. 21. Μεταβήσεται πνεῦμα Θεοῦ ἐπὶ τὰ ἔθνη] Innuit Auctor verbo *μεταβήσεται*, fore, ut Spiritus S. à Synagoga Judæorum auferatur, & detur Ecclesiæ gentium. Prius factum esse, ipsi Judæi fatentur in Excerptis Gemaræ libri Sota, (quem edidit Cl. Wagenseilius rerum Talmudicarum peritissimus, imò Doctorum in hoc genere princeps) Distinct. *Egla harupha* ubi dicitur: *Ex quo mortui sunt Prophetæ ultimi, Haggæus, Zacharias, Malachias, ablatus est Spiritus S. ab Israel* נסתלקה רוח הקודש מישראל Super Ecclesiam gentium autem effusum esse Spiritum S, ipsumque donum prophetiæ illis datum fuisse, ex historia Actuum Apostolicorum & Ecclesiæ Apostolicæ clarè patet. Atque hoc est maximum pro Ecclesia contra Synagogam argumentum, quod acriter urget S. Justinus Martyr in Dialogo cum Tryphone Judæo.

Ibid. lin. 23. Ἀνελθὼν ἐκ τοῦ ᾅδου ἔσται ἀναβαίνων ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανὸν] Priusquam testimonia Rabbinorum de Messiæ regressu ex inferno & adscensione in cœlum proferam, corrigendus hac occasione mihi videtur locus Theodoreti, in Comment. ad Esaiæ caput VII. vers. 14. ubi probare intendit, Emanuelem, *i.e.* Christum, fuisse signum, & in inferno, & in cœlo. Qua de re Tom. II. p. 34. optimæ alioquin editionis Sirmondi hæc leguntur verba: ὁ γὰρ Ἐμμανουὴλ καὶ εἰς τὸν ᾅδην κείμενον Ἀδὰμ εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἀνεβίβασεν. Mutila sane, nec adeò plenè probantia, quod propositum erat, ac si legantur, prout ipse doctissimus Pater scripsit, ego verò descripsi ex MS. Catena Patrum in Esaiam, quæ hîc Oxonii in Bibliotheca Novi Collegii asservatur, ubi ita sese habent: ὁ δὲ Ἐμμανουὴλ καὶ εἰς τὸν ᾅδην καταλήλυθεν, καὶ εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνελήλυθεν, καὶ εἰς τὸν ᾅδην κείμενον Ἀδὰμ εἰς οὐρανοὺς ἀνεβίβασεν, (Ex quibus media verba ob recurrentia ista: καὶ εἰς τὸν ᾅδην in illo Codice, ex quo textus Theodoreti excusus est, per incuriam Scribæ omissa fuere) i. e. *Immanuel verò & in infernum descendit, & in cælum adscendit, & in inferno jacentem Adamum in cælos reduxit.* Observavi jam, ut id obiter moneam, & alias Theodoreti atque Cyrilli correctiones, habeoque magnam partem deperditorum Commentariorum Eusebii Cæsariensis in Esaiam, descriptam ex hac Catena, cujus usum in suo Muséo benevolè mihi concessit Vir optimus ac Fautor meus honoratissimus D. Richardus Traffles, laudati Collegii Senior Socius; & hæc suo tempore, si Deus voluerit, erudito orbi communicabo. Sed jam ad propositum meum revertor, & cum Auctor noster adscensum Messiæ ex inferno in terram, à terra in cœlum, memoraverit, de utroque testimonia Rabbinorum adducam. De priori intelligenda sunt, quæ leguntur in sæpe citato Bereschith Rabba R. Mosis Hadarsan super Genes. XLIV. 18. ubi post allegatum dictum Cantici Salamonis cap. I. vers. 4. *Lætabimur & exultabimus in te*, hæc explicationis ergo adduntur: *Quando hoc fiet? quando adscendent captivi ex inferno, & Deitas* (השכינה) *in capite eorum, sicut dictum est*: (Mich. II. 13.) *Et transibit Rex eorum, ante eos, & Dominus in capite illorum.* De

posteriori

posteriori exponi forte, vel eò referri saltem potest, alia explicatio, quæ ibidem præcedit: *Quando nos gaudebimus? quando stabunt pedes Divinitatis in monte Olivarum, sicut dictum est*: (Zachar. XIV. 4.) *Et stabunt in die illo pedes ejus super montem Olivarum, qui est coram Jerusalem ad Orientem.* Quod utique factum, cum de hoc monte in cœlum adscendit. Verùm clariora de exaltatione Messiæ in eodem Bereschit Rabba habentur super caput XXVIII. vers. 10. ubi verba Esaiæ LII. 13. ita explicantur: *Dictum est*: Ecce servus meus intelligit, *iste est Messias*: exaltabitur, *plus quàm Abraham, de quo dicitur* (Genes. XIV. 22.) *Exalto manus meas ad Dominum.* Et elevabitur, *plus quàm Moses, de quo dictum est* (Numer. XI. 10.) *Porta eum in sinu tuo*, &c. & sublimis erit valde, *plus quàm Angeli ministerii, de quibus dictum est*: (Ezech. I. 18.) *Et sublimitas eis*, &c. Qui locus sanè summatim complectitur, quod prolixiùs docet Apostolus in Epistola ad Hebræos, ubi cap. I. eminentiam Christi super Angelos, quos itidem vocat *ministratorios spiritus*, demonstrat: cap. III. prærogativam Christi præ Mose ostendit; cap. VII. eundem in typo Melchisedeci superiorem Abrahamo facit. Addo adhuc quædam ex Midras Tillim super Psalm. XXI. v. 7. *Dixit R. Berachia in nomine R. Samuel: Una scriptura dixit de Messia*: (Daniel VII. 13.) *Et in nubibus cœli venit sicut filius hominis, ac usque ad antiquum dierum pervenit, & coram illo appropinquare fecerunt illum. Alia verò scriptura dicit*: (Jerem. XXX. 21.) *Et applicabo eum, & accedet ad me. Ecce per quem modum* (hæc scilicet fient, vel hæc sibi invicem quasi adversa concilientur)? *Angeli perducunt ipsum usque ad medium eorum; Deus autem sanctus benedictus extendit manum suam, & introducit eum ad se. Propter hoc dictum est de Rege Messiâ: Et applicabo eum, & accedet ad me.* Quæ adscensioni Domini nostri optimè congruunt. Nam uti in Actis Apostolorum cap. I. ipso *in nube evecto in cœlum, Angeli* præsto fuisse narrantur, eum quasi subvehentes; ita cap. II. v. 33. *dexterâ Dei exaltatus* expressè dicitur.

Ad p. 251. l. 16. & 22. Τότε καὶ ἡμεῖς ἀναστησόμεθα — καὶ πάντες ἀναστήσονται οἱ μὲν εἰς δόξαν, οἱ δὲ εἰς ἀτιμίαν] Ultima verba desumpta sunt ex Danielis cap. XII. v. 2. quibus hanc in rem citatis quoque in Midras Tillim super Psalm. XCIII. v. 2. idem de resuscitatione mortuorum per Messiam docetur, quod Auctor noster dixit. Verba ibi se habent sequentem in modum: *Futurum est, ut nasci faciat* (Messias) *omnes dormientes in pulvere. Dixit R. Nachmon: Dormientes in pulvere sunt mortui, sicut dictum est. Et multi de his, qui dormiunt in terræ pulvere*, &c. Confer. suprà p. 363.

Ad p. 253. l. 6. Καὶ ἐν τῷ λ ἔτει τῆς ἐξόδου] Hæc bene correxit doctissimus Dn. Dodwellus, ut mox apparebit.

Cæterùm majus est, quod Vir Clarissimus mihi pariter ac erudito Lectori exhibuit beneficium, dum nuper Oxonium veniens, meque parandæ Tabulæ Chronologicæ superiùs p. 143. promissæ manus admoventem inveniens, rogatus hoc onere me levare, ac eas, quæ mox sequuntur, Tabulas longè doctiori mauu sua exarare, mihique communicare voluit. Quam ejus benevolentiam grato animo agnosco, gratoque calamo publicè testatam facio.

Anni

Anni Patriarcharum natalitii pro mente Auctoris XII. Testamentorum designandi sunt, ac proinde ineuntes intelligendi. Quapropter fines annorum semper in numeris sequentibus quærendi sunt.

Ab an 75 Abrahami.	*Jacobi*													
159	74	Servitutis ap. Laban.												
160	75	7	Rubenis.											
161	76	8	1 *a*											
162	77	9	2	Simeonis										
163	78	10	3											
164	79	11	4	1										
165	80	12	5	2	Levi									
166	81	13	6	3	1 *b*									
167	82	14	7	4	2									
168	83	15	8	5	3	Judæ								
169	84	16	9	6	4	1	Issachar		Dan					
170	85	17	10	7	5	2			1	Naphtalim	Gad			
171	86	18	11	8	6	3	1 *c*	Zabulō.	2	1 *d*	1 *e*	Aser		
172	87	19	12	9	7	4	2	1 *f*	3	2	2	1	Josephi	Dinæ
173	88	20	13	10	8	5	3	2	4	3	3	2		1

a Cum annum servitutis VII. absolvisset Jacobus, tum demum Liam duxit uxorem. Recte ergo filius primogenitus ad annum sequentem refertur, qui erat servitutis VIII.

b VIII. anno Levi ingressi sunt in Canaanem, *Levi* 12. Atqui hoc cum anno XX. servitutis factum esse constet, Levi hoc anno ex mente Auctoris natus est.

c Hoc anno natus videtur Issachar, minor Judâ, & major Zabulone. Notam autem anni nullam exhibet Auctor.

d Naphtalim major Josepho, Naphtal. 1.

e Gad. licet pro ordine horum testamentorum sit filius ἔννατος, & talis in Codice Græco Oxoniensi dicatur, ordine tamen Natalium filius ἕβδομος fuisse videtur, uti dicitur in Græco Cantabrigiensi, & Latina Roberti versione.

f Zabulon cum nasceretur, (ἐν τῷ γεννηθῆναί με, inquit) Jacobus auctus est gregibus sorte virgarum Zabul. 1. Unde constat, ex mente Auctoris nativitatem Zabulonis uni istorum adscribendam esse annorum, quibus Jacobus Labani propter mercedem ex pecore servivit, non illis, quibus propter filias servitutem obiit.

	Jacobi.	Rubenis.	Simeonis.	Levi.	Judæ	Issachar.	Zabulon.	Danis.	Naphthal.	Gadi.	Asher.	Joseph.	Dinæ.
174	89	14	11	9	6	4	3	5	4	4	3	1 a	2
175	90	15	12	10	7	5	4	6	5	5	4	2	3
176	91	16	13	11	8	6	5	7	6	6	5	3	4
177	92	17	14	12	9	7	6	8	7	7	6	4	5
178	93	18	15	13	10	8	7	9	8	8	7	5	6
179	94	19	16	14	11	9	8	10	9	9	8	6	7
180	95	20	17	15	12	10	9	11	10	10	9	7	8
181	96	21	18	16	13	11	10	12	11	11	10	8	9
182	97	22	19	17	14	12	11	13	12	12	11	9	10
183	98	23	20	18 b	15	13	12	14	13	13	12	10	11
184	99	24	21	19 c	16	14	13	15	14	14	13	11	12
185	100	25	22	20	17	15	14	16	15	15	14	12	13 Benj.
186	101	26	23	21	18	16	15	17	16	16	15	13	1 d
187	102	27	24	22	19	17	16	18	17	17	16	14	2
188	103	28	25	23	20 e	18	17	19	18	18	17	15	3
189	104	29	26	24	21	19	18	20	19	19	18	16	4
190	105	30 f	27	25	22 g	20	19	21	20	20	19	17 h	5
191	106	31	28	26	23	21	20	22	21	21	20	18	6
192	107	32	29	27	24	22	21	23	22	22	21	19	7

a Josephi annus natalis ex mente hujus auctoris incidit in XX. annum servitutis, ultimum propter pecora, quem tamen sacræ literæ ad finem anni XIV. servitutis propter filias referunt, cum nondum mercedem è pecore pactus esset, Genes. XXX. 25. 21, seqq.

b Levi anno XVIII. ætatis occidit Sichem, Levi 12. Ex quo loco explicandus & determinandus est laxior numerus §. 2. ubi Levi dicit se ὡσεὶ ἐτῶν κ' fuisse, quando hanc cædem fecit.

c Levi anno ætatis XIX. ἱεράτευσε Levi 12. nempe Sacerdos factus & edoctus ritum sacrificiorum ab avo Isaaco, tunc adhuc superstite.

d Benjamin natus anno Jacobi C. nempe expleto. Benjam. 1. Proinde anno Jacobi CI. labente.

e Judæ anno XX. Bellum in Cananæos. Jud. 7.

f Hoc ætatis suæ anno XXX. Ruben Balam polluit. Rub. 1. Morbo per menses VII. multatus, pœnitentiam egit per annos VII. ibid. Tum Jacob apud Isaacum patrem fuit, Rub. 3. Supererat Isaacus ad annum Jacobi CXX. Gen. XXV. 26. XXXV. 28.

g Judæ 22. incipiunt induciæ cum Esavo annorum XVIII. Jud. 9.

h Josepus hoc anno venditus, à cujus fine incipiunt forte anni VII. quibus Potiphari servivit, Joseph. 3.

	Jacobi.	*Rubenis.*	*Simeonis.*	*Levi.*	*Judæ*	*Issachar.*	*Zabulon.*	*Danis.*	*Naphthal.*	*Gadi.*	*Asher.*	*Joseph*	*Benjam*
193	108	33	30	28 *a*	25	23	22	24	23	23	22	20	8
194	109	34	31	29	26	24	23	25	24	24	23	21	9
195	110	35	32	30	27	25	24	26	25	25	24	22	10
196	111	36	33	31	28	26	25	27	26	26	25	23	11
197	112	37	34	32	29	27	26	28	27	27	26	24 *b*	12
198	113	38	35	33	30	28	27	29	28	28	27	25	13
199	114	39	36	34	31	29	28	30	29	29	28	26	14
200	115	40	37	35 *c*	32	30 *d*	29	31	30	30	29	27	15
201	116	41	38	36	33	31	30	32	31	31	30	28 *e*	16
202	117	42	39	37	34	32	31	33	32	32	31	29	17
203	118	43	40	38	35	33	32	34	33	33	32	30 *f*	18
204	119	44	41	39	36	34	33	35	34	34	33	31	19
205	120	45	42	40 *g*	37	35	34	36	35	35	34	32	20
206	121	46	43	41	38	36	35	37	36	36	35	33	21
207	122	47	44	42	39	37	36	38	37	37	36	34	22
208	123	48	45	43	40 *h*	38	37	39	38	38	37	35	23
209	124	49	46	44	41	39	38	40	39	39	38	36	24
210	125	50	47	45	42	40	39 *i*	41	40 *k*	40	39	37	25
211	126	51	48	46	43	41	40	42	41	41	40	38	26
212	127	52	49	47	44	42	41	43	42	42	41	39	27

a Levi annos natus XXVIII. uxorem duxit Melcham. Lev. 11. 12. primus ejus filius Gerson dictus, ibid.

b Expletis annis VII. Josephus in carcerem conjicitur.

c Levi ann XXXV. natus filius secundus Caath. Lev. 11.

d Issachar anno XXX. duxit uxorem. Issach. 3.

e Hoc an. socios habuit captivitatis Joseph. pincernam Pharaonis & pistorem.

f Post duos annos in gratiam Pharaonis receptus Josephus anno ætatis XXX. Gen. XLI. 1.46.

g Levi anno XL. natus filius tertius Merari. Lev. 11. Græc.

h Judæ XL. Bellum cum Esavo, quo cecidit Esavus τόξου Jacobi. Jud. 9. Jacobi τόξου mentio fit Gen XLVIII. 22. Sed in Amoritas, non Idumæos. Judas nondum in Ægypto. ib. Imo sequitur annus unus, quo vixerit cum Thamare Annan. Tum anni duo viduitatis, antea quam rem cum eâ haberet Judas, cap. 11. 12.

i Zabulon ann. 38. vel 39. piscari cœpit, V. antè annis quàm descenderent in Ægyptum Zab. 6.

k Naphthalimi somnia, anno ejus XL. quæ eum adhuc in Palæstinâ fuisse supponunt, nondum in Ægypto. Naphth. 5. Πάλιν μετὰ μῆνας ἑπτὰ Napth. 6. Post venditionem Josephi, & tamen antea quàm descenderent in Ægyptum. Naphth. 7.

	Jacobi.	*Reubenis.*	*Simeonis.*	*Levi.*	*Judæ*	*Iſſachar.*	*Zabulon.*	*Danis.*	*Naphthal.*	*Gadi.*	*Aſher.*	*Joſeph*	*Benjam.*
213	128	53	50	48	45	43	42	44	43	43	42	40	28
214	129	54	51	49 *a*	46 *b*	44	43	45	44	44	43	41	29
215	130	55	52	50	47	45	44	46	45	45	44	42	30
216	131	56	53	51	48	46	45	47	46	46	45	43	31
217	132	57	54	52	49	47	46	48	47	47	46	44	32
218	133	58	55	53	50	48	47	49	48	48	47	45	33
219	134	59	56	54	51	49	48	50	49	49	48	46	34
220	135	60	57	55	52	50	49	51	50	50	49	47	35
221	136	61	58	56	53	51	50	52	51	51	50	48	36
222	137	62	59	57	54	52	51	53	52	52	51	49	37
223	138	63	60	58	55	53	52	54	53	53	52	50	38
224	139	64	61	59	56	54	53	55	54	54	53	51	39
225	140	65	62	60	57	55	54	56	55	55	54	52	40
226	141	66	63	61	58	56	55	57	56	56	55	53	41
227	142	67	64	62	59	57	56	58	57	57	56	54	42
228	143	68	65	63	60	58	57	59	58	58	57	55	43
229	144	69	66	64 *c*	61	59	58	60	59	59	58	56	44
230	145	70	67	65	62	60	59	61	60	60	59	57	45
231	146	71	68	66	63	61	60	62	61	61	60	58	46
232	147	72	69	67	64	62	61	63	62	62	61	59	47
233		73	70	68	65	63	62	64	63	63	62	60	48
234		74	71	69	66	64	63	65	64	64	63	61	49
235		75	72	70	67	65	64	66	65	65	64	62	50
236		76	73	71	68	66	65	67	66	66	65	63	51
237		77	74	72	69	67	66	68	67	67	66	64	52
238		78	75	73	70	68	67	69	68	68	67	65	53
239		79	76	74	71	69	68	70	69	69	68	66	54

a Deſcendit Levi in Ægyptum anno æt. XL. Levi 12. Sed deeſt numerus ſupra XL. Juda enim Levi junior annum tunc agebat XLVI. Jud. 12. Levi ergo ann. abſolverat XLIX. qui in annum Jacobi incurrebat CXXX. quô deſcenderunt in Ægyptum. Gen XLVII. 9.

b Judæ XLVI. deſcenſio in Ægyptum. Inde per annos LXXIII. vixit in Ægypto, Jud. 12.

c Levi anno LXIV. nata Jochabed. Et quidem in Ægypto. Lev. 11. Eodem die natus maritus ejus Amram, Lev. 12.

	Reubenis.	*Simeonis.*	*Levi.*	*Judæ*	*Issahar.*	*Zabulon.*	*Danis.*	*Naphthal.*	*Gadi.*	*Asher.*	*Joseph.*	*Benjam.*
240	80	77	75	72	70	69	71	70	70	69	67	55
241	81	78	76	73	71	70	92	71	71	70	68	56
242	82	79	77	74	72	71	73	72	72	71	69	57
243	83	80	78	75	73	72	74	73	73	72	70	58
244	84	81	79	76	74	73	75	74	74	73	71	59
245	85	82	80	77	75	74	76	75	75	74	72	60
246	86	83	81	78	76	75	77	76	76	75	73	61
247	87	84	82	79	77	76	78	77	77	76	74	62
248	88	85	83	80	78	77	79	78	78	77	75	63
249	89	86	84	81	79	78	80	79	79	78	76	64
250	90	87	85	82	80	79	81	80	80	79	77	65
251	91	88	86	83	81	80	82	81	81	80	78	66
252	92	89	87	84	82	81	83	82	82	81	79	67
253	93	90	88	85	83	82	84	83	83	82	80	68
254	94	91	89	86	84	83	85	84	84	83	81	69
255	95	92	90	87	85	84	86	85	85	84	82	70
256	96	93	91	88	86	85	87	86	86	85	83	71
257	97	94	92	89	87	86	88	87	87	86	84	72
258	98	95	93	90	88	87	89	88	88	87	85	73
259	99	96	94 [a]	91	89	88	90	89	89	88	86	74
260	100	97	95	92	90	89	91	90	90	89	87	75
261	101	98	96	93	91	90	92	91	91	90	88	76
262	102	99	97	94	92	91	93	92	92	91	89	77
263	103	100	98	95	93	92	94	93	93	92	90	78
264	104	101	99	96	94	93	95	94	94	93	91	79
265	105	102	100	97	95	94	96	95	95	94	92	80
266	106	103	101	98	96	95	97	96	96	95	93	81
267	107	104	102	99	97	96	98	97	97	96	94	82
268	108	105	103	100	98	97	99	98	98	97	95	83
269	108	106	104	101	99	98	100	99	99	98	96	84
270	110	107	105	102	100	99	101	100	100	99	97	85

[a] Levi anno XCIV. nupsit Jochabed Amramo Lev 12.

	Reubenis.	*Simeonis.*	*Levi.*	*Judæ*	*Issachar.*	*Zabulon.*	*Danis.*	*Naphthal.*	*Gadi.*	*Asher.*	*Joseph.*	*Benjam.*
271	111	108	106	103	101	100	102	101	101	100	98	86
272	112	109	107	104	102	101	103	102	102	101	99	87
273	113	110	108	105	103	102	104	103	103	102	100	88
274	114	111	109	106	104	103	105	104	104	103	101	89
275	115	112	110	107	105	104	106	105	105	104	102	90
276	116	113	111	108	106	105	107	106	106	105	103	91
277	117	114	112	109	107	106	108	107	107	106	104	92
278	118	115	113	110	108	107	109	108	108	107	105	93
279	119	116	114	111	109	108	110	109	109	108	106	94
280	120	117	115	112	110	109	111	110	110	109	107	95
281	121	118	116	113	111	110	112	111	111	110	108	96
282	122	119	117	114	112	111	113	112	112	111	109	97
283	123	120*a*	118	115	113	112	114*d*	113	113	112	110*b*	98
284	124		119	116	114	113	115	114	114	113		99
285	125		120	117	115	114*a*	116	115	115	114		100
286			121	118	116		117	116	116	115		101
287			122	119*e*	117		118	117	117	116		102
288			123		118		119	118	118	117		103
289			124		119		120	119	119	118		104
290			125		120		121	120	120	119		105
291			126		121		122	121	121	120		106
292			127		122*f*		123	122	122	121		107
293			128				124	123	123	122		108
294			129				125*g*	124	124	123		109

a Simeon mortuus ann. vit. CXX eodem, quo mortuus est Joseph. Sim. 1.8. Josephi ossa custodiebant Ægyptii, quo minus deportarentur in Hebron, cum sepeliretur Simeon. Sim. 1. Hinc etiam constat, eodem anno utrumque mortuum esse, pro hujus Auctoris rationibus.

b Anno Levi CXVIII. mortuus Josephus Lev. 12.

c Ruben mortuus anno vitæ CXXV. post duos annos à morte Josephi. Rub. 1.

d Zabulon mortuus an. CXIV. Lat. in Græco ἑκατοστῷ τεσσαρακοστῷ καὶ δεκάτῳ. Ineptè, pro ἑκατοστῷ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ. Vicissim rectius in Græco 2. annis post mortem Josephi, quàm in Latino 32. Zab. 1.

e Judas mortuus ann. CXIX. Jud. 12. 26. Post Rubenem. Rub. 1.

f Issachar mortuus anno ætat. CXXII. Issach 7.

g Dan mortuus anno ætatis CXXV. Dan. 1. Μετὰ ταῦτα ἀνήνεγκαν τὰ ὀστᾶ αὐτοῦ. Dan. 9.

Ab an 75. Abrahami.	*Levi.*	*Naphthal.*	*Gadi.*	*Asher.*	*Benjam*	*Ab an. 75. Abrahami.*	*Ab an 75. Abrahami.*
295	130	125	125 *a*	124	110	311	327
296	131	126		125	111	312	328
297	132	127		126 *b*	112	313	329
298	133	128			113	314	330
299	134	129			114	315	331
300	135	130 *c*			115	316	332
301	136				116	317	333
302	137 *d*				117	318	334
303					118	319	335
304					119	320	336
305					120	321	337
306					121	322	338
307					122	323	339
308					123	324	340 *f*
309					124	325	
310					125 *e*	326	

a Gad mortuus anno æt. CXXV. Gad. 1. vixit autem certe, pro nostri Auctoris rationibus, post Josephum. Monet enim ille moriens de Zelphâ matre, prope Ballam & Rachelem sepeliendâ, Zelphæ, ut videtur, filios, tam Gadum quàm Aserum. Imo etiam post Rubenem vixit. Utrumque enim alloquitur moribundus. Rub. 1

b Mortuus Aser anno vit CXXVI. Gr. As 1. Nec enim fidendum exemplari Roberti Lincoln. quà discrepat à Cod. Cantabrig. Certe post Josephum & Rubenem vixit, ut ex suprà dictis patet.

c Naphthalim mortuus anno CXXX Græc. CXXXII. Lat. Naphth. 1.

d Levi mortuus anno vitæ CXXXVII. Lev. 19. Exod. VI. 16. Adhuc posteri ejus tertiæ duntaxat generationis erant, Lev. 12. Nondum ergo nati liberi è conjugio Amrami cum Jochabed, pro hujus Auctoris hypothesibus. Ne quidem nata Miriam, quæ, cum nasceretur Moses, erat Adolescentula.

e Benjamin mortuus anno vitæ CXXV. Benj. 1. 12. Gr. Deest in Latinis Codicibus numerus postremus loco tantummodò priori.

f Anno Promissionis 340. Patriarcharum reliquias in Hebronem transtulerunt Israelitæ, præterquam Josephi: Pro hujus nimirum Auctoris rationibus. Moses natus est anno Promissionis 350. Nam annum egit 80. anno Promissionis 430 quo discessit ex Ægypto. Sic fuerit Amramus annorum 121. cum nasceretur Moses, pro hujus Auctoris rationibus. Alia omnia de Amramo Demetrius. Et profectò verisimiliora.

Situm

SItum Patriarcharum plerorumque ex anno emortuali Josephi elicuimus. Josephi autem natalem didicimus è natali Benjamini, & quo pacto fuerit cum Jacobi ætate, promissionisque adeo Abrahamo factæ æra committendus. Hæc invicem collata docent, quem situm Patriarchæ illi teneant in annis 430. à promissione illâ numerandis. Si minùs verè, at saltem pro hujus Auctoris hypothesibus. Desunt autem, fateor, in aliis Patriarchis notæ temporum accuratæ, & in harum defectu ratiociniis indulgendum est, quæ tamen è propriis ejusdem rationibus arcessenda sunt. Sic fuerit necessariò Issacharis natalis ad annum aliquem medium inter Judæ Zabulonisque natales referendus. Est autem obscurissimum, quid senserit noster de filiis ancillarum. Sic autem sunt collocandi, ut juniores fuerint Judâ, & Josephum tamen omnes ætate superârint. Nam post natum Judam Rachel ancillam marito dedit, suo tamen ipsi nomine parituram; cum scilicet Lia parere desiisset. Gen. XXIX. 35. Innuit profectò Liam uno saltem anno partum intermisisse. Itaque illo ipso anno, quem intermisit Lia, primum filium Rachel è Balâ susceperit, nempe Danem, & sequenti secundum Naphthalimum. Sic duos habuerit Rachel filios eo spatio quo unicum pepererit Lia Issacharem. Inde gloriatur victam à se in Puerperii luctâ illâ sororem. Mox tamen sororis exemplum æmulata Lia, ipsa quoque Zelpham ancillam marito collocavit; adeo ut ille primus Zelphæ filius Gadus in eundem cum Naphthalimo annum concurrerit, sic tamen, ut fuerit Naphthalimo paulo junior. Referentur ad sequentes annos Aser & Dina, quos Josepho majores fuisse docet Textus Geneseos. Nec ullus supererit hiatus inter Judam & Josephum. Sic annum egerit Dina, cum raperetur XIII. cum Levi frater ageret, pro nostri Auctoris mente, XX. Uno nimirum anno major ætate nubili, pro more Romanorum. Sic incidet mors Gadi in annum Promissionis CCXCV. Annum scilicet ante reliquiarum translationem XLV. Credidit enim Auctor, post mortem Josephi, reliquias Josephi, ne transferrentur in Hebronem, ab Ægyptiis fuisse custoditas, propter quoddam, quod comminiscitur, Oraculum: nec inde licuisse Patriarchas alios, qui post illum obierunt, in Hebrone sepelire. Sic legimus in Testamento Simeonis, c. 8. Patriarchas ergo illi superstites thecis reconditos fuisse ait, donec otium esset ab Ægyptiis, quò illos liceret in Hebronem deportare. Sic in Testamento Rubenis, cap. ult. *Et posuerunt eum in thecam, usquequò referentes eum ex Ægypto, sepelierunt in Hebron in spelunca duplici, ubi Patres ejus dormierunt.* Et in Symeone c. 8. *Et posuerunt eum in thecam lignorum, quæ non putrescunt, ut reducerent ossa ejus in Hebron.* In Levi c. ult. *Et posuerunt eum in thecam, & postea sepelierunt eum in Hebron* &c. Videmus hîc unam eandemque operam fuisse in plurium Patriarcharum funeribus procurandis. Itaque hinc intelligenda sunt aliorum Testamentorum loca, in quibus idem innuitur, sed obscuriùs. Tempus docemur in Testamento Benjamini, quo Patriarchas omnes, excepto Josepho, in Hebronem transtulerint Israelitæ: nempe annum fuisse ante exitum filiorum Israel ex Ægypto nonagesimum. Sic enim Codex uterque Græcus.

Græcus. Malè ergo Codices Latini qui unum præterea addunt annum. Est enim sane verisimillimum, Robertum Lincolniensem non alio usum esse Codice ad versionem suam concinnandam, quàm Cantabrigiensi, vel qui ei admodum similis fuerit. Sed vicissim è Latinis corrigenda Græca: καὶ ἐν τῷ ϛ ἔτει τοῦ ἐξόδου Legendum πρὸ τοῦ ἐξόδου. Annus ille ante Exodum nonagesimus, idem erat à Promissione Abrahamo factâ & quadragesimus. Tum ergo translatæ fuerint, si huic Auctori fides, Patriarcharum reliquiæ. Reversos enim è Canaan Israelitas habitâsse tradit in Ægypto, usque ad diem exitûs eorum. Ita Testamentum ejusdem Benjamini. Tum bello aliquo occupatis Ægyptiis, occasionem captâsse refert Israelitas, Patriarchas suos ad Hebronem transferendis, operâ tamen, ut vel ita Ægyptios laterent, clanculariâ. Ita Test. Simeonis loc. cit. *Et reduxerunt ea clam in bello Ægyptiorum.* Hunc annum cum anno à morte Gadi V. committit illius Testamentum. Sic enim habet: καὶ μετὰ πέντε ἔτη ἀνήγαγον αὐτὸν εἰς Χεβρών. Ita sentire ne quidem potuit Auctor. Sic enim natus fuisset post venditum Josephum, quem tamen noster facit Josepho insensissimum. Facilè inde constat, deesse numerum majorem. Rescribendum ergo: μετὰ τεσσαράκοντα πέντε, vel, μετὰ μ'. πέντε. Ita procedunt omnia, pro nostris calculis, rectissimè. Obierit enim Dan anno Promissionis 225. qui erat annus ante reliquiarum deportationem XLV. Inde situs ille, quem Gado assignavimus, mirificè confirmatur. Ita ergo sensit noster Auctor, si quid senserit sibi consentaneum. Non tamen proinde pro vero mox habendum est, quod verum ipse crediderit. Id potiùs colligerem, Chronologiam illam de his temporibus omnem, quæ sacro Textu non nititur, vel è ratiociniis hominum, vel fide malâ oriundam esse. Noster certè alia omnia sentit à Demetrio apud Eusebium lib. IX. de Præparat. Evangel. c. 21. Quod sane fieri vix potuit, si fuerint utrivis coæva, quæ nescimus, præter sacras literas monumenta. Hoc itaque operam dedimus, ut Auctori, qualescunque fuerint, suæ saltem constarent rationes; non autem, ut pro illis fide nostrâ juberemus. Erit autem ne quidem hoc inutile, ut intelligantur veteres, nostro tamen juniores, si qui forte venerandis Patriarcharum nominibus hallucinati illum secuti fuerint, etiam errantem. Est autem admodum receptus apud nuperos Chronologos error, errorumque aliorum fons, quòd ne quidem in veteribus satis accuratè distinguant Historica de rebus sibi exploratis Testimonia ab eorundem veterum conjecturis atque ratiociniis. Hæc enim si internoscerentur, non quælibet effata pro Historicis haberent Testimoniis. *Hucusque Clarissimus Dodwellus.*

Ad p. 305. l. 11. QUEMQUE S. POLYCARPUS PRÆCIPUE RESPICERE VIDETUR. Posset aliquis rem minùs attentè considerans objicere, non *Simonem* Magum, sed *Marcionem* hæreticum Polycarpo in Epistola ad Philippenses dictum fuisse πρωτότοκον τοῦ Σατανᾶ, *primogenitum Satanæ.* Ita quippe de Sancto hoc Martyre discipulus ejus S. Irenæus

S. Irenæus scripsit Lib. III. adversus hæreses cap. 3. Αὐτὸς δὲ ὁ Πολύκαρπος Μαρκίωνί ποτε εἰς ὄψιν αὐτῷ ἐλθόντι, καὶ φήσαντι, ἐπιγίνωσκε ἡμᾶς, ἀπεκρίθη· ἐπιγινώσκω τὸν πρωτότοκον τοῦ Σατανᾶ. *Et ipse autem Polycarpus Marcioni aliquando occurrenti sibi, & dicenti, Cognosce nos, respondit: Cognosco* (*te*, ut addidit antiquus Interpres de suo, nisi σε in Græco Irenæi textu apud Eusebium Lib. IV. cap. 14. omissum potiùs dicere velis) *primogenitum Satanæ*. Quem igitur S. Martyr viva voce ita appellaverat, eundem & scriptis literis hoc nomine indigitasse, verosimillimum videri poterat. Neque tamen verum esse patet ex ratione temporis, quo hæc epistola Polycarpi ad Philippenses scripta est. Vivo enim adhuc, saltem ex opinione Polycarpi, S. Ignatio, reapse autem eodem anno, quo is Romam ad martyrium deductus erat, *i. e.* 108. aut 110. æræ Christianæ, exaratam esse, clausula ejus docet. At verò tunc Marcion nondum ab Ecclesia separatus erat, utpote qui primùm ob fractum castitatis votum, non ob hæresin, à proprio patre, pio Episcopo, excommunicatus, Romam venit anno 127. ac ibi demum sectam condere cœpit, atque *invaluit sub Aniceto, decimum locum Episcopatus* (Romæ) *continente*, ut iterum ab Irenæo Lib. III. cap. 4. memoriæ proditum est. Ex quibus conficitur, non Marcionem, sed ejus prædecessorem Simonem per πρωτότοκον Diaboli intelligendum esse.

Ad p. 312. lin. penult. DE HOC IN NOTIS DICAM. Spectant ista Theodosium Grammaticum Alexandrinum, quem dixi in MS. libro de Prosodia, Cod. 57. Barocc. duas sub S. Johannis nomine editas Apocalypses memorasse, genuinam alteram, alteram spuriam. Titulus hujus libri est: Ερωτήματα Θεοδοσίου Γραμματικοῦ Αλεξανδρέως περὶ προσῳδιῶν. Verba autem rem meam concernentia habentur cap. 6. quod inscriptum est: Κρίσις ποιημάτων· ὅ δή κάλλιστόν ἐστι πάντων τῶν ἐν τῇ τέχνῃ, ubi inter scripta S. Apostolorum nominibus supposita, ab eo refertur Αποκάλυψις ἡ λεγομένη τοῦ Θεολόγου, *Revelatio quæ dicitur esse Theologi*, i. e. S. Joannis. Ne autem Lector homonymiâ deceptus existimaret, ipsum de ea, quæ numerum sacrorum Librorum in Codice Bibliorum claudit, locutum esse, mox addit: Οὐ λέγομεν δὲ τὴν ἐν Πάτμῳ τῇ νήσῳ· μὴ γένοιτο. αὕτη γὰρ ἀληθεστάτη ἐστίν· ἀλλὰ τὴν ψευδώνυμον καὶ ἀλλότριον. *Non loquimur de illa* (Apocalypsi) *quam in insula Pathmo vidit, absit! ipsa enim est verissima; sed alienam & nomini ejus suppositam dicimus*. Ast parum hujus Auctoris testimonio vel judicio tribuendum mihi videtur. Quàm ignarus enim ille, vel infelix saltem in conjecturis fuerit, apparet ex eo, quod paulò ante de Apocalypsi S. Paulo Apostolo adscripta ait: Οὐ γάρ ἐστι τοῦ ἁγίου Παύλου, ἀλλ' ἑτέρου αἱρετικοῦ τοῦ Σαμοσατέως, ὅθεν οἱ Παυλικιανοὶ κατάγονται. *Non est sancti Pauli, sed alterius, Samosatensis scilicet hæretici; à quo Pauliciani deducuntur*. Quæ falsa esse ex supra dictis p. 83. seq. patet.

FINIS.

Imprimatur,

Guil. Paynter

VICE-CAN. *OXON.*

Decemb. 26. 1699.


Vol. 2

SPICILEGIUM
SS. PATRUM,
UT ET
HÆRETICORUM,
Seculi post Christum natum
I. II. & III.

Quorum vel integra monumenta, vel fragmenta, partim ex aliorum Patrum libris jam impressis collegit, & cum Codicibus Manuscriptis contulit, partim ex MSS. nunc primùm edidit, ac singula tam Præfatione, quàm Notis subjunctis illustravit


JOANNES ERNESTUS GRABIUS.

SECULI II. TOMUS I.



OXONIÆ

E THEATRO SHELDONIANO, M. DC. XCIX.



REVERENDO VIRO

Henrico Aldrich,

S. T. P.

ÆDIS CHRISTI DECANO

SUMME VENERABILI

S. P. D.

JOANNES ERNESTUS GRABIUS.

CUjus Spicilegii primitias Florentissimæ Universitati Oxoniensi elapso anno dedicavi, ejus alterum fasciculum Tibi, PATRONE VENERANDE, *qui inter præcipua laudatæ Academiæ capita tam honore & dignitate, quàm virtute & eruditione longe emines, modò offerre præsumo. Nemo enim seriò magis hujus mei operis continuationem suasit, nemo liberaliùs promovit, quam Tu, qui haud exiguam magnorum sum-*

ſumtuum, quos editio librorum jam requirit, partem in Te ſuſcepiſti. Quo ipſo & ſingularem Tuum erga literas favorem, & inuſitatam ergà literatos munificentiam luculente demonſtras, nullo magis quàm noſtro ſeculo deprædicandam. Rari quippe nunc ſunt ſtudiorum fautores, qui ſerena fronte literis adblandiantur; rariores ferreis hiſce temporibus Mæcenates, qui aurum liberalibus artibus liberaliter impendere velint: rariſſimi Eccleſiaſticæ antiquitatis Patroni, qui vel ore vel opere ejus ſtudium promoveant: ſiquidem in iſtam infelices reſervati ſumus ætatem, quâ novitatibus nihil antiquius habetur. Quàm procul verò Tu à dura iſta temporum noſtrorum iniquitate ſis remotus, præclara tua in rem literariam merita ſatis oſtendunt: quæ prolixis encomiis proſequi, mihi quidem jucundum, Tibi autem moleſtum foret. Bene enim novi, Te à vanagloria omnino abhorrere, ac parum abeſſe, quin cum Sanctiſſimo illo, qui chorum in hoc libello ducit, Ignatio dicas: Qui laudant me,

me, flagellant me. *Abſtineo igitur ab iſtis, quas juſtè mereris, laudibus; id unicum tamen, quod editionem hujus opuſculi acceleravit, tacere nequeo; nullum ſcilicet annum abire, quo non ad ſpecimen aliquod literarium è Theatro Sheldoniano excudendum pecuniam liberaliter erogas, magnamque exemplarium copiam inter præclaros Viros & eruditos Juvenes, Collegii Tui Alumnos diſtribuis. Atqui hanc gratiam dum mihi meoque libello, iterum hoc anno exhibuiſti, eum quaſi jure quodam Tibi vendicaſti, adeò ut non modò adverſus hoc beneficium ingratus, ſed & plane iniquus forem, ſi quod Tuum eſt, alteri cuipiam dedicarem. Æquiſſimum verò, ne dicam neceſſarium videtur, ut iſte, quem aliis dono dare conſtituiſti, libellus Tibi omnium primo offerretur.*

Accipe igitur, Vir Reverende, *ſtrenæ loco munuſculum hoc levidenſe: atque ſi id tibi vel nimis vile, vel nimis tenue videatur, has ſimul excuſationes accipe. Eſt pars Spicilegii Scriptorum*

Eccle-

Ecclesiasticorum Seculi à Christo nato Secundi, quam manibus Tuis insinuo; cujus vel nomen ipsum indicio est, non ex optimis id contextum esse manipulis. Neque enim quæ post indefessos meßorum labores in agro relinquuntur spicæ, optimæ eße solent. Quod verò haud amplior sit præsens Spicilegii fasciculus, nec omnes Seculi secundi Scriptores complectatur, angustiæ temporis mihi præfiniti adscribes: intra quod plura jam pridem quidem collecta, in justum tamen ordinem redigere, debito modo componere, & eâ, qua par est, accuratione edere haud licuit. Ut taceam, unam tantùm quasi manum huic operæ intentam fuiße, alterâ altero occupatâ opere, expoliendâ scilicet & adornandâ novâ S. Irenæi *editione; cujus cum Tute ipse præ aliis auctor mihi fueris, & facilius hanc meam excusationem admittes, & exile hoc munusculum benevole acceptare haud dedignaberis.*

Cæterùm cum strenæ non sine votis offerri soleant, votum quoque meum,

VIR

VIR REVERENDE, *accipe. Deus qui ſe peregrinos amare ſæpe ſolemniter teſtatus eſt, ac proinde non poteſt non iis, qui ad exemplum & mandatum ejus peregrinis favent, delectari; is nunquam non memor ſit tui, quo me in his terris advenam complexus es, amoris & favoris, ac omne mihi exhibitum beneficium Divinâ gratiâ, & cœleſtibus bonis largiter renumeretur. Sint tibi proſpera anni hujus auſpicia; ſit totius anni curſus inoffenſus, fauſtus, lætus, ac ſi ita dicere fas ſit,* JUBILÆUS.

Liceat verò mihi, FAUTOR VENERANDE, *Votis pro Tua incolumitate fuſis, & alia pro iſtius, cui præſides Ædis, ut & Univerſitatis, proſperitate addere. Et quidni liceat, cum illius ſalutem Tuam propriam exiſtimes, imo Tuis ſæpe commodis anteponas? Floreant igitur Athenæ Britannicæ, deliciæ meæ; floreat, inquam, Academia Oxonienſis, quam ſalutaſſe haud exiguam terrenæ felicitatis meæ partem duco. Firma hîc ſtet Ædes Chriſti, ac omne*

quod Chriſti nomine dignum eſt, perpetuo in ea agatur. Inviolata maneant cuncta Collegia & Aulæ: & in omnibus ac ſingulis vera religio, Chriſtiana pietas, bona denique literatura magis magiſque efflореſcat. Nunquam accidat, ut impia manus ſub prætextu abuſuum deſtruat, quod piæ manus bonum in uſum fundaverunt. Recipiat alma hæc mater novum cum novo, quod inſtat, ſeculo vigorem; nec priùs deficiat, quàm Oxonium ipſum, & omnis ſeculorum ordo defecerit.

Scripſi Oxonii, in Aula S. Edmundi, die feſto S. Thomæ Apoſtoli memoriæ ſacro, exeunte Anno Chriſti M. DC. XCIX.

PRÆFATIO
AD
LECTOREM.

QUIS ſcopus, quæ intentio operis mei ſit, ex Procœmio, quod primo hujus Spicilegii Tomo præmiſi, abunde noveris, LECTOR BENEVOLE. Nunc verò, miſſis omnibus ambagibus, quos præcipuè libros ad invenienda antiquiſſimorum Scriptorum Eccleſiaſticorum fragmenta evolverim, breviter dicam; ne,ſi pauciora & minora exſpectatione tua inveneris, meæ id adſcribas negligentiæ. Atque ut omnes priſcos pariter ac recentiores Scriptores, in quibus hinc inde antiquiſſimorum Monumentorum allegatio occurrit, ſilentio tranſeam; perlegi *Maximi* ſententiarum, *Joannis Damaſceni* Parallelorum & *Antonii Meliſſæ* Volumina, aliaque ejuſmodi è Scriptis Primævorum Patrum contexta: evolvi plures *Patrum Catenas*, quæ vulgò vocantur, tam excuſas, quàm Manuſcriptas, quæ in Bibliotheca Bodleiana magno numero habentur, bene attendens atque notans ea, quæ ad inſtitutum meum pertinerent. Ac patres quidem quarti Seculi ſæpiſſime citatos reperi, adeo ut ſi in iſtam ætatem opus meum procederet, non hinc Spicilegium. ſed larga meſſis foret inſtruenda. Rariùs autem Seculi tertii,

 rariſſimè

rariſſimè, ſecundi Scriptores inveni allegatos, eos præſertim qui hoc faſciculo continentur. Ne autem me fruſtra hæc dicere arbitreris, ecce dabo Indicem Patrum, qui in præcipuis Bibliothecæ Bodleianæ Catenis reperiuntur, non ingratum tibi futurum, quoniam in impreſſo Manuſcriptorum Angliæ Codicum eum haud reperias.

Extat Cod. 154. Barocc. Catena in Pſalmos, in qua Auctores occurrunt ſequentes: *Aſterius*, *Baſilius*, *Cyrillus*, *Didymus*, *Euſebius*, *Gregorius Nazianzenus*, *Origenes*, *Severus*, *Symmachus*, *Theodoretus*, *Theodotion*. Cod. 176. Catena in Job: *Anonymus*, *Apollinarius*, *Aquila*, *Athanaſius*, *Baſilius*, *Cyrillus*, *Didymus*, *Dionyſius Alexandrinus*, *Ephraim Syrus*, *Euſebius*, *Evagrius*, *Gregorius Nazianzenus*, *Gregorius Nyſſenus*, *Joannes Chryſoſtomus*, *Iſidorus*, *Julianus*, *Methodius*, *Nicetas*, *Nilus*, *Olympiodorus*, *Origenes*, *Polychronius*, *Severus*, *Theodotion*, *Theophilus Alexandrinus*. Cod. 178. itidem Catena in Job plures ex his habet, & præter illos, *Clementem Alexandrinum* ac *Severianum*. Cod. 195. & 201. iterum Catenæ in Jobum ex plurimis ante recenſitis Patribus ſunt compoſitæ, ſed præter iſtos nullum habent. Cod. 223. Catena in Pſalmos & varia Cantica: *Aquila*, *Aſterius*, *Athanaſius*, *Baſilius*, *Cyrillus*, *Didymus*, *Diodorus*, *Euſebius*, *Georgius*, *Gregorius Nazianzenus*, *Gregorius Nyſſenus*, *Heſychius*, *Hypatius*, *Joannes Chryſoſtomus*, *Joannes Damaſcenus*, *Juſtinus Martyr*, *Origenes*, *Symmachus*, *Theodoretus*, *Theodotion*. Cod. 232. in Proverbia: *Anonymus*, *Apollinarius*, *Apollonius*, *Baſilius*, *Didymus*, *Diodorus*,

Diodorus, *Epiphanius*, *Evagrius*, *Eusebius*, *Eustathius Antiochenus*, *Georgius*, *Hippolytus*, *Joannes Chrysostomus*, *Julius*, (an *Julianus*) *Olympiodorus*, *Origenes*, *Polychronius*. Cod. 235. Barocc. Catena in primam Psalmorum quinquagenam: *Asterius*, *Basilius*, *Didymus*, *Epiphanius*, *Eusebius*, *Gregorius Nazianzenus*, *Origenes*, *Theodoretus*. Cod. Laud C. 190. Catena in Job: *Alexander*, *Apollinarius*, *Athanasius*, *Basilius*, *Clemens Alexandrinus*, *Cyrillus*, *Didymus*, *Dionysius Areopagita*, *Ephraim Syrus*, *Evagrius*, *Eusebius Cæsariensis*, *Gregorius Nazianzenus*, *Joannes Chrysostomus*, *Isidorus*, *Julianus Halicarnasseus*, *Julius*, *Methodius*, *Nilus*, *Olympiodorus*, *Origenes*, *Polychronius*, *Severianus*, *Severus*, *Theophilus Alexandrinus*. Cod. Laud. K. 96. in Psalmos: *Asterius*, *Basilius*, *Cyrillus*, *Epiphanius*, *Eusebius Cæsariensis*, *Gregorius Nazianzenus*, *Origenes*, *Theodoretus*. Ibidem Catena in Job, de quâ satis dictum. Ibidem Catena in Proverbia: *Apollinarius*, *Basilius*, *Didymus*, *Epiphanius*, *Evagrius*, *Eusebius Cæsariensis*, *Eustathius Antiochenus*, *Gregorius Nazianzenus*, *Hippolytus*, *Joannes Chrysostomus*, *Olympiodorus*, *Origenes*, *Polychronius*. Ibidem Catena in Ecclesiasten: *Basilius*, *Didymus*, *Gregorius Nyssenus*, *Joannes Chrysostomus*, *Polychronius*. Ibidem Catena in Canticum Canticorum: *Basilius*, *Evagrius*, *Gregorius Nyssenus*. Inter Manuscriptos, qui sub nomine Thomæ Bodleii stant Codices E. 6. 19. est Catena in partem Psalterii à Psalmo 67. usque ad 102. inclusivè juxta computationem Græcorum, ex *Apollinario*, *Athanasio*, *Cyrillo*, *Didymo*, *Diodoro*, *Eusebio*, *Hesychio*, *Severo*, *Theodoro*, *Theodoreto*.

In

In Archivo B. 72. Catena in Ecclesiasten: *Basilius*, *Didymus*, *Eustathius Antiochenus*, *Gregorius Nyssenus*, *Joannes Chrysostomus*, *Olympiodorus*, *Polychronius*. Ibidem Catena in Cantica Canticorum: *Evagrius*, *Joannes Chrysostomus*, *Polychronius*. Sed plenior est Catena in Canticum Canticorum Archivo B. 35. eadem cum edita per Meursium, contexta ex *Athanasio*, *Didymo*, *Eusebio Pamphili*, *Gregorio Nysseno*, *Origene*, *Philone*, *Theophilo*, quem Antiochenum esse suspicatus, ei unicum quod ibi extat fragmentum in fine hujus Tomi adscripsi; meliora tamen edoceri paratus. Mitto reliquas Catenas, nec non Macarii Chrysocephali sermones; eam solùm memoro quæ est in Epistola ad Romanos, usque ad c. 9. in Hyperoo Bodleiano Cod. 208. in qua allegantur *Acacius*, *Anonymus*, *Apollinarius*, *Cyrillus*, *Didymus*, *Diodorus*, *Eusebius*, *Gennadius*, *Isidorus*, *Origenes*, *Photius*, *Severianus*, *Theodorus*, *Theodoretus*, *Theophylactus*. De Florilegiis verò Patrum in Bibliothecâ Bodleianâ, nec non MSS. Collegiorum Codicibus quos perlustravi, in Præfatione proximi Voluminis dicam.

Nihil verò aliud sive S. Ignatii, sive Justini Martyris, aut aliûs cujuspiam, quem hic Tomus complectitur Scriptoris, in omnibus istis impressis & Manuscriptis Libris inveni, præter ea quæ hîc inserui; exceptis duobus Fragmentis Justini Martyris in Francisci Zephyri Catena Patrum in Deuteronomium, quæ in Adversariis mèis quidem notata, tamen nescio quomodo me fugerunt, quando Justini Opera perlegebam, ut non

non attenderim, utrum in iis reperiantur necne. Ubi verò proxime Juſtinum relegens ea non invenero, inter addenda iſtis ſuum aſſignabo locum. Eſt & inſigne aliquod dictum, quod S. Joannes Chryſoſtomus vel quiſquis eſt Auctor Sermonis περὶ τοῦ μὴ δεῖν ἀναθεματίζειν ζῶντας ἢ τεθνεῶτας. *Quod non deceat Anathema in viventes vel mortuos vibrare*, memorat Tom. VI. edit. Savil. pag. 441. Βούλεσθε μαθεῖν, οἷά τις ἐφθέγξατο ἅγιός τις πρὸ τῆς (lege πρώτης) τῆς διαδοχῆς τῶν ἀποστόλων γενόμενος, ὃς καὶ μαρτυρίου ἠξίωτο; δεινὺς τοῦτο τοῦ λόγου τὸ φορτικὸν, τοιούτῳ ἐχρήσατο ὑποδείγματι· ὃν τρόπον ὁ περιθεὶς ἑαυτῷ ἁλουργίδα βασιλικὴν, ἰδιώτης τυγχάνων, αὐτός τε καὶ οἱ αὐτῷ συνεργήσαντες, ὡς τύραννοι ἀναιροῦνται· οὕτως, ἔφη, οἱ τῇ δεσποτικῇ ἀποφάσει χρησάμενοι καὶ ἀνάθεμα τῆς ἐκκλησίας ποιήσαντες ἄνθρωπον, εἰς παντελῆ ὄλεθρον ἀπάγουσιν ἑαυτοὺς, τὴν ἀξίαν τοῦ υἱοῦ ἀφαρπάζοντες. *Vultiſne diſcere, qualia ſanctus aliquis vir & proximus Apoſtolorum ſucceſſor, qui & martyrii gloriam adeptus eſt, hac de re dixerit? declaraturus nempe quam grave iſtud ſit crimen, tali utitur ſimilitudine: Quemadmodum qui Regia ſe induerit purpura, cum ſit plebeius, ipſe pariter ac facti complices velut tyrannici invaſores è medio tolluntur: ſic, inquit, qui Dominicam ſententiam illegitima uſurpatione prævertunt, & hominem ab Eccleſia proſcriptum atque damnatum pronunciant, in extremum ſemetipſos præcipites dant ruinam, dignitatem filii*, (quem Deus judicem conſtituit) *ſibi rapientes*. Quibus in verbis cum S. Chryſoſtomus nomen iſtius Apoſtolici viri & Martyris haud expreſſerit, laudatum ab eo dictum nulli certo Scriptori adſcribere potui (licet S. Ignatium ab

ab eo indigitatum fuiſſe ſuſpicer) ac proinde neceſſarium duxi, benevolo Lectori iſtud hoc loco communicare.

Anguſtia temporis haud patitur me jam plura præfari. Non tamen omnino tacendi ſunt Fautores, qui mihi benignam hoc in opere porrexere manum. Inter quos principem nomino perilluſtrem Dominum Ezechielem Spanhemium, Sereniſſimi Electoris Brandeburgici Conſiliarium intimum, nunc ad Aulam Regis Galliæ Legatum, qui omnia ex Damaſceni Parallelis, in hoc Spicilegii Tomo Græcè jam primùm edita, per eum, qui à Sacris ejus eſt, Virum reverendum Henricum Auguſtum Steinbergium, ex MS. Codice Bibliothecæ Collegii Claromontani, annuente benevole ejuſdem Præfecto R. P. Harduino, in uſum meum deſcripta huc mihi traſmiſit: quo nomine debitas utrique grates publicè perſolvo. Hîc Oxonii, unus inſtar omnium mihi fuit Director hujus Operis doctiſſimus D. Joannes Millius, S. T. P. & Aulæ S. Edmundi, in qua vivo, Principalis: qui quantum meos in hoc opere conatus promoverit jam in primi Voluminis Præfatione àliquantum dixi, & proxima occaſione dicam uberiùs. Jam te benevole Lector dimitto, ut ad ipſum librum, ſi placet, legendum pergas. Vale interim, & meliora à me procedente tempore expecta.

Hoc

Hoc Volumine II. continentur.

De

* *ontio*

S. IGNATIUS MARTYR.

QUæ de S. Ignatio in monumentis Veterum memoriæ prodita sunt, ea omnia fere post Halloixium in Vitis Illustrium Orientalis Ecclesiæ Scriptorum Tom. I. adeò diligenter collegit, eruditè digessit, ac debito cum judicio recensuit doctissimus D. Guilielmus Cave in Vitis Patrum Apostolicorum, Anglicano idiomate scriptis, ut vix ullum Spicilegio locum reliquerit. De patria solum B. Martyris addere placet observationem Wilh. Ernesti Tentzelii, quam ei suppeditarunt verba Gregorii Abulpharagii, in Dynastiarumhistoria Dynast. VII. p. 119. memorantis رمي للسباع فافترسته ايغناطيوس النوراني اسقف انطاكية i. e. interprete Clariss. Pocockio, *Ignatium Nuraniensem, Episcopum Antiochenum, qui ad Leones conjectus, ab iis discerptus est.* Ex quibus vir eruditus Exercitationum selectarum Part. I. Exercit. III. §. 1. collegit, Ignatium oriundum fuisse urbe Sardiniæ *Nora*, quam Cluverius cap. 1. Sardiniæ antiquæ *Nuram* in Antonini aliisque Itinerariis appellari notavit: siquidem Arabum mos ferat, celebrium virorum patriam nomini eorum adjungere. Dubitans hac de re, nec sine ratione, consului rerum Arabicarum, maximè Geographicarum peritissimum, ac illarum in hac Academia Professorem dignissimum D. Thomam Hydium, qui mihi respondit, juxta Arabicam flexionem quidem Ignatium non نوراني *Nuraniensem*, sed نوري *Nuriensem* appellandum fuisse, si à Nura patria hoc ei cognomen hæsisset: verùm cum in Græca lingua à Νῶρα dicatur Νωρανός, ut apud Stephanum de urbibus fol. 502. legitur, omnino ita fieri potuisse dixit, prout Tentzelius conjectavit, ut nimirum Græca

terminatio in Arabicam transiret. Addidit D. Heydius, forte ex patria *Nora* sive *Nura* natum quoque Latinum nomen *Ignatii*, parente Judæo apud Sardos proseminati, quia *Nûr* sive *Nûra* Chaldaicè *Ignem* significat.

Notissimum insuper est B. Martyris Ignatii cognomen, quo *Theophorus*, & à semetipso in Epistolis, & ab aliis appellatus est: quod D. Cave loco citato dupliciter explicat, ac ubi & θεοφόρον i. e. *hominem, qui Deum in pectore gestat*, & θεόφορον i. e. *hominem à Deo gestatum*, scribi notaverat, ex posteriori ortam conjicit traditionem, qua Ignatius puer iste, à Servatore in ulnas susceptus, fuisse à recentioribus Græcis fertur; quibus antiquioris Græci Patris, S. Joannis Chrysostomi, auctoritatem meritò opponit. Confer de hoc titulo, & hinc deducta fabula prolixè & doctissimè differentem Pearsonium Vindic. Epist. Ignat. Part. II. cap. 12. Id solum addo, alteri quoque commento, non quidem Græcorum, sed Latinorum recentiorum, occasionem dedisse priorem, eamque genuinam, cognominis θεοφόρου notionem. Ita quippe de S. Ignatio scribit Vincentius Præsul Belluacensis Lib. X. speculi Historialis c. 7. *Hujus cor cum minutatim divisum esset, nomen Domini Jesu Christi literis aureis inscriptum, (ut legitur) in singulis partbus inventum est. Dixerat enim se habere Christum in corde.* Ubi hoc legerit, non indicat: neque ullum ipso antiquiorem Scriptorem novi, à quo tale quid memoriæ proditum sit. Quin contrarium ex Actis infrà recitandis §. v. colligitur: quibus procul dubio usus Evagrius Lib. I. Hist. Eccles. cap. 16. scripsit de Ignatio: ὡς ἐβούλετο, τάφος τὰς τῶν θηρίων ἐσχηκὼς γαστέρας ἐν τῷ τῆς Ῥώμης ἀμφιθεάτρῳ. *Sicut optaverat, ferarum ventres in amphitheatro urbis Romæ pro tumulo habuit.* Et mox, ὑπολειφθέντων ἁδροτέρων ὀστῶν, ἃ πρὸς τὴν Ἀντιόχου ἀπεκομίσθη, *Relictis robustioribus ossibus, quæ Antiochiam deportata sunt.* Similiter Simeon Metaphrastes in Martyrio Ignatii §. XXIII. ait: *Dimissi leones eum statim dilacerarunt ac devorarunt, à solis durioribus illius ossibus abstinentes: viro revera impletis votis, ut bestiæ fierent ei sepulchrum, & nihil reliquum esset corporis,*

corporis, καὶ μηδὲν ὑπολειφθῆναι τοῦ σώματος, uti Græca à Coteleio edita sonant. Cum quibus consonant alia Græca inedita Cod. MS. Laud C.93. hunc in modum : Καὶ ταῦτα αὐτοῦ εἰπόντος, ἔδραμον ἐπ' αὐτὸν οἱ λέοντες, καὶ ἐξ ἑκατέρων μηρῶν σπαράξαντες, κατέδοντο αὐτοῦ, ὡς παραυτὰ τοῦ ἁγίου μάρτυρος Ἰγνατίου πληρωθῆναι τὴν εὐχὴν καὶ τὴν ἐπιθυμίαν κατὰ τὸ γεγραμμένον, &c. ut infra §. v. *Et hæc cum diceret Ignatius, incurrerunt in eum leones, & ex utroque latere dilaniantes, eum devorarunt, ita ut continuo expletum fuerit S. Martyris votum & desiderium, secundum quod scriptum est: Desiderium justi acceptabile.* Corrupit verò hæc Latinus auctor Actorum à Bollando Tom. I. Februarii editorum, ubi §. XVIII. ista legimus, prout in MSS. Codicibus Bibliothecæ Bodleianæ infra nominandis quoque extant: *Et hæc illo dicente, accurrerunt ad eum duo leones, & ex utraque parte super eum incidentes præfocaverunt tantummodo, & non tetigerunt carnes ejus.* Quæ Græcis è diametro adversa sunt, cùm tamen paulò antecedentia & consequentia in his Latinis cum antedictis Græcis exactè conveniant. Et suspicor quidem causam hujus fraudis fuisse varias, quæ hinc inde ostenduntur S. Martyris Ignatii reliquias, sicut & hodienum Romæ in domo professa Societatis Jesu asservatur, ac quotannis Kalendis Februarii publico cultui exponitur, Ignatii caput in herma argentea sive statua, quæ superiorem corporis partem pectore tenus exhibet. Sed opportunè accidit, quod asservata prostent fide digniora monumenta, quibus omnia ista, & integri capitis, & illæsi corporis, & cordis aureis literis insigniti, figmenta retundi possunt.

Missis igitur hisce recentiorum fabulis, (quibus refutandis si diutiùs immorarer, & mea opera, & Lectoris patientia abuterer) progredior ad Acta antiquiora S. Ignatii, quæ quondam Latinè edidit optimè de B. Martyre ejusque epistolis meritus doctissimus Usserius; non ita pridem verò anno 1689. ex MS. Cod. 460. Bibliothecæ Colbertinæ Græcè unà cum nova Latinâ versione in *Appendice ad Acta primorum Martyrum sincera atque selecta*,

pag. 696. ſeq. Pariſiis evulgavit Theodericus Ruinartus, Presbyter è Congregatione S. Mauri, quæ de pluribus S. Patribus hoc tempore, edendis eorum operibus, egregiè meretur. Scio Dallæum, ut ipſius S. Martyris ſcripta, ita & Acta ejuſdem pro ſuppoſititiis habuiſſe; ſed ſicut illorum, ita horum quoque defenſionem ſuſcepit doctiſſimus Pearſonius Part. II. Vindic. Epiſt. S. Ignatii cap. 12. ubi poſtquam ad objectionem à voce Κακοδαίμων petitam pleniſſimè reſpondit, ita concludit: *Fruantur igitur eâ antiquitatis opinione, quam iis Uſſerius, Antiquitatum optimus Judex, conciliavit.* Fruantur, & ego inquam, excepta ultima parte, quam à recentiori manu aſſutam eſſe, infrà ad calcem iſtorum Actorum probabo, ubi hæc Græco-Latina ex laudata Ruinarti editione recenſuero. Cum enim ejus exemplaria hîc in Anglia & aliis pluribus extra Galliam locis ſint rariſſima, nec exinde Acta illa in noviſſima Ignatii cæterorumque Patrum Apoſtolicorum editione ſint recuſa; huic Spicilegio ea inſerere mihi ac amicis neceſſarium viſum fuit, præſertim quod uno alteroque in loco tam Græcus textus, quàm Latina verſio, emendatione egeat, quodque collatio inter hactenus vulgatam epiſtolæ ad Romanos editionem, de qua poſtea dicam, & hanc novam Actis antiquis inſertam fuerit inſtituenda, variæque lectiones notandæ: quam operam idcirco in me ſuſcepi. Eſt & alia Actorum, ſive potius Paſſionum, S. Ignatii hiſtoria, Græcè manuſcripta in Bibliotheca Bodleiana Laud C. 93. cujus initium deſcripſit Uſſerius in Præfatione ad Martyrium Ignatii; totam autem deſcribere noluit, quia illius Auctor recentior, ut ibidem ait, *poeticâ planè fide longos ſermones inter Imperatorem & Ignatium Romæ interceſſiſſe, & varia tormentorum genera ante extremum ſupplicium pertuliſſe Martyrem commentus eſt: quum cruciatuum illorum neque antiqua Acta, neque ipſe Metaphraſtes mentionem ullam fecerit; & poſt Parthicam expeditionem Trajanum nunquam Romam rediiſſe, ideoque rebus iſtis intereſſe omnino non potuiſſe, Romana nos doceat hiſtoria.* Latina verò Acta S. Ignatii,

Ignatii, quæ in laudata Bibliotheca Cod. Laud L. 23. ut & præcedente Cod. 21. fol. 61. ſeqq extant, & à Bollando ad d. I. Februarii excuſa ſunt, paucis exceptis, conveniunt cum antiquioribus Actis, quæ inferiùs recenſere promiſi, ideoque hæc ad notitiam eorum præmittere volui.

Ipſas S. Martyris epiſtolas quod attinet, ſi de his plura dicerem, eaſque genuinas probarem, aut adverſariorum argumenta diſſolverem, tædium certè crearem omnibus Eccleſiaſticæ antiquitatis peritis, doctis præſertim in Anglia viris, quorum vix ullus eſt, qui hac de re dubitet ampliùs. Cum enim ante aliquot luſtra Johannes Dallæus, vir ſtupendæ lectionis, in id operam abuſus eſſet ſuam, ut S. Ignatii epiſtolas ſpurias ac ducentis poſt S. Martyris mortem annis confictas eſſe prolixo probatum iret tractatu, alius haud minoris eruditionis & majoris judicii Vir, Johannes Pearſonius, tunc Presbyter, poſtea Epiſcopus Ceſtrienſis digniſſimus, prolixiori adhuc libro Vindicias Epiſtolarum S. Ignatii ſcripſit. *Cum enim*, ut dictarum Vindic. Part. I. cap. 6. ſcribit, *magna diligentia uſus ſit vir doctiſſimus*, (Dallæus) *ut nihil ageret*; *ego non minori mihi utendum putavi, ut eum nihil egiſſe omnibus appareat*. Et ſane id omnibus, quantum ego video, apparet, niſi præjudicio quodam præpeditis metuque, ne, ſi S. Martyris epiſtolas admittant, unà cum iis ſacrum Epiſcopalem ordinem, quem ſemel citra neceſſitatem temere abjecerunt, & adhuc recuſant, admittere teneantur, à S. Apoſtolis, & proinde ab ipſo Spiritu S. inſtitutum. Hunc enim Eccleſiaſticæ dignitatis apicem in omni Epiſtola laudat B. Martyr, huic omnes in Eccleſia ſubjectos eſſe vult, imo ſine hoc nequidem Eccleſiam dicendam autumat: ſine hoc nullam Euchariſtiam, quin nullum ſacramentum ratum, nullum cultum Deo placitum eſſe pronuntiat. Quicunq; igitur Epiſcopali, ac omni ſorte, ordine carent, eorum omnino intereſt, ut S. Ignatii epiſtolas impugnare haud deſiſtant. Atque hinc factum, ut Anonymus quidam, quem jam conſtat Matthæum de la Roque fuiſſe, Pearſonianas Vindicias ad examen revocare aggreſſus ſit. *Sed*, ut Johannes Clericus in

in Præfatione ad Lectorem, novissimæ epistolarum Ignatii editioni præmissâ, bene notat, *illarum rerum periti, utroque opere diligenter perlecto, negarunt eruditum illum virum ullâ ratione Pearsonii argumenta labefactasse.* Erat aliquando mihi animus, exceptiones Laroquani peculiari scripto discutere; verùm cum id partim à doctissimo Georgio Bullo in Defensione fidei Nicænæ Sect. III. c. I. §. X. seqq. partim à Nicolao le Nourry, Tomo I. Apparatus ad Bibliothecam Maximam Patrum aliisque factum vidissem, à proposito destiti.

Cæterum novam planè objectionem adversus S. Ignatii pariter ac aliorum Apostolicorum Patrum, Barnabæ, Clementis, Polycarpi, epistolas nuper motam repellere, haud abs re fuerit. *Si*, inquiunt quidam, *S. Ignatii ac reliquorum Apostolicorum virorum epistolæ à primis Christianis fuissent agnitæ, ac pro genuinis habitæ, eas procul dubio perinde ac Marci & Lucæ, Apostolicorum discipulorum, Evangelia Canoni librorum N. T. inseruissent. Atqui hoc cum non sit factum, dictæ epistolæ sane primævæ Ecclesiæ Christianæ, aut prorsus non visæ, aut ut spuriæ rejectæ esse videntur.* Respondeo, Apostolicæ Ecclesiæ visum fuisse, ut nihil in Catalogum Canonicorum librorum N. T. reciperetur, præterquam quod ab ipsorum S. Apostolorum strictè dictorum auctoritate promanarit, & eorum, vel manu scriptum, vel ore dictatum, vel oculis recognitum fuerit. Si enim quævis aliorum scripta admisisset, sacer Canon in nimiam excrevisset molem, nec ita certus fuisset: siquidem forte accidere potuerit, ut errores quidam scriptis aliquorum Apostolicorum discipulorum obrepserint, quod non omnibus tanta, quanta S. Apostolis, Spiritus Divini gratia à Christo promissa & data fuerit. Atqui S. Marci ac Lucæ Evangelia, ut & hujus Acta Apostolica, licet non ore Apostolico verbotenus dictata, tamen ex eorum prædicatione accepta, ac oculis illorum usurpata fuisse, probatu haud est difficile. Initio notandum quod memoriæ prodidit Eusebius Lib. III. Hist. Eccles. cap. XXIV. p. 95. edit. Valesii: *Postea verò* (post scriptum S. Matthæi Evangelium) *cum*

cum Marcus jam & Lucas Evangelia sua seorsim singuli edidissent, ajunt Johannem, qui hactenus nudâ voce verbum Domini prædicaverat, tandem ob hujusmodi causam ad scribendum se contulisse. Perlatis jam in omnium, ipsiusque adeo Johannis, notitiam supradictis tribus Evangeliis, approbavisse ea Johannes, & veritatem scriptorum suo testimonio confirmasse dicitur; solam verò narrationem earum rerum, quas Christus circa prædicationis initium gesserat, desiderasse. Post quæ Eusebius meritò addit: *Et vera est hæc traditio. Nam* ut idem pergit, *superiores quidem tres Evangelistas ea duntaxat, quæ post conjectum in vincula Johannem Baptistam unius anni curriculo à Servatore nostro gesta sunt, literis mandasse perspicuum est.* Id quod ipsis trium Evangelistarum verbis probat Eusebius, indeque subjicit: *His de causis aiunt Joannem ab amicis rogatum, & tempus ipsum, quod superiores Evangelistæ silentio prætermiserant, & res tunc à Servatore nostro gestas, eas videlicet, quæ Joannis Baptistæ carcerem præcesserant, in Evangelium conjecisse.* Atque hoc iterum ipsius S. Joannis verbis probare satagit, istis præsertim cap. III. v. 24. *Nondum enim missus fuerat Joannes in carcerem.* Nec minus quoad cætera unicuique Evangelium S. Joannis cum reliquis conferenti ad oculum patet, illud horum supplementum esse. Dum autem S. Joannes Apostolus ea in Evangelio tradidit, quæ in tribus desunt, hæc se vidisse ac approbasse perspicuè satis declaravit. Verum non modò Apostolica auctoritate probata erant Marci ac Lucæ Evangelia, sed ex viva præcipuorum Apostolorum, Petri & Pauli, prædicatione literis consignata. Ita quippe de utroque Evangelista scribit Irenæus Lib. III. adversus hæreses cap. I. *Marcus discipulus & interpres Petri, quæ à Petro annuntiata erant, perscripta nobis tradidit. Et Lucas autem sectator Pauli, quod ab illo prædicabatur Evangelium, in libro condidit.* Acceperat Irenæus hæc procul dubio, perinde ut alia, ex traditione seniorum, maximè Papiæ, ex cujus libris idem de Marco refert Euseb. Lib. II. Hist. Eccles. c. 15. & Lib. III. c. 39. Clementis Alexandrini quoque verba

verba loco priori, ut & Lib. VI. c. 14. hanc in rem allegans. Similiter Acta Apoſtolorum à Luca quidem ſcripta ſunt, ſed Petri & Pauli itinera & ſermones, quos partim ipſe ex eorum ore audiverat, exhibent. Aſt Ignatii pariter ac aliorum virorum Apoſtolicorum epiſtolæ, neque ab ipſis Apoſtolis dictatæ vel viſæ ſunt, neque horum, ſed illorum propria dicta referebant, adeo ut ſatis appareat, quare Marci & Lucæ, non autem Ignatii, ſcripta in Canonem ſint recepta, quodque horum ſuppoſitio exinde colligi nequeat.

Jam ſeptem genuinarum S. Ignatii epiſtolarum hiſtoriam, ordinem quo ſcriptæ ſunt, varias editiones, diverſa de iis eruditorum judicia, &c. recenſerem, niſi Uſſerius & Pearſonius aliique eorum ductu iſta egregie præſtitiſſent. De auctore tamen interpolationis genuinarum & ſuppoſitionis ſpuriarum Epiſtolarum, hujuſque occaſione aliqua in Notis * addam, & ſinceritatem inſuper Codicis Florentini adverſus objectiones Tentzelii defendam: ex quibus ſimul patebit, alias adhuc à Martyre literas exaratas quidem, ſed deperditas eſſe. Ad Antiochenos præcipuè eum ſcripſiſſe, nullus dubito: neque enim proprii gregis obliviſci poterat, qui alias Eccleſias literis cohortabatur, ac in fide confirmabat. Ex genuina igitur ad Antiochenos epiſtola puto petitas à Damaſceno duas ſententias, p. 24. recitandas, cùm in ſpuria non extent. Cæterum ad finem præfationis properans, de epiſtola ad Romanos ſolùm tribus verbis moneo, eam ab Uſſerio & Voſſio in nullo MS. Codice Græcè ſinceram inventam, ſed ope antiquæ Latinæ verſionis ab interpolationibus defæcatam fuiſſe, donec eam antiquis Actis inſertam nuper Ruinartus edidit: cujus exemplar hîc exhibere, ac ut appareat, quàm parum Uſſerius in editione ſua aberrarit, diverſas ejus lectiones ad cujuſque paginæ oram annotare volui. Neque tamen diſſimulare poſſum, & iſtud non omnino ſincerum, ſed loca Scripturæ 2. Cor. IV. & Matth. XVI. aliaque aliqua addita videri, quæ à veteri verſione abſunt. De Didaſcalia Ignatio adſcripta, nihil habeo, quod dictis à Pearſonio Part. I. Vindic. cap. 4. addam. De ſuppoſitis autem B. Martyri ςίχοις quibuſdam dicam in Notis *.

Μαρτύρειον

Μαρτύριον τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Ἰγνατίου τοῦ Θεοφόρου.

Ἄρτι διαδεξαμένου τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν Τραϊανοῦ, Ἰγνάτιος ὁ τοῦ ἀποστόλου Ἰωάννου μαθητὴς, ἀνὴρ τὰ πάντα ἀποστολικὸς, καὶ ἐκυβέρνα τὴν ἐκκλησίαν Ἀντιοχέων ἐπιμελῶς, τοὺς πάλαι χειμῶνας μόλις παραγαγὼν τῶν πολλῶν ἐπὶ Δομετιανοῦ διωγμῶν, καθάπερ κυβερνήτης ἀγαθὸς τῷ οἴακι τῆς προσευχῆς καὶ τῆς νηστείας, καὶ τῇ συνεχείᾳ τῆς διδασκαλίας, τῷ τόνῳ * τῷ πνεύματι, πρὸς τὸν ζάλην τὴν ἀντικειμένην ἀντεῖχεν· δεδιὼς μή τινα τῶν ὀλιγοψύχων ἢ ἀκεραιοτέρων ἀποβάλῃ. τοιγαροῦν ηὐφραίνετο μὲν ἐπὶ τῷ τῆς ἐκκλησίας ἀσαλεύτῳ, λωφήσαντος πρὸς ὀλίγον τοῦ διωγμοῦ· ἤχαλλεν δὲ καθ' ἑαυτὸν ὡς μήπω τῆς ὄντως εἰς Χριστὸν ἀγάπης ἐφαψάμενος, μηδὲ τῆς τελείας τοῦ μαθητοῦ τάξεως. ἐνόει γὰρ τὴν διὰ μαρτυρίου γινομένην ὁμολογίαν πλεῖον αὐτὸν προσοικειοῦσαι τῷ κυρίῳ· ὅθεν ἔτεσιν ὀλίγοις ἔτι παραμένων τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ λύχνου δίκην θείου τὴν ἑκάστου φωτίζων διάνοιαν διὰ τῆς τῶν θείων γραφῶν ἐξηγήσεως, ἐπετύγχανεν τῆς κατ' εὐχήν.

β'. Τραϊανοῦ γὰρ μετὰ ταῦτα, ἐννάτῳ ἔτει τῆς αὐτοῦ βασιλείας, ἐπαρθέντος ἐπὶ τῇ νίκῃ, τῇ κατὰ Σκυθῶν, καὶ Δακῶν, καὶ ἑτέρων πολλῶν ἐθνῶν, καὶ νομίσαντος ἔτι λείπειν αὐτῷ πρὸς πᾶσαν ὑποταγὴν τὸ τῶν

Martyrium Sancti & Sacri Martyris Ignatii Theophori.

Cum nuper Romanorum imperium excepisset Trajanus, Ignatius, Apostoli Joannis discipulus, vir erat in omnibus Apostolicus, summaque curâ Antiochenam Ecclesiam gubernabat, qui cum præteritas multarum Domitiani persecutionum procellas vix transiisset, tanquam gubernator bonus, clavo orationis & jejunii, docendi assiduitate, contentione spiritus, adversanti tempestati restitit, veritus, ne quem pusilli animi & simpliciorem illa dejiceret. Itaque delectabatur quidem Ecclesiæ tranquillitate, quiescente ad breve tempus persecutione; animo tamen perturbabatur; quod nondum veram erga Deum caritatem, neque perfectum discipuli ordinem esset assecutus. Siquidem secum cogitabat, confessionem, quæ fit per martyrium, ipsum Domino posse proximiorem reddere. Unde paucis annis in Ecclesia adhuc permanens, & divinæ instar lucernæ singulorum mentes sacrarum Scripturarum expositione illuminans, ea quæ optabat, tandem consecutus est.

II. Namque posthæc Trajano, nono sui imperii anno, insolescente ob victoriam, quam adversus Scythas, & Dacos, & alias multas gentes reportaverat, & existimante ad universam subjectionem sibi adhuc deesse religiosum

* Forte τοῦ πνεύματος, vel τοῦ πνευματικοῦ. *Sed interpres Cottonianus legit* πόνῳ.

Christianorum cœtum, atque comminante, nisi dæmonum cultum cum omnibus gentibus amplecterentur, persecutionem passuros; timor omnes pie viventes vel sacrificare, vel mori cogebat. Tunc igitur pro Antiochena Ecclesia pertimescens generosus Christi miles, sponte ductus est ad Trajanum, qui tunc temporis circum Antiochiam agebat, atque in Armeniam & ad Parthos properabat. Ut vero in conspectu Trajani Imperatoris adstitit: Quis es, inquit, ô cacodæmon, qui nostra mandata transgredi eniteris? Quin etiam aliis, ut idem agant, suades, quò nempe misere pereant. Ignatius dixit: Nemo Theophorum cacodæmonem appellat. Abscedunt enim dæmones à servis Dei. Si vero quod gravis illis sum, & me malum adversus dæmones, appellas: illud tecum fateor. Christum enim, qui cœlestis Rex est, habens, illorum insidias dissolvo. Trajanus dixit: & quis est Theophorus? Ignatius respondit: Qui Christum habet in pectore. Trajanus dixit: An igitur tibi videmur Deos in mente non habere, quibus etiam propugnatoribus adversus hostes utimur? Ignatius dixit: Gentium Dæmones Deos errans appellas. Unus enim est Deus, qui fecit cœlum & terram, & mare, & omnia, quæ in ipsis continentur, atque unus est Christus Jesus, filius Dei unigenitus, cujus Regno utinam potiar. Trajanus dixit: Illum dicis, qui

Χριστιανῶν θεοσεβὲς σύστημα· καὶ εἰ μὴ τὴν τῶν δαιμόνων ἕλοιτο λατρείαν μετὰ πάντων ὑπεισιέναι τῶν ἐθνῶν, διωγμὸν ὑπομένειν ἀπειλήσαντος, ὁ φόβος πάντας τοὺς εὐσεβῶς ζῶντας ἢ θύειν, ἢ τελευτᾶν κατηνάγκαζεν. τότε τοίνυν φοβηθεὶς ὑπὲρ τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας ὁ γενναῖος τοῦ Χριστοῦ στρατιώτης, ἑκουσίως ἤγετο πρὸς Τραϊανὸν, διάγοντα μὲν καθ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν κατὰ τὴν Αντιόχειαν, σπουδάζοντα δὲ ἐπὶ Αρμενίαν καὶ Πάρθους. ὡς δὲ κατὰ πρόσωπον ἔστη Τραϊανοῦ τοῦ βασιλέως· τίς εἶ, κακοδαῖμον, ἡμετέρας σπουδάζων διατάξεις ὑπερβαίνειν, μετὰ τὸ καὶ ἑτέρους ἀναπείθειν, ἵνα κακῶς ἀπολοῦνται. Ιγνάτιος εἶπεν· οὐδεὶς θεοφόρον ἀποκαλεῖ κακοδαίμονα· ἀφεστήκασι γὰρ ἀπὸ τῶν δούλων τοῦ θεοῦ τὰ δαιμόνια. εἰ δὲ ὅτι τούτοις ἐπαχθής εἰμι, καὶ κακόν με πρὸς δαίμονας ἀποκαλεῖς, συνομολογῶ. Χριστὸν γὰρ ἔχων ἐπουράνιον βασιλέα, τὰς τούτων καταλύω ἐπιβουλάς. Τραϊανὸς εἶπεν· καὶ τίς ἐστιν θεοφόρος; Ιγνάτιος ἀπεκρίνατο· ὁ Χριστὸν ἔχων ἐν στέρνοις. Τραϊανὸς εἶπεν· ἡμεῖς οὖν σοι δοκοῦμεν κατὰ νοῦν μὴ ἔχειν θεοὺς, οἷς καὶ χρώμεθα συμμάχοις πρὸς τοὺς πολεμίους; Ιγνάτιος εἶπεν· τὰ δαιμόνια τῶν ἐθνῶν θεοὺς προσαγορεύεις πλανώμενος· εἷς γάρ ἐστιν θεὸς, ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς· καὶ εἷς Χριστὸς Ιησοῦς, ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ ὁ μονογενὴς, οὗ τῆς βασιλείας ὀναίμην. Τραϊανὸς εἶπεν· τὸν σταυρωθέντα λέγεις

ἐπὶ

ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου; Ἰγνάτιος εἶπεν· τὸν ἀνασταυρώσαντα τὴν ἐμὴν ἁμαρτίαν μετὰ τοῦ ταύτης εὑρετοῦ, καὶ πᾶσαν καταδικάσαντα δαιμονικὴν πλάνην καὶ κακίαν ὑπὸ τοὺς πόδας τῶν αὐτὸν ἐν καρδίᾳ φορούντων. Τραϊανὸς εἶπεν· σὺ οὖν ἐν ἑαυτῷ φέρεις τὸν σταυρωθέντα; Ἰγνάτιος εἶπεν· ναί. γέγραπται γάρ· ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐμπεριπατήσω. Τραϊανὸς ἀπεφήνατο· Ἰγνάτιον προσετάξαμεν τὸν ἐν ἑαυτῷ λέγοντα περιφέρειν τὸν ἐσταυρωμένον, δέσμιον ὑπὸ στρατιωτῶν γενόμενον, ἄγεσθαι παρὰ τὴν μεγάλην Ῥώμην, βρῶμα γενησόμενον θηρίων εἰς τέρψιν τοῦ δήμου. ταύτης ὁ ἅγιος μάρτυς ἐπακούσας τῆς ἀποφάσεως, μετὰ χαρᾶς ἐβόησεν· εὐχαριστῶ σοι, δέσποτα, ὅτι με τελείᾳ τῇ πρὸς σὲ ἀγάπῃ τιμῆσαι κατηξίωσας, τῷ ἀποστόλῳ σου Παύλῳ δεσμοῖς συνδήσας σιδηροῖς. ταῦτα εἰπών, καὶ μεθ' εὐφροσύνης περιθέμενος τὰ δεσμά, ἐπευξάμενος πρότερον τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ ταύτην παραθέμενος μετὰ δακρύων τῷ κυρίῳ, ὥσπερ κριὸς ἐπίσημος, ἀγέλης καλῆς ἡγούμενος, ὑπὸ θηριώδους στρατιωτικῆς δεινότητος συνηρπάζετο, θηρίοις αἱμοβόροις ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἀπαχθησόμενος πρὸς βοράν.

γ'. Μετὰ πολλῆς τοίνυν προθυμίας καὶ χαρᾶς, ἐπιθυμίᾳ τοῦ πάθους κατελθὼν ἀπὸ Ἀντιοχείας εἰς τὴν Σελευκείαν, ἐκεῖθεν εἴχετο τοῦ πλοός. καὶ προσσχὼν μετὰ πολὺν κάματον τῇ Σμυρνέων πόλει, σὺν πολλῇ χαρᾷ καταβὰς τῆς νηός, ἔσπευδε τὸν ἅγιον

ſub Pontio Pilato crucifixus eſt? Ignatius dixit: Illum dico, qui meum peccatum cum ſuo inventore crucifixit, omnemque dæmonicum errorem & malitiam illorum pedibus ſua ſententia ſubjicit, qui ipſum in corde gerunt. Trajanus dixit: Tu ergo in teipſo crucifixum geris? Ignatius dixit: Etiam. Scriptum eſt enim: *Inhabitabo in ipſis & inambulabo.* Trajanus ſententiam pronuntiavit: Ignatium, qui in ſeipſo crucifixum ferre dicit, præcipimus vinctum à militibus duci in magnam Romam, cibum beſtiarum ad populi delectationem futurum. Qua ſententia audita, ſanctus Martyr cum gaudio exclamavit: Tibi gratias ago, Domine, quia me perfecta erga te caritate honorarare dignatus es, qui me cum Apoſtolo tuo Paulo ferreis vinculis vinciri permittis. His dictis, vinculiſque cum gaudio acceptis, poſtquam pro Eccleſia oraſſet, ac eam cum lachrymis Domino commendaſſet, velut inſignis aries, dux præclari gregis, à ferocibus & ſævis militibus raptus eſt, feris ſanguivoris in cibum Romam adducendus.

III. Itaque cum magna alacritate & gaudio, patiendi ardore Antiochiâ Seleuciam deſcendit. Inde navem conſcendit, multumque poſt laborem ad Smyrnam urbem applicuit, ubi cum lætitia è nave deſcendit, & ad videndum ſanctum

Polycarpum Smyrnæ Epiſcopum, ſuum condiſcipulum, properavit, (fuerant enim olim diſcipuli ſancti Johannis Apoſtoli.) Apud quem diverſatus, ſpiritualium chariſmatum ipſum participem fecit, ſuiſque vinculis gloriatus, illum hortabatur, ut ſe in ſuo propoſito adjuvaret. Et vero univerſam quidem Eccleſiam idem communiter orabat, (namque omnes Aſiæ urbes & Eccleſiæ per Epiſcopos, Presbyteros, & Diaconos ſanctum ſalutabant, cunctis ad ipſum feſtinantibus, ut aliquam partem ſpiritualis chariſmatis perciperent.) præcipue autem ſanctum Polycarpum, ut citius per feras è mundo ſublatus, in conſpectum Chriſti prodiret.

Atque hæc ita loquebatur, & ita conteſtabatur, ſuam in Chriſtum caritatem eouſque extendens, ut pulchra confeſſione & eorum fervore, qui pro ejus certamine ſimul Deum orabant, cœlum obtenturus eſſet, & Eccleſiis, quæ ipſi per ſuos præfectos occurrerant, mercedem rependeret, miſſis ad illas litteris gratias agens, quæ ſpiritalem cum oratione & exhortatione gratiam ſtillabant. Cum ergo omnes erga ſe benevole affectos cerneret, timens ne forte fraterna caritas ſuam ad Dominum ſuum feſtinationem exſcinderet, pulchrâ martyrii janua ipſi apertâ, quæ ad Eccleſiam Romanam ſcripſerit, ſubjecimus.

Πολύκαρπον τὸν Σμυρνέων ἐπίσκοπον, τὸν συνακροατὴν θεάσασθαι· (ἐγεγόνεισαν γὰρ πάλαι μαθηταὶ τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Ἰωάννου.) παρ' ᾧ καταχθεὶς, καὶ πνευματικῶν αὐτῷ κοινωνήσας χαρισμάτων, καὶ τοῖς δεσμοῖς ἐγκαυχώμενος, παρεκάλει συναθλεῖν τῇ αὐτοῦ προθέσει, μάλιστα μὲν κοινῇ πᾶσαν ἐκκλησίαν· (ἐδεξιοῦντο γὰρ τὸν ἅγιον διὰ τῶν ἐπισκόπων, καὶ πρεσβυτέρων, καὶ διακόνων, αἱ τῆς Ἀσίας πόλεις καὶ ἐκκλησίαι, πάντων ἐπειγομένων πρὸς αὐτὸν, εἴπως μέρος χαρίσματος λάβωσι πνευματικοῦ·) ἐξαιρέτως δὲ τὸν ἅγιον Πολύκαρπον, ἵνα διὰ τῶν θηείων θᾶττον ἀφανὴς τῷ κόσμῳ γενόμενος, ἐμφανισθῇ τῷ προσώπῳ τοῦ Χριστοῦ.

Καὶ ταῦτα οὕτως ἔλεγεν, καὶ οὕτως διεμαρτύρατο, τοσοῦτον ἐπεκτείνων τὴν πρὸς Χριστὸν ἀγάπην, ὡς οὐρανοῦ μέλλειν ἐπιλαμβάνεσθαι διὰ τῆς καλῆς ὁμολογίας καὶ τῆς τῶν συνευχομένων ὑπὲρ τῆς ἀθλήσεως σπουδῆς, ἀποδοῦναι δὲ τὸν μισθὸν ταῖς ἐκκλησίαις ταῖς ὑπαντησάσαις αὐτῷ διὰ τῶν ἡγουμένων, γραμμάτων εὐχαριστῶν ἐκπεμφθέντων πρὸς αὐτὰς, πνευματικὴν μετ' εὐχῆς καὶ παραινέσεως ἀποσταζόντων χάριν. τοιγαροῦν τοὺς πάντας ὁρῶν εὐνοϊκῶς διακειμένους περὶ αὐτὸν, φοβηθεὶς μή ποτε ἡ τῆς ἀδελφότητος στοργὴ τὴν πρὸς κύριον αὐτοῦ σπουδὴν ἐκκόψῃ, καλῆς ἀνεῳχθείσης αὐτῷ θύρας τοῦ μαρτυρείου, οἵα πρὸς τὴν ἐκκλησίαν ἐπιστέλλει Ῥωμαίων, ὑποτέτακται.

Ιγνα-

Ἰγνάτιος, ὁ καὶ Θεοφόρος,

Τῇ ἠλεημένῃ ἐν μεγαλειότητι [a] πατρὸς ὑψίστου" καὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ [b] μόνου υἱοῦ αὐτοῦ", ἐκκλησίᾳ ἠγαπημένῃ καὶ πεφωτισμένῃ ἐν θελήματι τοῦ θελήσαντος τὰ πάντα, ἅ ἐστιν κατὰ ἀγάπην Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν, ἥτις [c] καὶ" προκάθηται ἐν τόπῳ [d] χωρίου" Ῥωμαίων, ἀξιόθεος, ἀξιοπρεπής, ἀξιομακάριστος, ἀξιέπαινος, [e] ἀξιεπίτευκτος", [f] ἀξιόαγνος", καὶ προκαθημένη τῆς ἀγάπης, [g] χριστώνυμος", πατρώνυμος, ἣν καὶ ἀσπάζομαι ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ, [h] υἱοῦ" πατρός, [i] κατὰ" σάρκα καὶ πνεῦμα ἡνωμένοις [k] πάσῃ ἐντολῇ αὐτοῦ, πεπληρωμένοις χάριτος θεοῦ ἀδιακρίτως, καὶ ἀποδιϋλισμένοις ἀπὸ παντὸς ἀλλοτρίου χρώματος, πλεῖστα ἐν [l] Ἰησοῦ Χριστῷ τῷ θεῷ ἡμῶν ἀμώμως χαίρειν.

[m] Ἐπεὶ εὐξάμενος θεῷ" ἐπέτυχον ἰδεῖν ὑμῶν τὰ ἀξιόθεα πρόσωπα, ὡς καὶ πλέον ᾐτούμην λαβεῖν, δεδεμένος [n] ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἐλπίζω ὑμᾶς ἀσπάσασθαι, ἐάν περ θέλημα [o] τοῦ θεοῦ", ἦ τοῦ ἀξιωθῆναί με εἰς τέλος εἶναι. ἡ μὲν γὰρ ἀρχὴ εὐοικονόμητός ἐστιν, ἐάν περ χάριτος [p] ἐπιτύχω, εἰς τὸ τὸν κλῆρόν μου ἀνεμποδίστως ἀπολαβεῖν. Φοβοῦμαι γὰρ τὴν [q] ὑμῶν ἀγάπην", μὴ αὐτή με ἀδικήσῃ· ὑμῖν γὰρ εὐχερές ἐστιν, ὃ θέλετε ποιῆσαι· ἐμοὶ δὲ δύσκολόν ἐστιν,

Ignatius, qui & Theophorus,

Misericordiam consecutæ in magnificentia Patris altissimi, & Jesu Christi filii ejus unici, Ecclesiæ dilectæ & illuminatæ in voluntate ejus, qui vult omnia, quæ sunt secundum caritatem Jesu Christi Dei nostri; quæ etiam præsidet in loco regionis Romanorum, digna Deo, digna decore, digna quæ beata prædicetur, digna laude, digna quæ voti compos fiat, digne casta, caritate præcellens, Christi & Patris nomine insignita, quam & amplector in nomine Jesu Christi filii Patris: secundum carnem & spiritum conjunctis omni ipsius præcepto, gratiâ Dei indivisim repletis, & ab omni alieno colore expurgatis, plurimum in Jesu Christo Deo nostro intaminate gaudere.

Quandoquidem precatus Deum, obtinui, ut Deo dignos vultus vestros cernerem, & plus, quam petebam, acciperem; vinctus in Christo Jesu spero me vos amplexaturum, siquidem voluntas Dei sit, ut dignus habear, qui ad finem perveniam. Recte enim dispositum est principium, si gratiam consequar, sortem meam sine impedimento accipiendi. Namque vestram caritatem timeo, ne mihi ipsa noceat. Vobis enim facile est, quod vultis facere: mihi vero difficile est,

a ὑψίστου πατρός. b μονογενοῦς αὐτοῦ υἱοῦ. c deest. d χώρου. e ἀξιεπίτακτος digne ordinata. f ἀξίαγνος. g χριστονόμος. h τοῦ υἱοῦ. i τοῖς κατά. k ἐν hîc insertum. l Κυρίῳ additum. m ἐπευξάμενος τῷ θεῷ. n γὰρ hîc insertum. o deest. p μου additum. q ἀγάπη ὑμῶν.

Deum

Deum assequi, si quidem vos mihi parcatis. Nolo enim vobis tanquam hominibus placere, sed Deo placere, quemadmodum & vos placetis. Nam ego nunquam tale tempus attingam, quo Deum assequar; neque vos, si silueritis, meliori operi inscribi poteritis. Si enim de me silueritis, ego Dei fiam: si autem carnem meam amaveritis, denuo currendum erit mihi. Plus mihi non præbueritis, quam ut immoler Deo, dum adhuc altare paratum est, ut in charitate chorus effecti, canatis Patri in Christo Jesu, quod Episcopum Syriæ dignum Deus judicaverit, qui in occidentem ab oriente accersitus inveniretur. Bonum est à mundo ad Deum occidere, ut in ipso oriar. Nulli unquam invidistis, alios docuistis: ego verò volo, ut & illa firma sint, quæ docendo præcipitis. Vim tantum mihi internam & externam petite, ut non solum dicam, sed & velim: ut non solum dicar Christianus, sed & inveniar. Si enim inventus fuero, & talis dici potero, & tunc fidelis esse valebo, cum mundo amplius non apparebo. Nihil quod apparet, æternum est. *Quæ enim videntur, temporalia sunt: quæ vero non videntur, æterna sunt* *. Namque ipse Deus noster Jesus Christus, in Patre existens, magis apparet. Non silentii tan-

τοῦ θεοῦ ἐπιτυχεῖν, ἐάν περ ὑμεῖς [a] φείσησθε μου. οὐ γὰρ θέλω [b] ὑμῖν" ἀνθρωπαρεσκῆσαι, ἀλλὰ θεῷ ἀρέσαι, ὥσπερ καὶ ἀρέσκετε. [c] οὐ" γὰρ ἐγώ [d] ποτε ἕξω" καιρὸν τοιοῦτον, θεοῦ ἐπιτυχεῖν· οὔτε ὑμεῖς, ἐὰν σιωπήσητε, κρείττονι ἔργῳ ἔχετε ἐπιγραφῆναι. ἐὰν [e] γὰρ σιωπήσητε ἀπ' ἐμοῦ, ἐγὼ γενήσομαι θεοῦ· ἐὰν δὲ ἐρασθῆτε τῆς σαρκός μου, πάλιν [f] ἔσομαι" τρέχων· πλέον [g] μοι μὴ [h] παράσχησθε τοῦ σπονδισθῆναι" θεῷ, ὡς ἔτι θυσιαστήριον ἕτοιμόν ἐστιν, ἵνα ἐν ἀγάπῃ χορὸς γενόμενοι, ᾄσητε τῷ πατρὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὅτι τὸν ἐπίσκοπον Συρίας [i] ὁ θεὸς κατηξίωσεν" εὑρεθῆναι εἰς δύσιν, ἀπὸ ἀνατολῆς μεταπεμψάμενος. καλὸν τὸ δῦναι ἀπὸ κόσμου [k] πρὸς" θεὸν, ἵνα εἰς αὐτὸν ἀνατείλω· οὐδέποτε ἐβασκάνατε [l] οὐδένα", ἄλλους ἐδιδάξατε· ἐγὼ δὲ θέλω, ἵνα κἀκεῖνα βέβαια ᾖ, ἃ μαθητεύοντες ἐντέλλεσθε. μόνον [m] μοι δύναμιν αἰτεῖσθε", ἔσωθέν τε καὶ ἔξωθεν, ἵνα μὴ μόνον λέγω, ἀλλὰ καὶ θέλω· [n] ἵνα" μὴ μόνον λέγωμαι Χριστιανὸς, ἀλλὰ καὶ εὑρεθῶ. ἐὰν γὰρ [o] καὶ" εὑρεθῶ, καὶ λέγεσθαι δύναμαι, καὶ τότε πιστὸς εἶναι, ὅταν κόσμῳ μὴ φαίνωμαι. οὐδὲν φαινόμενον, [p] αἰώνιον". [q] τὰ γὰρ βλεπόμενα, πρόσκαιρα· τὰ δὲ μὴ βλεπόμενα, αἰώνια". ὁ γὰρ θεὸς ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ἐν πατρὶ ὢν, μᾶλλον φαίνεται. οὐ [r] σιωπῆς μόνον τὸ" ἔρ-

a μὴ hîc insertum, & malè quidem, ut mihi videtur. b ὑμᾶς. c οὔτε. d ἕξω ποτὲ. e τε add. f γίνομαι. g δὲ add. h παρέχεσθε τοῦ σπονδισθῆναι. i κατηξίωσεν ὁ θεὸς. k εἰς. l ἐν οὐδενί. m δύναμιν αἰτῆσθέ μοι. n ὅπως. o deest. p ἀγαθόν. q desunt. r πλησμονῆς τὸ. * 2 Cor. 4. 18.

γον·

γον, ἀλλὰ μεγέθους ἐστὶν [a] ὁ Χριστιανισμός.

[b] Ἐγὼ" γράφω ταῖς ἐκκλησίαις, καὶ ἐντέλλομαι πᾶσιν, ὅτι [c] ἐγὼ" ἑκὼν ὑπὲρ θεοῦ ἀποθνήσκω, ἐάν περ ὑμεῖς μὴ κωλύσητε. παρακαλῶ ὑμᾶς, μὴ [d] εὔνοια" ἄκαιρος γένησθέ μοι. ἄφετέ με θηρίων εἶναι [e] βορὰν", δι' ὧν [f] ἔνεστιν" θεοῦ ἐπιτυχεῖν. σῖτός εἰμι [g] θεοῦ, καὶ δι' ὀδόντων θηρίων [h] ἀλήθομαι", ἵνα καθαρὸς ἄρτος [i] εὑρεθῶ τοῦ Χριστοῦ". μᾶλλον κολακεύσατε τὰ θηρία, ἵνα μοι τάφος γένωνται, καὶ μηδὲν καταλίπωσι τοῦ σώματός μου, ἵνα μὴ κοιμηθεὶς βαρύς τινι [k] γένωμαι". τότε ἔσομαι μαθητὴς [l] ἀληθῶς τοῦ Χριστοῦ", ὅτε οὐδὲ τὸ σῶμά μου ὁ κόσμος ὄψεται. λιτανεύσατε τὸν Χριστὸν ὑπὲρ ἐμοῦ, ἵνα διὰ τῶν ὀργάνων τούτων [m] θυσία εὑρεθῶ. οὐχ' ὡς Πέτρος καὶ Παῦλος διατάσσομαι ὑμῖν· ἐκεῖνοι ἀπόστολοι· ἐγὼ κατάκριτος· ἐκεῖνοι ἐλεύθεροι· ἐγὼ [n] δὲ" μέχρι νῦν δοῦλος. ἀλλ' ἐὰν πάθω, ἀπελεύθερος [o] Ἰησοῦ", καὶ ἀναστήσομαι [p] ἐν αὐτῷ" ἐλεύθερος. [q] νῦν μανθάνω δεδεμένος μηδὲν ἐπιθυμεῖν [r] κοσμικὸν ἢ μάταιον".

tum, sed magnitudinis opus est Christianismus.

Ego Ecclesiis scribo, omnibusque mando, quod pro Deo ultro & libens morior, si quidem vos non impediatis. Obsecro vos, ne intempestivam mihi benevolentiam exhibeatis. Sinite me ferarum cibum esse, per quas Deum consequi licet. Frumentum sum Dei, & per ferarum dentes molor, ut purus panis Christi inveniar. Feris potius blandimini, ut mihi sepulchrum fiant, nihilque mei corporis relinquant, ne, postquam obdormiero, gravis alicui fiam. Tunc verè Christi discipulus ero, cum neque corpus meum mundus videbit. Christo pro me supplicate, ut per hæc instrumenta hostia inveniar. Non ut Petrus & Paulus vobis præcipio. Illi Apostoli: ego condemnatus. Illi liberi: ego autem usque ad hoc tempus servus; sed si patiar, libertus Christi ero, & in ipso liber resurgam. Nunc vinctus disco nihil mundanum vel vanum concupiscere.

Ἀπὸ Συρίας μέχρι Ῥώμης θηριομαχῶ διὰ γῆς καὶ θαλάσσης, νυκτὸς καὶ ἡμέρας, [s] δεδεμένος" δέκα λεοπάρδοις, ὅ ἐστιν [t] στρατιωτῶν" τάγμα, οἳ καὶ εὐεργετούμενοι χείρους γίνονται. ἐν δὲ τοῖς ἀδικήμασιν αὐτῶν μᾶλλον

A Syria Romam usque terra marique, noctu & interdiu cum bestiis pugno, decem leopardis vinctus, quæ est militum turma, qui etiam beneficio accepto pejores fiunt. Verum illorum in-

a ὁ Χριστιανὸς, ὅτ' ἂν μισῆται ὑπὸ κόσμου. b deest. c omissum est. d ὁμόνοια. e βρῶμα, f ἐστί. g τοῦ additum. h ἀλήθομαι. i θεοῦ εὑρεθῶ. k εὑρεθήσομαι. l ἀληθὴς Ἰησοῦ Χριστοῦ. m Θεοῦ hîc insertum. n omissum. o γενήσομαι Ἰησοῦ Χριστοῦ, p desunt. q Καὶ additum. r desunt. s ἐνδεδεμένος. t στρατιωτικόν.

juriis magis erudior : * *ſed non propter hoc juſtificatus ſum.* Utinam fruar beſtiis mihi præparatis, quas & opto mihi promptas inveniri, quibus & blandiar, ut cito me devorent, non ut quoſdam veritæ non attigerunt. Si autem illæ repugnantes noluerint, ego vi impellam. Veniam mihi date: quid mihi proſit, ego novi. Nunc incipio diſcipulus eſſe. Nihil viſibilium & inviſibilium mihi æmuletur, ut Jeſum Chriſtum conſequar. Ignis & crux, ferarum catervæ, lacerationes, diſtractiones, diſjunctiones oſſium, conciſio membrorum, totius corporis contuſiones, dira diaboli tormenta in me veniant: ſolummodo ut Jeſum Chriſtum conſequar. Nihil mihi proderunt mundi voluptates, neque hujus ſæculi regna. Præſtat mihi in Chriſto Jeſu mori, quam finibus terræ imperare. * *Quid enim prodeſt homini, ſi univerſum mundum lucretur, animæ vero ſuæ detrimentum patiatur?* Illum quæro, qui pro nobis mortuus eſt: Illum volo, qui propter nos reſurrexit. Hoc mihi lucrum & fœnus impendet. Ignoſcite mihi, fratres. Ne me vivere impediatis : Ne velitis me mori, qui Dei volo eſſe. Mundo ne gaudeatis. Sinite me purum lumen percipere. Ubi illuc advenero, homo Dei ero. Conce-

μαθητεύομαι. ἀλλ᾽ οὐ παρὰ τοῦτο δεδικαίωμαι. ὀναίμην τῶν θηρίων, τῶν ἐμοὶ ἡτοιμασμένων, [a] καὶ εὔχομαι [b] ἕτοιμα" μοι εὑρεθῆναι, ἃ καὶ κολακεύσω, συντόμως με καταφαγεῖν, οὐχ ὥσπερ τινῶν δειλαινόμενα οὐχ ἥψαντο. κἂν αὐτὰ δὲ [c] ἄκοντα" μὴ [d] θελήσῃ", ἐγὼ προσβιάσομαι. συγγνώμην μοι ἔχετε· τί μοι συμφέρει, ἐγὼ γινώσκω. νῦν ἄρχομαι μαθητὴς εἶναι. μηδέν με [e] ζηλώσῃ" τῶν ὁρατῶν καὶ [f] ἀοράτων", ἵνα Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπιτύχω. πῦρ καὶ σταυρὸς, θηρίων τε συστάσεις, [g] ἀνατομαὶ, διαιρέσεις", σκορπισμοὶ ὀστέων, [h] συγκοπὴ" μελῶν, [i] ἀλησμοὶ" ὅλου τοῦ σώματος, κακαὶ κολάσεις τοῦ διαβόλου ἐπ᾽ ἐμὲ ἐρχέσθωσαν· μόνον ἵνα Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπιτύχω· οὐδέν μοι ὠφελήσει τὰ [k] τερπνὰ" τοῦ κόσμου, οὐδὲ αἱ βασιλεῖαι τοῦ αἰῶνος τούτου· [l] μᾶλλον" μοι ἀποθανεῖν [m] εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν", ἢ βασιλεύειν τῶν περάτων τῆς γῆς. [n] τί γὰρ ὠφελεῖται ἄνθρωπος, ἐὰν κερδήσῃ τὸν κόσμον ὅλον, τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ζημιωθῇ"; ἐκεῖνον ζητῶ, τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντα· ἐκεῖνον θέλω, τὸν δι᾽ ἡμᾶς ἀναστάντα. [o] ὁ δὲ τοκετός" μοι ἐπίκειται. [p] σύγγνωτέ" μοι, ἀδελφοί· μὴ ἐμποδίσητέ μοι ζῆσαι· μὴ θελήσητέ μοι ἀποθανεῖν, [q] τὸν" τοῦ θεοῦ θέλοντα [r] εἶναι· κόσμῳ μὴ χαρίσησθε". ἄφετέ με καθαρὸν φῶς λαβεῖν. ἐκεῖ παραγενόμενος, ἄνθρωπος [ſ] θεοῦ" ἔσομαι.

* 1 Cor. 4. 4. a ἃ additum. b εὔτρεπα. c ἑκόντα. d θέλῃ. e ζηλῶσαι. f τῶν additum. g omiſſa ſunt. h συγκοπαὶ i ἀλεσμοί. k πέρατα. l καλόν. * Matt. 16. 26. m διὰ Ἰησοῦν Χριστόν. n omiſſa ſunt. o ἐκεῖνο κέρδος. p συγγνωμονεῖτε. q deeſt. r εἶναι, διὰ κόσμου μὴ χωρίσησθέ με, μήτε δι᾽ ὕλης ἐξαπατᾶσθε, quæ alium planè ſenſum fundunt. ſ deeſt.

a ἐπιτρέ-

a ἐπιτρέψατέ μοι" μιμητὴν εἶναι [b] τοῦ" πάθους τοῦ θεοῦ μου. εἴ τις αὐτὸν ἐν ἑαυτῷ ἔχει, νοησάτω ὃ θέλω, καὶ συμπαθείτω μοι, εἰδὼς τὰ συνέχοντά με.

Ο ἄρχων τοῦ αἰῶνος τούτου διαρπάσαι με βούλεται, καὶ τὴν εἰς θεόν μου γνώμην διαφθεῖραι. μηδεὶς οὖν τῶν παρόντων ὑμῶν βοηθείτω [c] αὐτῷ". μᾶλλον [d] ἐμοῦ γίνεσθε", τουτέστιν τοῦ θεοῦ [e]. μὴ λαλεῖτε Ἰησοῦν Χριστὸν, κόσμον δὲ ἐπιθυμεῖτε. βασκανία ἐν ὑμῖν μὴ κατοικείτω. μηδ' ἂν ἐγὼ [f] παρὼν παρακαλῶ ὑμᾶς", [g] πείσθητέ" μοι· τούτοις δὲ μᾶλλον [h] πείσθητε", οἷς γράφω ὑμῖν. ζῶν [i] γράφω ὑμῖν, ἐρῶν τοῦ ἀποθανεῖν. ὁ ἐμὸς ἔρως ἐσταύρωται *, καὶ οὐκ ἔστιν ἐν ἐμοὶ πῦρ [k] φιλόϋλον· ὕδωρ δὲ ζῶν καὶ λαλοῦν" ἐν ἐμοὶ, ἔσωθέν μοι [l] λέγον"· δεῦρο πρὸς τὸν πατέρα. οὐχ ἥδομαι τροφῇ φθορᾶς, οὐδὲ ἡδοναῖς τοῦ βίου τούτου. ἄρτον [m] θεοῦ θέλω, [n] ἄρτον οὐράνιον, ἄρτον ζωῆς", [o] ὅς" ἐστιν σὰρξ Ἰησοῦ Χριστοῦ [p] τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ, τοῦ γενομένου ἐν ὑστέρῳ ἐκ σπέρματος Δαβὶδ καὶ Ἀβραάμ"· καὶ πόμα [q] θεοῦ" θέλω, τὸ αἷμα αὐτοῦ, ὅ ἐστιν ἀγάπη ἄφθαρτος, [r] καὶ ἀένναος ζωή". οὐκ ἔτι θέλω κατὰ ἀνθρώπους ζῆν. τοῦτο * δὲ ἔσται, ἐὰν ὑμεῖς [s] θελήσητε". θελήσατε, [t] ἵνα καὶ ὑμεῖς θεληθῆτε. δι' ὀλίγων γραμμάτων αἰτοῦμαι ὑμᾶς, πιστεύσατέ μοι. Ἰησοῦς δὲ Χριστὸς ὑμῖν [u] ταῦτα φανε-

dite mihi imitatorem esse passionis Dei mei. Si quis illum in seipso habet, cogitet quod volo, & conscius eorum, quæ me coarctant, mei commisereatur.

Princeps hujus sæculi rapere me vult, meamque erga Deum voluntatem corrumpere. Nemo ergo vestrum, qui adestis, illum adjuvet. Mei potius, hoc est Dei, efficiamini. Non loquimini Jesum Christum, & mundum concupiscite. Invidia in vobis non habitet. Neque si ego præsens vos oro, credite mihi; his potius, quæ vobis scribo, credite. Vivens scribo vobis, mori desiderans. Meus amor crucifixus est, nec est in me ignis materiæ amans: sed vivens & loquens aqua inest mihi, interius dicens: veni ad Patrem. Non delector corruptionis alimento, neque hujus vitæ voluptatibus. Panem Dei volo, panem cœlestem, panem vitæ, quæ est caro Jesu Christi filii Dei, qui posteriori tempore ex semine David & Abraham factus est: & potum Dei volo, sanguinem ipsius, qui est caritas incorrupta, & perennis vita. Nolo amplius secundum homines vivere. Istud autem futurum est, si vos volueritis. Id ergo vobis placeat, ut & vos placeatis. Brevibus literis peto à vobis, credite mihi. Jesus Christus vobis hæc patefaciet, quòd verè

a ἐάσατέ με. b deest. c αὐτῷ δὲ præcedente puncto; sed malè. d ἐμοὶ γίνεσθε. e μου additum. f ὑμᾶς παρὼν παρακαλῶ. g πεισθῆτε. h πιστεύσατε. i γὰρ additum. k φιλοῦν τι ὕδωρ· ζῶν δὲ καὶ λαλούμενον. l λέγει. m τοῦ additum. n Desunt. o ὅ. p τοῦ ἐκ γένους Δαβίδ. q deest. r omissa sunt. s θέλητε. t οὖν additum. u φανερώσει ταῦτα.

dico. Verax os eſt, in quo Pater vere locutus eſt. Pro me petite, ut conſequar. Non ſecundum carnem, ſed ſecundum Dei mentem ſcripſi vobis. Si patiar, voluiſtis: ſin rejiciar, odiſtis.

Memores eſtote in veſtris precibus Eccleſiæ Syriæ, quæ mei loco Deo paſtore utitur. Solus Jeſus Chriſtus illam vice Epiſcopi reget, atque veſtra caritas. Ego autem erubeſco ex illis cognominari. Neque enim dignus ſum, utpote qui ſim ultimus eorum, & abortivus. Verùm miſericordiam conſecutus ſum, ut eſſem aliquis, ſi Denm conſequar. Salutat vos meus ſpiritus, & caritas Eccleſiarum, quæ me exceperunt in nomine Jeſu Chriſti, non ut tranſeuntem: etenim quæ nihil ad me pertinebant, viâ quæ ſecundum carnem eſt, me per civitates deduxerunt.

Porro hæc è Smyrna per Epheſios laude dignos ſcribo vobis. Mecum etiam eſt cum aliis multis Crocus, deſideratum mihi nomen. De his, qui me à Syria Romam uſque ad Dei gloriam præceſſerunt, credo vos cognoviſſe, quibus etiam ſignificate, me prope eſſe. Siquidem omnes Dei & veſtrûm digni ſunt, quos in omnibus recreare vos decet. Hæc ſcripſi vobis ante diem IX. Kalendas Septembris, hoc eſt, Au-

ῥώσει", ὅτι ἀληθῶς λέγω. τὸ ἀψευδὲς στόμα, ἐν ᾧ ὁ πατὴρ [a] ἐλάλησεν ἀληθῶς". αἰτήσασθε περὶ ἐμοῦ, ἵνα ἐπιτύχω. οὐ κατὰ σάρκα ὑμῖν ἔγραψα, ἀλλὰ κατὰ γνώμην θεοῦ. ἐὰν πάθω, [b] ἠθελήσατε". ἐὰν ἀποδοκιμασθῶ, ἐμισήσατε.

Μνημονεύετε ἐν τῇ [c] προσευχῇ" ὑμῶν τῆς ἐν Συρίᾳ ἐκκλησίας, ἥτις [d] ἀντὶ" ἐμοῦ ποιμένι τῷ θεῷ χρῆται. μόνος αὐτὴν Ἰησοῦς Χριστὸς [e] ἐπισκοπήσει", καὶ [f] ἡ" ὑμῶν ἀγάπη. ἐγὼ δὲ [g] αἰσχύνομαι ἐξ αὐτῶν λέγεσθαι. [h] οὐδὲ γὰρ ἄξιός εἰμι", ὢν ἔσχατος αὐτῶν, καὶ ἔκτρωμα. ἀλλ' ἠλέημαί τις εἶναι, ἐὰν θεοῦ ἐπιτύχω. ἀσπάζεται ὑμᾶς τὸ ἐμὸν πνεῦμα, καὶ ἡ ἀγάπη τῶν ἐκκλησιῶν, τῶν δεξαμένων με εἰς ὄνομα Ἰησοῦ Χριστοῦ, οὐχ ὡς παροδεύοντα· καὶ γὰρ αἱ μὴ προσήκουσαί μοι τῇ ὁδῷ, τῇ κατὰ σάρκα, κατὰ πόλιν με [i] προῆγον".

Γράφω δὲ ὑμῖν ταῦτα ἀπὸ Σμύρνης [k] δι'" Ἐφεσίων τῶν ἀξιομακαρίστων. ἔστιν δὲ καὶ ἅμα ἐμοὶ σὺν ἄλλοις πολλοῖς Κρόκος, τὸ ποθητόν μοι ὄνομα. περὶ τῶν [l] προελθόντων με" ἀπὸ Συρίας εἰς Ῥώμην εἰς δόξαν [m] τοῦ" θεοῦ, πιστεύω ὑμᾶς ἐπεγνωκέναι, οἷς καὶ [n] δηλώσατε" ἐγγύς με ὄντα. πάντες γάρ εἰσιν ἄξιοι [o] τοῦ" θεοῦ καὶ ὑμῶν, οὓς πρέπον [p] ὑμῖν ἐστιν" κατὰ πάντα ἀναπαῦσαι. ἔγραψα δὲ ὑμῖν ταῦτα, τῇ πρὸ ἐννέα καλανδῶν [q] Σεπτεμβρίων",

a ἀληθῶς ἐλάλησε. b ἠγαπήσατε. c εὐχῇ. d ἀντ'. e ἐπισκοπήσῃ. f Deeſt. g Hic inſertum καὶ. h οὐ γάρ εἰμι ἄξιος. i περιήγαγον. k διὰ. l προσελθόντων μοι perperam. m Deeſt. n δηλώσετε. o Deeſt. p ἐστὶν ὑμῖν. q Σεπτεμβρίου.

a τουτέστιν

a τουτέστιν Αὐγούστου εἰκάδι * τρίτῃ". ἔῤῥωσθε εἰς τέλος ἐν ὑπομονῇ Ἰησοῦ Χριστοῦ. b Ἀμήν".

δ'. Καταρτίσας τοίνυν, ὡς ἠβούλετο, τοὺς ἐν Ῥώμῃ τῶν ἀδελφῶν ἄκοντας διὰ τῆς ἐπιστολῆς, οὕτως ἀναχθεὶς ἀπὸ τῆς Σμύρνης (κατεπείγετο γὰρ ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ὁ Χριστοφόρος, φθάσαι τὰς φιλοτιμίας ἐν τῇ μεγάλῃ Ῥώμῃ, ἵνα ἐπ' ὄψεσι τοῦ δήμου Ῥωμαίων θηρσὶν ἀγρίοις παραδοθεὶς, τοῦ στεφάνου τῆς ἀθλήσεως ἐπιτύχῃ.) προσέσχε τῇ Τρωάδι. εἶτα ἐκεῖθεν καταχθεὶς ἐπὶ τὴν Νεάπολιν, διὰ Φιλίππων παρώδευεν Μακεδονίαν, περὶ καὶ τὴν ἤπειρον, τὴν πρὸς Ἐπίδαμνον, ἐν τοῖς παραθαλαττίοις νηὸς ἐπιτυχὼν, ἔπλει τὸ Ἀδριατικὸν πέλαγος, κἀκεῖθεν ἐπιβὰς τοῦ Τυῤῥηνικοῦ, καὶ παραμείβων νήσους τε καὶ πόλιν, ὑποδειχθέντων τῷ ἁγίῳ Ποτιόλων, αὐτὸς μὲν ἐξελθεῖν ἔσπευδεν, καθ' ἴχνος βαδίζειν ἐθέλων τοῦ ἀποστόλου Παύλου. ὡς δὲ ἐπιπεσὸν βίαιον πνεῦμα οὐ συνεχώρει, τῆς νηὸς ἐκ πρύμνης ἐπειγομένης, μακαρίσας τὴν ἐν ἐκείνῳ τῷ τόπῳ τῶν ἀδελφῶν ἀγάπην *, οὕτω παρέπλει. τοιγαροῦν ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ καὶ νυκτὶ τῇ αὐτῇ οὐρίοις ἀνέμοις προσχρησάμενοι, ἡμεῖς μὲν ἄκοντες ἀπηγόμεθα, στένοντες ἐπὶ τῷ ἀφ' ἡμῶν μέλλοντι χωρισμῷ τοῦ δικαίου γίνεσθαι. τῷ δὲ κατ' εὐχὴν ἐπέβαινεν, σπεύδοντι θᾶττον ἀναχωρῆσαι τοῦ κόσμου, ἵνα φθάσῃ πρὸς ὃν ἠγάπησεν κύριον. καταπλεύσας οὖν εἰς τοὺς λιμένας Ῥωμαίων,

gusti vigesima * tertia. Valete in finem in patientia Jesu Christi. Amen.

IV. Postquam ergo repugnantes fratres, qui Romæ erant, per epistolam, ut voluit, præparasset, sic à Smyrnâ solvens, (urgebatur enim à militibus Christophorus, ut ad publica spectacula magnæ Romæ properaret: nempe ut in conspectu populi Romani belluis ferocibus traditus, coronam certaminis consequeretur) Troadem appulit. Inde postea Neapolin ductus, Philippis transiens, Macedoniam præterivit, & ad eam Epiri partam, quæ ad Epidamnum sita est, in maritimis locis nave inventa, Adriaticum pelagus navigavit, indeque Tyrrhenicum ingressus, insulas & civitates percucurrit, ostensisque sancto viro Puteolis, ipse quidem exire festinabat, Apostoli Pauli vestigiis incedere cupiens. Verùm ut per vehementem ventum irruentem non licuit, nave è puppi impulsa, felicem prædicans fratrum illius loci caritatem, sic ultra navigavit. Itaque uno die & nocte eadem secundis ventis usi, nos quidem inviti ducebamur, gementes ob futuram separationem justi illius à nobis: at illi juxta votum accidebat, quippe qui è mundo citius discedere properaret, ut ad Dominum, quem amabat, perveniret. Cum ergo portus Romanorum navigando attigisset, finisque immundi

a Desunt. * Leg. τετάρτῃ. b Deest. * lege *quarta*.

ſpectaculi immineret, milites moram ægre ferebant: at Epiſcopus gaudens urgentibus parebat.

V. Inde igitur Portu, ita dicto, profecti ſunt: (Jam enim fama ſancti Martyris percrebuerat) timore & gaudio fratribus, qui cum ipſo erant, repletis: lætantibus quidem, quod Theophori congreſſu dignarentur; timentibus vero, quod ad mortem talis duceretur. Aliquos itaque in ſilentio & quiete eſſe juſſit, illos nimirum, qui fervebant, & aiebent ſe populum ſedaturos, ne virum juſtum ad necem quæreret: qui ſtatim ea re ſpiritu cognita, omnibus ſalutatis, veram charitatem ab illis petiit, pluraque his, quæ epiſtolâ ſcripſerat, diſſeruit, & ſuadere conatus eſt, ne ſibi ad Dominum feſtinanti inviderent. Sicque genuflexis omnibus fratribus, filium Dei obſecravit pro Eccleſiis, pro perſecutionis ceſſatione, pro mutua fratrum in ſe invicem charitate: quo facto ad amphitheatrum cum feſtinatione ductus eſt. Deinde confeſtim immiſſus juxta pridem datum Cæſaris mandatum, fine ſpectaculorum imminente, (ſolemnis enim erat, ut putabant, Romanâ voce dicta tertia decima, quâ ſtudioſe conveniebant) ita feris crudelibus juxta templum expoſitus eſt, ut illico ſancti Martyris Ignatii deſiderium impleretur, ſecundum quod ſcriptum eſt: (*Prov.* 10. 24.) *Deſiderium juſti acceptabile,*

μελλούσης λήγειν τῆς ἀκαθάρτου φιλοτιμίας, οἱ μὲν στρατιῶται ὑπὲρ τῆς βραδύτητος ἤσχαλλον· ὁ δὲ ἐπίσκοπος κατεπείγουσιν ὑπήκουσεν.

ε'. Ἐκεῖθεν οὖν ἐξώθησαν ἀπὸ τοῦ καλουμένου Πόρτου· (διεπεφήμιστο γὰρ ἤδη τὰ κατὰ τὸν ἅγιον μάρτυρα·) σὺν αὐτῷ μὲν τοῖς ἀδελφοῖς φόβῳ καὶ χαρᾷ πεπληρωμένοις, χαίρουσιν μὲν ἐφ' οἷς ἠξιῶντο τῆς τοῦ Θεοφόρου συντυχίας· φοβουμένοις δὲ, διότι περ ἐπὶ θάνατον ὁ τοιοῦτος ἤγετο. τισὶ δὲ καὶ παρήγγειλεν * ἡσυχάζουσιν", ζέουσι καὶ λέγουσι καταπαύειν τὸν δῆμον πρὸς τὸ μὴ ἐπιζητεῖν ἀπολέσθαι τὸν δίκαιον· * ὃς" εὐθὺς γνοὺς τῷ πνεύματι, καὶ πάντας ἀσπασάμενος, αἰτήσας τε παρ' αὐτῶν τὴν ἀληθινὴν ἀγάπην, πλείονά τε τῶν ἐν τῇ ἐπιστολῇ διαλεχθεὶς, καὶ πείσας μὴ φθονῆσαι τῷ σπεύδοντι πρὸς τὸν κύριον. οὕτω μετὰ γονυκλισίας πάντων τῶν ἀδελφῶν, παρακαλέσας τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ ὑπὲρ τῶν ἐκκλησιῶν, ὑπὲρ τῆς τοῦ διωγμοῦ καταπαύσεως, ὑπὲρ τῆς τῶν ἀδελφῶν εἰς ἀλλήλους ἀγάπης, ἀπήχθη μετὰ σπουδῆς εἰς τὸ ἀμφιθέατρον. εἶτα εὐθὺς ἐμβληθεὶς κατὰ τὸ πάλαι πρόσταγμα τοῦ Καίσαρος, μελλουσῶν καταπαύειν τῶν φιλοτιμιῶν, (ἦν γὰρ ἐπιφανὴς, ὡς ἐδόκουν, ἡ λεγομένη τῇ Ῥωμαϊκῇ φωνῇ τρισκαιδεκάτη, καθ' ἣν σπουδαίως συνήεσαν) οὕτως θηρσὶν ὠμοῖς παρὰ τῷ ναῷ παρεβάλλετο, ὡς παραυτὰ τοῦ ἁγίου μάρτυρος Ἰγνατίου πληροῦσθαι τὴν ἐπιθυμίαν κατὰ τὸ γεγραμμένον· ἐπιθυμία

* Lege ἡσυχάζειν. * ὡς legit antiquus interpres.

θυμίᾳ δικαίᾳ δεκτῇ· ἵνα μηδενὶ τῶν ἀδελφῶν ἐπαχθὴς διὰ τῆς συλλογῆς τῶν λειψάνων γένηται, καθὼς φθάσας ἐν τῇ ἐπιστολῇ τὴν ἰδίαν ἐπεθύμει γενέσθαι τελείωσιν. μόνα γὰρ τὰ τραχύτερα τῶν ἁγίων αὐτοῦ λειψάνων περιελείφθη, ἅτινα εἰς τὴν Αντιόχειαν ἀπεκομίσθη, καὶ ἐν λίνῳ κατετέθη, θησαυρὸς ἀτίμητος ὑπὸ τῆς ἐν τῷ μάρτυρι χάριτος τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ καταλειφθέντα.

ς'. Εγένετο δὲ ταῦτα τῇ πρὸ δεκατριῶν καλανδῶν Ιαννουαρίων, τουτέστιν Δεκεμβρίῳ εἰκάδι, ὑπατευόντων παρὰ Ρωμαίοις Σύρα καὶ * Σεδεκίου" τὸ δεύτερον. τούτων αὐτόπται γενόμενοι, μετὰ δακρύων κατ' οἶκόν τε παννυχίσαντες, καὶ πολλὰ μετὰ γονυκλισίας καὶ δεήσεως παρακαλέσαντες τὸν κύριον, πληροφορῆσαι τοὺς ἀσθενεῖς ἡμᾶς ἐπὶ τοῖς προγεγονόσιν. μικρὸν ἀφυπνώσαντες, οἱ μὲν ἐξαίφνης ἐπιστάντα καὶ περιπτυσσόμενον ἡμᾶς ἐβλέπομεν· οἱ δὲ πάλιν ἐπευχόμενον ἡμῖν ἑωρῶμεν τὸν μακάριον Ιγνάτιον· ἄλλοι δὲ σταζόμενον ὑφ' ἱδρῶτος, ὡς ἐκ καμάτου πολλοῦ παραγινόμενον, καὶ παρεστῶτα τῷ κυρίῳ. μετὰ πολλῆς τοίνυν χαρᾶς ταῦτα ἰδόντες καὶ συμβαλόντες τὰς ὄψεις τῶν ὀνειράτων, ὑμνήσαντες τὸν θεὸν τὸν δοτῆρα τῶν ἀγαθῶν, καὶ μακαρίσαντες τὸν ἅγιον, ἐφανερώσαμεν ὑμῖν καὶ τὴν ἡμέραν καὶ τὸν χρόνον, ἵνα κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ μαρτυρίου συναγόμενοι, κοινωνῶμεν τῷ ἀθλητῇ καὶ γενναίῳ μάρτυρι Χριστοῦ, καταπατήσαντι τὸν διάβολον, καὶ τὸν τοῦ φιλοχρίστου

* Lege Σενεκίῳ.

ut nempe nulli fratrum gravis fieret ob suam reliquiarum collectionem, quomodo propriam consummatiouem fieri priùs in epistola optaverat. Solæ enim duriores sanctarum ejus reliquiarum partes relictæ, eæque Antiochiam delatæ sunt, & in sudario depositæ, loco thesauri inæstimabilis, Ecclesiæ ob eam, quæ erat in Martyre, gratiam relictæ.

VI. Hæc autem acta sunt ante diem XIII. Kalendas Januarias, hoc est, vigesima die mensis Decembris, apud Romanos consulibus Sura & Senecio secundum. Horum nos ipsi spectatores facti, cum lacrymis domi vigilem noctem duximus, & genibus flexis multis precibus Dominum oravimus, ut nos infirmos de iis, quæ facta fuerant, certos faceret. Postea cum paululum obdormissemus, alii quidem illum subito adstantem nosque complectentem videbamus: alii rursus pro nobis orantem beatum Ignatium cernebamus: alii vero sudore stillantem, tamquam ex multo labore advenientem, & Domino assistentem, intuebamur. Cum ergo multo cum gaudio ista vidissemus, & somniorum visa contulissemus, Deum datorem bonorum laudavimus, & sanctum beatum diximus, vobisque diem & tempus indicavimus: ut tempore ejus Martyrii convenientes, athletæ & generoso Christi Martyri communicemus, qui diabolum conculcavit, &

pii

pii sui desiderii cursum perfecit in Christo Jesu Domino nostro, per quem, & cum quo Patri gloria & potentia cum Sancto Spiritu in sæcula. Amen.

αὐτοῦ ἐπιθυμίας τελειώσαντι δρόμον ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ πατρὶ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ ἁγίῳ πνεύματι εἰς αἰῶνας. Ἀμήν.

Atque hæc sunt *Acta*, sive potiùs *Passio*, S. Martyris Ignatii ex duplici Codice Latino edita primùm ab Usserio: qui in Præfatione postremam saltem partem à Philone, Gajo, & Agathopode, ex Syria Romam usque beatum Martyrem secutis, conscriptam esse, ex sequentibus collegit formulis: *Nos quidem nolentes abducimur, gementes de ea, quæ à nobis futura, separatione obviamus fratribus, timore & gaudio repletis. Horum ipsimet conspectores effecti*, &c. Ego contrà priora quidem, quæ in utroque Codice Latino exarata sunt, genuina & antiquissima, sed postremam Actorum Ignatii partem spuriam, & ab interpolatore quodam assutam esse arbitror; partim qnia in altero eorum, Codice scilicet Cottoniano deest, partim quia ἀσύστατα atque falsa continet. Sane apertè sibi invicem repugnare videntur ista verba §. v. quæ in Latino Usserii textu ita sonant: *Horum ipsimet conspectores effecti cum lachrymis, & domi per totam noctem vigilantes, & multùm cum genuflexione & oratione deprecantes, Dominum, certificare infirmos nos de priùs factis.* Si enim hæc facta ipsimet spectatores oculis usurpaverant, quid opus erat, ulteriorem de iis certitudinem à Deo pustulare? Falsum autem, quod ista facta dicantur *præsidentibus apud Romanos Syria & Senecio secundò*, id est, anno 107. Æræ vulgaris Christianæ, ut ex Notis Usserii discere est: hoc, inquam, falsum esse apparet. Nam ex ipsis Actis constat, Ignatium à Trajano Imperatore damnatum esse, quando is expeditione adversus Parthos susceptâ, Antiochiam venit. At verò bellum Parthicum anno Christi 112. demum cœpisse, egregiè probarunt duo insignes rerum Chronologicarum magistri, Henricus Norisius in Epistola Consulari p. 72. & Antonius Pagi in Critica Historico-Chronologica in Annales Baronii ad A. C. 105. §. II. & III. His accedit tertius, Chronologorum hujus temporis Princeps, qui primo à me loco nominandus erat, Reverendus admodum Gulielmus Lloydius, nnnc Episcopus Wigorniensis, Patronus meus maximus: quem hanc in rem ipse Pagius ad An. 107. §. III. & seqq. laudat, ejusque rationibus probat, S. Ignatium An. Christi 116. demum Martyrio defunctum esse. Jam alii quidem paulò citius, alii seriùs id contigisse existimant, in eo tamen omnes fere jam conveniunt, id post A. C. 112. accidisse. Se ipsum itaque prodidit Interpolator, dum falso anno martyrium S. Ignatii

natii adſignavit, anno ſcil. Chriſti 107. ſive Trajani 9. ſeductus procul dubio iſtis Actorum verbis §. 2. ubi Trajanus ob victoriam à Scythis, Dacis, aliiſque reportatam elatus atque inſolens factus fuiſſe dicitur ἐννάτῳ ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ, *nono imperii ejus anno.* Nam hæc quidem ſatis vera ſunt juxta rationes Pagii (quem lege ad A. C. 103. 106. 107.) ſed malè ex iis collegit Interpolator, eodem ipſo anno contigiſſe, quæ in ſequentibus de S. Ignatii martyrio narrantur. Atque de his ſatis.

Cæterùm fragmenta deperditarum Ignatii Epiſtolarum & Didaſcaliæ ei ſuppoſitæ quod attinet, hæc ut invenirem, omnia, quæ mihi occurrerunt Spicilegia ſententiarum è S. Patrum monumentis decerpta delibavi. In his primum locum tenet Maximus, qui in ſermonibus per Excerpta bis citat Ignatii verba, nempe Serm. II. & XLIII. Sed quæ priori loco habet, ſunt petita ex Epiſt. ad Smyrnæos §. II. quæ poſteriori, ex Epiſt. ad Trallianos interpolata §. IV. Prioris loci varias lectiones accuratè notavit Uſſerius ex Maximo pariter & Codice MS. Bodleiano, quem ipſe non deſignat, eſt autem Codex 143. inter Baroccianos, quo ſimilis illi Maximi florilegio Collectio ſententiarum ex Patribus aliiſque Scriptoribus continetur, ſed Maximo ipſoque Johanne Damaſceno recentior, ſiquidem uterque in ea allegatur. In iſto enim Codice cap. 9. (quod Uſſerius indigitat) περὶ φρονήσεως καὶ βουλῆς fol. 60. pag. 2. prior ſententia perinde ut à Maximo recitata legitur. De poſteriori itidem in Cod. 143. Barocc. fol. 174. pag. 1. allegata conſulantur Uſſerii Notæ. Fruſtra igitur in Maximo aliquid ex deperditis Ignatii epiſtolis vel Didaſcaliâ ejus quæras. Johannes Damaſcenus verò in parallelis ſuis aliquoties Ignatium allegans, plurima quidem ex editis ejus epiſtolis habet, aliqua tamen notatu digna ex deperditis. Quod Lib. I. cap. 9. extat dictum, eſt idem, quod Maximus ex Epiſt. ad Smyrnæos allegavit. Lib. I. cap. 18. citatum, reperitur, in Epiſt. ad Epheſ. §. XIII. Quod eodem Lib. I. cap. 21. habetur, extat in ſpuria Epiſtola ad Antiochenos §. III. Notandum tamen hîc, quia neque Reverendiſſimus Uſſerius, neque Cl. Cotelerius animadvertit, quod prior tantùm periodus: *Cæſari in his rebus parete, in quibus parere periculo caret*, ſit inde petita; poſterior verò pars apud Damaſcenum loco cit. *Inferioribus ac ſibi ipſis imperare neſcientibus*, &c. ad alterum ſpectet Auctorem, cujus nomen in margine Latinæ editionis parallelorum Damaſceni perperam eſt omiſſum: nam non ſolùm nuſquam in S. Ignatii Epiſtolis, ſive genuinis, ſive ſpuriis, extat; ſed & in Cod. 143. Barocc. fol. 227. p. 1. prior pars iſtius ſententiæ, tanquam S. Ignatii, ſine poſteriori legitur. Quæ Lib. II. cap. 25. fol. 80. p. 2. allegavit Damaſcenus, reperies in S. Ignatii Epiſt. ad Smyrnæos §. VIII. & IX. & ad Polycarpum

§. I.

§. I. & II. quæque ſequenti cap. 37. hujus libri citavit, in Epiſt. ad Trallianos interpolat. §. IV. In fine quoque hujus paragraphi habentur ea, quæ Damaſcenus Lib. III. c. 30. ubi tamen & alia citavit, ex ſuppoſititiâ ad Heronem Diaconum epiſtola §. V. Reliqua autem, quæ in Latina Damaſceni editione ſequuntur, tanquam ejuſdem Ignatii, non ſunt ejus, ſed Evagrii, cujus nomen in MS. Græco Parallelorum Damaſceni in Collegio Claromontano expreſsè adſcriptum eſt, teſte Cotelerio in Notis ad interpolatam Epiſt. Ignatii ad Trallianos §. IV. Quæ ſequuntur apud Damaſcenum cap. 66. vide in S. Ignatii Epiſt. ad Epheſ. §. VIII. quæ cap. 94. in Epiſt. ad Trallianos §. VIII. Denique quæ cap. 115. hujus tertii & ultimi parallelorum libri adduxit Damaſcenus, inveniuntur in epiſtola ad Polycarpum §. VII. Cæterùm ex deperditis citata à Damaſceno, nec non ab Antonio in Meliſſa, mox recitabo, ubi prius, quæ hic ex editis Ignatii collegerit, recenſuero. Nimirum quæ Lib. I. Meliſſæ cap. 14. citat Ignatii dicta, priora quidem petita ſunt ex Epiſt. ad Polycarpum §. V. poſtrema (in edit. Latina Tom. V. Bibl. Patrum Pariſ. 1589. nam in Græca Tigurina 1546. deſunt) ex interpolata Epiſt. ad Philadelph. §. VI. media ex ineditis, paulò poſt recitanda. Quod Lib. II. Meliſſ. cap. 3. allegat, extat in Epiſt. ad Epheſ. §. V. & VI. in Epiſt. autem ſuppoſititia Mariæ Caſſobelit. ad Ignatium §. II. III. & IV. leguntur, quæ citat ſequenti cap. 19. ulterius cap. 23. & 43. allegata habes in Epiſt. Polycap. §. II. & IV. cap. 67. autem adducta in Epiſt. ad Epheſ. §. XIII. cap. 84. in Epiſt. ad Trall. §. IV. cap. 89. in Epiſt. ad Polycarp. §. III. & VI.

Fragmenta Epiſtolæ S. Ignatii *ad* Antiochenos.

Ex Damaſceni Lib. III. *Parall. cap.* 27. *&* *Antonii Meliſſ. Lib.* I. *Serm.* 14.

Πρὸς Ἀντιοχεῖς.

Παρθενίας ζυγὸν μηδενὶ ἐπιτίθει· ἐπισφαλὲς γὰρ τὸ πρᾶγμα καὶ δυσφύλακτον, καὶ μάλιστα ὅταν κατ᾽ ἀνάγκην γίνεται.

Ἐκ τῆς αὐτῆς ἐπιστολῆς.

Τοῖς νεωτέροις ἐπίτρεπε γαμεῖν, πρινὴ διαφθαρῶσιν εἰς ἑταίρας.

Ad Antiochenos.

Virginitatis jugum nemini impone. Periculoſa enim res eſt, quamque ſervare difficile ſit, maximè cum ex neceſſitate fit.

Ex eadem Epiſtola.

Junioribus nuptias concede, antequam in proſtibula incidentes corrumpantur.

Hæc

Hæc in Latina Damaſceni editione & Antonii Meliſsâ Ignatii nomini adſcripta ſunt, haud expreſſo tamen, in quo extiterint, Tractatu. Aſt in Græco MS. Parallelorum Damaſceni Codice Collegii Claromontani ea diſertè ex epiſtola ad Antiochenos ita leguntur citata, prout pag. præcedenti poſita ſunt, teſte Cotelerio in Notis ad ſpuriam Ignatii ad Antiochenos epiſtolam. Neque obſtat, quod monita iſta uni ſingulari perſonæ, non toti Eccleſiæ Antiochenæ, data videantur. Potuit enim S. Martyr, digreſſione facta, Heroni futuro in Epiſcopatu Antiocheno ſucceſſori, peculiaria quædam præſcribere obſervanda; ſicut Paulus in Epiſt. ad Philippenſes c. IV. v. 3. Epiſcopo ſive eximio Eccleſiæ Philippenſis membro ſeorſim ſcripſit: *Rogo & te germane compar, adjuva illas, quæ mecum laboraverunt in Evangelio.* Vix igitur dubito, recitatas duas ſententias Ignatii germanas eſſe; quarum priori conſona fuit vox Paphnutii in Concilio Nicæno perorantis, μὴ βαρὺν ζυγὸν ἐπιθεῖναι τοῖς ἱερωμένοις ἀνδράσι, *non eſſe imponendum ſacris perſonis grave hoc jugum*, apud Socratem Lib. I. Hiſt. Eccl. cap. II. Poſteriori reſpondet dictum Apoſtoli 1 Timoth. V. 14. & monitum parentibus datum Lib. IV. Conſtit. Clementis cap. II. Σπουδάζετε ὥρᾳ γάμου ζευγνῦναι καὶ συνεκδιδόναι αὐτὰ, ἵνα μὴ τῆς ἡλικίας ἐν τῇ ἀκμῇ ζεούσης, ἔθη πορνοκόπα ἀποδῇ, *Operam date, ut cum ad tempus conjugio aptum pervenerint, eos* (liberos) *matrimonio jungatis ac copuletis, ne inter ætatem in flore ſuo ferventem mores ſcortatorum contrahant.*

Cæterum Lib. II. eorundem Damaſceni Parallelorum Latinè impreſſorum cap. 25. ſequens tanquam Ignatii dictum citatur: *Antiſtitem oportet vitam ab omni reprehenſionis notâ puram ducere, nec rei ullius Deo gratæ ſtudium prætermittere.* Sed in antedicto Græco Codice iſtud ex Cyrilli Orat. VI. contra Julianum petitum dicitur: quamvis nec in hâc verbatim extet.

Aliud inſigne S. Ignatii *dictum.*

Ex Chryſoſtomi Homilia XI. *in Epiſt. ad Epheſios.*

Ἀνὴρ δέ τις ἅγιος εἶπέ τι, δοκοῦν εἶναι τολμηρὸν, πλὴν ἀλλ' ὅμως ἐφθέγξατο. Τί δὲ τοῦτό ἐστιν; οὐδὲ μαρτυρίου αἷμα ταύτην δύνασθαι ἐξαλείφειν τὴν ἁμαρτίαν.

Dixit autem ſanctus quiſpiam vir quiddam, quod magnam præ ſe fert audaciam; ſed tamen eſt elocutus. Quid hoc eſt autem? Ne quidem ſanguinem martyrii delere poſſe hoc peccatum, (*ſchiſma de quo loquitur.*)

Hæc pridem legenti mihi incidebat, Chryſoſtomum nota forte habuiſſe quædam S. Martyris Cypriani ſcripta, ac reſpexiſſe ea, quæ Lib. de Oratione Dominica poſt medium habet verba: *Diſcordans & diſſidens, & pacem cum fratribus non habens, ſecundum quod beatus Apoſtolus & Scriptura ſancta teſtatur, nec ſi pro nomine Chriſti occiſus fuerit, crimen diſſenſionis fraternæ poterit evadere. — Quale delictum eſt, quod nec baptiſmo ſanguinis poteſt ablui? quale crimen eſt, quod martyrio non poteſt expiari?* Quibus gemina ſcripſit Epiſt. 52. ad Antonianum & Lib. de Unitate Eccleſiæ, non adeo multum ab initio. Sed mutavi ſententiam, ubi poſtea in Johannis Antiocheni Oratione in donationes Monaſteriorum Laicis factas Tom. I. Monumentorum Eccleſiæ Græcæ Cotelerii pag. 176. & ſeq. legi: Τῷ δὲ Ἐκκλησίαν Θεοῦ σκανδαλίσαντι οὐδὲ μαρτυρίου αἷμα, κατὰ τὸν θεοφόρον Ἰγνάτιον, ἀρκεῖ εἰς συγχώρησιν. *Ei qui Eccleſiam Dei offenderit neque martyrii ſanguis, juxta Ignatium Theophorum, ad veniam ſufficit.* Ignatii igitur eſſe hoc dictum nullus dubito; at unde petitum, an ex deperdita ad Antiochenos epiſtola aut aliâ quapiam, an potiùs ex Didaſcalia ejus nomini adſcriptâ, cum ignariſſimis me neſcire fateor.

Papias Epiſcopus Hierapolitanus.

INter illos, qui *primis Apoſtolicæ ſucceſſionis temporibus per omnes orbis terrarum Eccleſias Paſtores aut Evangeliſtæ fuerunt*, poſt Clementem & Ignatium nominatur ab Euſebio Lib. III. Hiſt. Eccleſ. cap. 39. *Papias*, de quo mox ab initio verba Irenæi Lib. V. cap. 33. allegat, quæ habes infrà pag. 31. Cum autem Papias ibi dicatur Ἰωάννου μὲν ἀκουστής, Πολυκάρπου δὲ ἑταῖρος, *Joannis auditor, ſodalis autem Polycarpi*, quæſtio inde nata eſt, cujus is fuerit Apoſtoli, an Presbyteri, Joannis auditor: utriuſque enim diſtinctam mentionem ipſe Papias in libris ſuis fecit. Euſebius loco citato de priori negat, ita ſcribens: Αὐτός γε μὴν ὁ Παπίας κατὰ τὸ προοίμιον τῶν αὐτοῦ λόγων, ἀκροατὴν μὲν καὶ αὐτόπτην οὐδαμῶς ἑαυτὸν γενέσθαι τῶν ἱερῶν Ἀποστόλων ἐμφαίνει· παρειληφέναι δὲ τὰ τῆς πίστεως παρὰ τῶν ἐκείνοις γνωρίμων διδάσκει, δι᾽ ὧν φησι λέξεων· οὐκ ὀκνήσω, &c. *At verò Papias ipſe in procemio librorum ſuorum, ſe quidem ſanctorum Apoſtolorum ſpectatorem atque auditorem non fuiſſe prodit; ſed ab eorum familiaribus ea,*

quæ

quæ ad fidem pertinent, ſe accepiſſe docet, his uſus verbis: Nec pigebit, &c. ut infrà pag. 31. Poſterioris autem auditorem fuiſſe affirmat ſequentibus verbis: Παπίας τοὺς μὲν τῶν Ἀποστόλων λόγους παρὰ τῶν αὐτοῖς παρηκολουθηκότων ὁμολογεῖ παρειληφέναι· Ἀριστίωνος δὲ καὶ τοῦ πρεσβυτέρου Ἰωάννου αὐτήκοον ἑαυτόν φησι γενέσθαι. *Papias Apoſtolorum dicta ab iis, qui cum illis verſati fuerant, ſe accepiſſe profitetur: ipſius autem Ariſtionis & Joannis Presbyteri auditorem ſe fuiſſe dicit.* Euſebii auctoritate motus Baronius, poſthabitis Bedæ, Uſuardi, Adonis, &c. Martyrologiis, ubi Papias expreſsè *Joannis Apoſtoli* auditor dictus eſt, in ſuo poſuit, *Joannis ſenioris.* Sed miror, viros iſtos doctos fidem abrogaſſe Irenæo, à quo, *Joannem* ſine addito dicente, *Apoſtolum* deſignatum eſſe, ipſimet agnoverunt. Atqui is idoneus hujus rei erat teſtis, utpote Papiæ diſcipulus, juxta Hieronymum Epiſt. 29. ad Theodoram, ac proinde bene gnarus, quo hic doctore uſus fuerit. Meliùs itaque Hieronymus loco citato, Andreas Cæſarienſis in Apocalypſin, Anaſtaſius Lib. VII. in Hexaëmeron, Maximus aliique unà cum laudatis Martyrologiorum auctoribus, Papiam *Joannis Apoſtoli* vel *Evangeliſtæ* auditorem nuncuparunt. Dices cum vel pro Euſebio, majorem ipſi Papiæ, quàm Irenæo, fidem habendam eſſe: illum verò ſe non Apoſtoli, ſed Presbyteri Joannis auditorem dixiſſe. Ita quidem Euſebius de Papia; ſed non Papias de ſemetipſo: qui ſe nec *Joannem Apoſtolum* audiviſſe negat, nec *Presbyteri* auditorem fuiſſe plane affirmat. Negâſſe malè concludit Euſebius ex iſtis Papiæ verbis, ubi ait, *ſe ſollicitè ex Apoſtolorum familiaribus ſciſcitatum eſſe, quid Andreas, quid Petrus* &c. *quidve Joannes, dixerint.* Nam eadem ratione negandum quoque fuiſſet, quod Joannem Presbyterum audiverit Papias, quoniam & in hujus dicta ſe inquiſiviſſe ibidem teſtatur, addens: *Quæ item Ariſtion & Joannes Presbyter, diſcipuli Domini effati ſint.* Hoc tamen omnino voluit Euſebius, licet non clarè affirmaverit Papias. Quippe is unum quidem & alterum Joannis ſenioris dictum refert apud Euſebium loc. cit. non tamen ſe ipſum hæc ex illo audiviſſe ait. Verùm non

 repugno,

repugno, quin potius ab utroque Joanne, & Apoſtolo, & ſeniore, Papiam traditiones accepiſse credo. Neque enim ex eo, quod alios eorum auditores de pluribus ſe percontatum profitetur Papias, colligi poteſt, eum ipſum haud ex illorum numero fuiſse: ſeduli quippe diſcipuli ſolent omnino, ubi eos quid fugerit, ex condiſcipulis dicta ſenſuſque magiſtrorum exquirere; præſertim ſi alios diutiùs & familiariùs cum eis converſatos noverint. Sit igitur ratum, Papiam Joannis Apoſtoli, & forte etiam Presbyteri, auditorem fuiſse. Irrita verò eſt pronuntianda aſsertio Antiochi Brondi, qui in Commentario ad cap. 2. Apocalypſeos ait, Antiſtitem Eccleſiæ Pergamenſis, ad quem epiſtola à S. Joanne data ibi legitur, fuiſse Papiam: à nullo enim antiquorum Patrum tale quid memoriæ proditum eſt; ſed alterius in Phrygia urbis, Hierapoleos, Epiſcopum omnes uno ore dixerunt.

Tantorum igitur virorum dicta cum ipſe partim audiverit Papias, partim ab aliis acceperit, nihil mirum, ſi in ſacrarum rerum ſcientia multùm profecerit. Laudatur itaque ab Euſebio Lib. III. Hiſtor. Eccleſ. cap. 36. tanquam ἀνὴρ τὰ πάντα, ὅτι μάλιστα λογιώτατος καὶ τῆς γραφῆς εἰδήμων, *vir imprimis diſertus ac ſcripturarum peritus.* Equidem Valeſius ad *h. l.* notat, iſtud Papiæ elogium deeſse non modò in verſione Ruffini, ſed & tribus, quibus ipſe uſus eſt Euſebii Codicibus Græcis; addo & quartum, licet recentiori manu ſcriptum, quem Henricus Savilius pro munificentia ſua Bibliothecæ Bodleianæ donavit. Unde is concludit hæc verba à Scholiaſte quopiam præter mentem Euſebii addita eſse, præſertim quia ſequenti cap. 39. Papias σφόδρα σμικρὸς ὢν τὸν νοῦν, *valde exilis ingenii* fuiſse dicitur. Verùm cum priora verba, in laudem Papiæ poſita, in Regio Codice, ex quo Robertus Stephanus Euſebii hiſtoriam edidit, legantur, nec ulla ratio additionis ab aliena manu factæ dari queat, expunctionis autem in promtu ſit cauſa, quam mox dicam; illa omnino genuina & ab ipſo Euſebio ſcripta puto. Neque is ſibi loco poſteriori contradicit; quippe nihil vetat, hominem, licet eloquentem & in Scripturis verſatiſſimum,

tissimum, abditos tamen earum sensus & altiora mysteria non assequi, sed justo humiliores Divinorum oraculorum dare interpretationes. Tales autem Eusebio videbantur prolatæ à Papia explicationes dictorum de Regno Christi; quod hic, unà cum omnibus fere prisci illius ævi Doctoribus, Hierosolymis per mille annos duraturum, ac omnem bonorum, non modò spiritualium, sed & corporalium abundantiam tunc futuram in libris suis docuerit, ut ex fragmentis & citationibus eorum infrà patebit. Unde factum tandem, ut atro carbone ob hanc doctrinam sequioribus seculis notatus fuerit, quique eum sequerentur millenarii Regni assertores, Leg. V. Codicis de Hæreticis *Papianistæ* dicti sint ex sententia Cotelerii Tom. I. Monument. Eccl. Græcæ col. 765. Quicquid vero hujus rei sit, sive genuinum, sive Eusebio assutum sit hoc Papiæ encomium, tale eum meruisse nullum est dubium; præsertim cùm ipse Hieronymus, dogmati ejus infensior, libros illius, pariter ac Polycarpi, ob venustatem commendaverit, ita scribens Epist. 28. ad Lucinium: *Sanctorum Papiæ & Polycarpi volumina falsus ad te rumor pertulit à me esse translata: quia nec otii mei, nec virium est, tantas res eâdem in alteram linguam exprimere venustate.* Intellexit autem procul dubio istos libros, de quibus post Irenæum Eusebius loco citato scripsit: Τοῦ δὲ Παπία συγγράμματα πέντε τὸν ἀριθμὸν φέρεται· ἃ καὶ ἐπιγέγραπται λογίων κυριακῶν ἐξηγήσεως. *Papiæ verò quinque numero feruntur libri, qui titulum gerunt Expositionis oraculorum Dominicorum.* Neque enim alios plures tractatus à Papia elabaratos, saltem non Hieronymo cognitos, fuisse colligitur ex hujus Catalogo Scriptorum Ecclesiast. ubi ait: *Papias Joannis auditor, Hierapolitanus Episcopus in Asia, quinque tantùm scripsit volumina, quæ prænotavit, explanatio sermonum Domini.* Nihilominus & istam, quam in Papia notavit Eusebius, *nimiam mentis simplicitatem* ostendere videntur ex parte pauca nobis conservata fragmenta: quæ tamen qualiacunque mox recitabo, ubi priùs de exitu ejus pauca dixero.

Papiam, *Hierapoleos Episcopum, & Martyrem* vocat Photius

Photius, aut Stephanus Gobarus apud eum, Cod. 232. Quâ occasione Halloixius in Notis ad Vitam Papiæ cap. 3. ex Actis Onesimi discipuli Pauli, à Simeone Metaphraste descriptis apud Surium ad diem XVI. Februarii, refert Onesimum unà cum Papia spiritali commilitone ad tribunal Tertulli Romæ ductum, ambosque carceri addictos, & tormentis subjectos, &c. Verùm ut alia taceam, istum non fuisse nostrum Papiam inde constat, quod Onesimus ille recentior fuerit, male à Simeone Metaphraste pro antiquiore, Pauli discipulo, acceptus, uti post alios notarunt Bollandus & Henschenius ad d. XVI. Februarii. Nostrum autem Papiam eodem cum S. Polycarpo tempore vitam Martyrio finivisse narrat Auctor Chronici Alexandrini ad A. C. 133. his verbis: Σὺν τῷ ἁγίῳ Πολυκάρπῳ καὶ ἄλλοι θ'. ἀπὸ Φιλαδελφίας μαρτυροῦσιν ἐν Σμύρνῃ, καὶ ἐν Περγάμῳ δὲ ἕτεροι, ἐν οἷς ἦν καὶ Παπίας καὶ ἄλλοι πολλοὶ, ὧν καὶ ἔγγραφα φέρονται τὰ μαρτύρια. Quæ in Matthæi Raderi editione pessimè versa meliùs Latinè reddidit Græcè doctissimus Carolus du Fresne sequentem in modum: *Cum sancto autem Polycarpo alii novem ex Philadelphia martyrium Smyrnæ subiere; Pergami verò alii, in quibus fuit Papias, aliique multi, quorum martyria scriptis commendata extant.*

Fragmenta librorum Papiæ *de expositione oraculorum Dominicorum.*

Irenæus Lib. V. *adversus Hæres. cap.* 33.

Presbyteri meminerunt, qui Joannem discipulum Domini viderunt, audisse se ab eo, quemadmodum de temporibus illis docebat Dominus, & dicebat: Venient dies, in quibus vineæ nascentur, singulæ decem millia palmitum habentes, & in uno palmite dena millia brachiorum, & in uno verò palmite * dena millia flagellorum, & in unoquoque flagello dena millia botruum, & in unoquoque botro dena millia acinorum, & unumquodque acinum expressum dabit viginti quinque metretas vini. Et cum eorum aliquis apprehenderit sanctorum botrum, alius clamabit: Botrus ego melior sum, me sume, per me Dominum benedic. Similiter & granum tritici decem millia spicarum generaturum, &

* Forte *brachio*.

& unamquamque ſpicam habiturum decem millia granorum, & unumquodque granum quinque bilibres ſimilæ claræ mundæ: & reliqua autem poma, & ſemina, & herbam, ſecundum congruentiam iis conſequentem. Et omnia animalia iis cibis utentia, quæ à terrâ accipiuntur, pacifica & conſentanea invicem fieri, ſubjecta hominibus cum omni ſubjectione. Hæc autem & Papias, Joannis auditor, Polycarpi autem contubernalis, vetus homo, per ſcripturam teſtimonium perhibet in quarto librorum ſuorum; ſunt enim illi quinque libri conſcripti. Et adjecit dicens: Hæc autem credibilia ſunt credentibus. Et Juda, inquit, proditore non credente, & interrogante: Quomodo ergo tales geniturae à Domino perficientur? dixiſſe Dominum: Videbunt qui venient in illa *(tempora.)*

Ταῦτα δὲ καὶ Παπίας Ἰωάννου μὲν ἀκουστὴς, Πολυκάρπου δὲ ἑταῖρος γεγονὼς, ἀρχαῖος ἀνὴρ, ἐγγράφως ἐπιμαρτυρεῖ ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν αὐτοῦ βιβλίων· ἔστι γὰρ αὐτῷ πέντε βιβλία συντεταγμένα.

Hæc certe ſunt ex numero illorum, de quibus Euſebius Lib. III. cap. 39. ait: Καὶ ἄλλα δὲ ὁ αὐτὸς συγγραφεὺς ὡς ἐκ παραδόσεως ἀγράφου εἰς αὐτὸν ἥκοντα παρατέθειται, ξένας τέ τινας παραβολὰς τοῦ σωτῆρος καὶ διδασκαλίας αὐτοῦ, καί τινα ἄλλα μυθικώτερα. *Idem præterea ſcriptor* (Papias) *alia nonnulla nuda vocis traditione ad ſe perveniſſe teſtatur, inuſitatas ſcilicet quaſdam Servatoris parabolas ac doctrinas, aliaque fabulis propiora.* Quæ tamen ad defenſionem horum afferri poſſunt, dicam in Notis *, ne hìc nimiùm digrediar. Cæterùm & alibi paſſim traditiones & dicta ſenioris unius atque alterius, tacito nomine, refert Irenæus, quæ tamen recenſere nolo, quoniam quæ Papiæ, quæve aliorum ſint, diſtinctè ſcire eſt impoſſibile.

Euſebius Lib. III. *Hiſtor. Eccleſ. cap.* 29. *hæc ex proœmio librorum* Papiæ *verba recitat*:

Οὐκ ὀκνήσω δέ σοι καὶ ὅσα ποτὲ παρὰ τῶν πρεσβυτέρων καλῶς ἔμαθον, καὶ καλῶς ἐμνημόνευσα, συγκατατάξαι ταῖς ἑρμηνείαις, διαβεβαιούμενος ὑπὲρ αὐτῶν ἀλήθειαν. οὐ γὰρ τοῖς τὰ πολλὰ λέγουσιν ἔχαιρον, ὥσπερ οἱ πολλοὶ, ἀλλὰ τοῖς τἀληθῆ διδάσκουσιν· οὐδὲ τοῖς τὰς ἀλλοτρίας ἐντολὰς μνημονεύουσι, ἀλλὰ τοῖς τὰς παρὰ τοῦ κυρίου τῇ πίστει δεδομένας, καὶ ἀπ' αὐτῆς παραγινομένας τῆς ἀληθείας. εἰ δέ που καὶ παρηκολουθη-

Nec pigebit ea, quæ quondam à ſenioribus didici ac memoriæ mandavi, cum interpretationibus noſtris tibi ſcribere, ut veritas eorum noſtrâ quoque aſſertione firmetur. Non enim, ut plerique ſolent, eos unquam ſectatus ſum, qui verbis affluerent, ſed eos potiùs, qui vera docerent: nec eos, qui aliena præcepta, ſed illos, qui Domini mandata fidelibus tradita, & ab ipſa veritate profecta memorabant. Quod ſi quis interdum mihi occurrebat, qui cum ſenio-

ribus

ribus versatus esset, curiosè sciscitabar, quænam essent seniorum dicta: quid Andreas, quid Petrus, quid Philippus, quid Thomas, quid Jacobus, quid Joannes, quid Matthæus, vel cæteri Domini discipuli dicere soliti essent: quidnam Aristion & Joannes Presbyter, discipuli Domini, effati sint. Neque enim ex libris tantum me proficere posse existimabam, quantum ex hominum superstitum vivâ voce.

κῶς τις τοῖς πρεσβυτέροις ἔλθοι, τοὺς τῶν πρεσβυτέρων ἀνέκρινον λόγους· τί Ἀνδρέας, ἢ τί Πέτρος εἶπεν, ἢ τί Φίλιππος, ἢ τί Θωμᾶς, ἢ Ἰάκωβος, ἢ τί Ἰωάννης, ἢ Ματθαῖος, ἤ τις ἕτερος τῶν τοῦ κυρίου μαθητῶν· ἅτε Ἀριστίων καὶ ὁ πρεσβύτερος Ἰωάννης, οἱ τοῦ κυρίου μαθηταὶ, λέγουσιν. οὐ γὰρ τὰ ἐκ τῶν βιβλίων τοσοῦτόν με ὠφελεῖν ὑπελάμβανον, ὅσον τὰ παρὰ ζώσης φωνῆς καὶ μενούσης.

Et paulo post:

Nunc verò quemadmodum Papias, qui iisdem temporibus vixit, mirabilem quandam narrationem à Philippi filiabus accepisse se refert, exponamus. Scribit enim, mortuum illius (*Philippi*) ætate ad vitam revocatum esse; & alterum quoque miraculum refert de Justo, qui Barsabas cognominatus est, quod nempe lethale poculum ebibens, nullum inde Divinâ gratiâ acceperit incommodum.

Ὡς δὲ κατὰ τοὺς αὐτοὺς ὁ Παπίας γενόμενος διήγησιν παρειληφέναι θαυμασίαν ὑπὸ τῶν τοῦ Φιλίππου [a] θυγατέρων μνημονεύει, τὰ νῦν σημειωτέον. νεκροῦ γὰρ ἀνάστασιν κατ' αὐτὸν γεγονυῖαν ἱστορεῖ· καὶ αὖ πάλιν ἕτερον παράδοξον περὶ Ἰοῦστον τὸν ἐπικληθέντα Βαρσαβᾶν γεγονός· ὡς δηλητήριον φάρμακον ἐμπιόντος, καὶ μηδὲν ἀηδὲς διὰ τὴν τοῦ Κυρίου χάριν ὑπομείναντος.

Tandem post commemoratam ac reprehensam Papiæ *sententiam de Regno Christi millenario, illius traditiones de Sanctis Evangelistis, Matthæo & Marco, recenset Eusebius, annexis adhuc paucis, sequentem in modum:*

Nunc superioribus ejus verbis addenda venit traditio, quam de Marco Evangelista enarravit sequentibus verbis: Aiebat etiam Presbyter ille (*Joannes*) Marcum, utpote Petri interpretem, quæcunque memoriæ man-

Ἀναγκαίως νῦν προσθήσομεν ταῖς προεκτεθείσαις αὐτοῦ φωναῖς παράδοσιν, ἣν περὶ Μάρκου τοῦ τὸ εὐαγγέλιον γεγραφότος ἐκτέθειται διὰ τούτων. καὶ τοῦτο ὁ Πρεσβύτερος ἔλεγε· Μάρκος μὲν ἑρμηνευτὴς Πέτρου γενόμενος, ὅσα

[a] De filiabus Philippi, Apostoli an potius Evangelistæ & Diaconi, vide Valesii Notas ad Lib. III. Euseb. cap. 31. & Clariss. Dodwelli Dissertat. I. in Irenæum §. 23.

ἐμνημόνευσεν,

ἐμνημόνευσεν, ἀκριβῶς ἔγραψεν. οὐ μέντοι τάξει τὰ ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ ἢ λεχθέντα ἢ πραχθέντα. οὔτε γὰρ ἤκουσε τοῦ κυρίου, οὔτε παρηκολούθησεν αὐτῷ, ὕστερον δὲ, ὡς ἔφην, Πέτρῳ, ὃς πρὸς τὰς χρείας ἐποιεῖτο τὰς διδασκαλίας· ἀλλ᾽ οὐχ ὥσπερ σύνταξιν τῶν κυριακῶν ποιούμενος λόγων. ὥστε οὐδὲ ἥμαρτε Μάρκος, οὕτως ἔνια γράψας, ὡς ἀπεμνημόνευσεν. ἑνὸς γὰρ ἐποιήσατο πρόνοιαν, τοῦ μηδὲν ὧν ἤκουσε παραλιπεῖν, ἢ ψεύσασθαί τι ἐν αὐτοῖς. ταῦτα μὲν οὖν ἱστόρηται τῷ Παπίᾳ περὶ τοῦ Μάρκου. περὶ δὲ τοῦ Ματθαίου ταῦτ᾽ εἴρηται· Ματθαῖος μὲν οὖν Ἑβραΐδι διαλέκτῳ τὰ λόγια συνεγράψατο. ἡρμήνευσε δ᾽ αὐτὰ ὡς ἠδύνατο ἕκαστος. κέχρηται δ᾽ ὁ αὐτὸς μαρτυρίαις ἀπὸ τῆς Ἰωάννου προτέρας ἐπιστολῆς, καὶ τῆς Πέτρου ὁμοίως. ἐκτέθειται δὲ καὶ ἄλλην ἱστορίαν περὶ γυναικὸς, ἐπὶ πολλαῖς ἁμαρτίαις διαβληθείσης ἐπὶ τοῦ κυρίου, ἣν τὸ καθ᾽ Ἑβραίους εὐαγγέλιον περιέχει.

daverat, accuratè perſcripſiſſe: non tamen ordine pertexuiſſe, quæ à Domino aut dicta aut geſta fuerant. Neque enim ipſe Dominum audierat, aut ſectatus fuerat unquam, ſed cum Petro, ut dixi, poſtea verſatus eſt, qui pro audientium utilitate, non verò ut ſermonum Domini hiſtoriam contexeret, Evangelium prædicabat. Quocirca nihil peccavit Marcus, qui nonnulla ita ſcripſit, prout ipſe memoria repetebat. Id quippe unum ſtudebat, ut ne quid eorum, quæ audierat, prætermitteret, aut ne quid falſi eis affingeret. Hæc de Marco Papias narrat. De Matthæo verò ſic habet: Matthæus quidem Hebraico ſermone divina ſcripſit oracula; interpretatus autem eſt ea quilibet, prout potuit. Uſus verò eſt ipſe (*Papias*) teſtimoniis ex priori epiſtola Joannis, ſimiliter & Petri. Enarrat quoque aliam hiſtoriam de muliere propter multa peccata coram Domino accuſata, quæ in Evangelio ſecundum Hebræos habetur.

Andreas Cæſarienſis in Apocalypſin cap. 34. *Serm.* 12.

ΠΑπίας δὲ οὕτως ἐπὶ λέξεως· Ἐνίοις δὲ αὐτῶν, δηλαδὴ τῶν πάλαι θείων ἀγγέλων, καὶ τῆς περὶ τὴν γῆν διακοσμήσεως ἔδωκεν ἄρχειν, καὶ καλῶς ἄρχειν παρηγγύησε. Καὶ ἑξῆς φησίν· εἰς οὐδὲν δὲ συνέβη τελευτῆσαι τὴν τάξιν αὐτῶν.

ET Papias his utitur verbis: Alios ex ipſis, eos videlicet qui pridem Deo adhærebant, Angelos diſpoſitioni mundi præeſſe fecit, iiſque mandavit bene præeſſe. Et deinceps ait: Accidit verò, ordinem eorum prorſus deſtrui.

Oecumenius Comment. in Actorum Apostolicorum caput 2. (juxta ejus divisionem,) hæc Papiæ citat :

HOc autem planiùs scripsit Papias, Joannis Apostoli discipulus, dicens: Ad magnum impietatis exemplum permansit in hoc mundo Judas. In tantum enim corpore inflatus ut progredi non posset, quum currus levi cursu pertransiret, curru compressus est, ita ut intestina ejus effunderentur.

ΤΟῦτο δὲ σαφέστερον ἱστορεῖ Παπίας ὁ Ιωάννου τοῦ Αποστόλου μαθητὴς, λέγων· μέγα ἀσεβείας ὑπόδειγμα ἐν τούτῳ τῷ κόσμῳ περιεπάτησεν Ιούδας. πρησθεὶς γὰρ ἐπὶ τοσοῦτον τὴν σάρκα, ὥστε μὴ δύνασθαι διελθεῖν, ἁμάξης ῥᾳδίως διερχομένης, ὑπὸ τῆς ἁμάξης ἐπιέσθη, ὥστε τὰ ἔγκατα αὐτοῦ ἐκκενωθῆναι *.

Cæterùm ab Anastasio Lib. VII. Anagogicarum Contemplationum in Hexaëmeron Tom. I. Biblioth. M. Patrum Paris. 1609. col. 223. *inter veteres Ecclesiarum interpretes, qui spiritualiter sunt contemplati de Christi Ecclesiâ, ea quæ scripta sunt de Paradiso*, numeratur *& celebris Papias Hierapolitanus, Joannis Evangelistæ discipulus*, sed nulla ejus verba citantur. Porro Stephanus Gobarus Tritheita apud Photium Cod. 232. profitetur se non probare Παπίαν τὸν ἱεραπόλεως ἐπίσκοπον καὶ μάρτυρα, οὐδὲ Ειρηναῖον τὸν ὅσιον ἐπίσκοπον Λουγδούνων, ἐν οἷς λέγουσιν, αἰσθητῶν τινῶν βρωμάτων ἀπόλαυσιν εἶναι τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν. Et Maximus in Comment. ad Dionysii Cap. 7. de Ecclesiastica Hierarchia : ὁ Παπίας ἐν τῷ τετάρτῳ αὐτοῦ βιβλίῳ τῶν κυριακῶν ἐξηγήσεων, τὰς διὰ βρωμάτων εἶπεν ἐν τῇ ἀναστάσει ἀπολαύσεις. *Papias libro 4. Dominicarum explanationum scripsit, fore in resurrectione voluptates quæ percipiuntur ex cibis.* Moxque addit: Καὶ Ειρηναῖος δὲ ὁ Λουγδούνου ἐν τῷ κατὰ αἱρέσεων πέμπτῳ λόγῳ τὸ αὐτό φησι, καὶ παράγει μάρτυρα τῶν ὑπ᾽ αὐτοῦ εἰρημένων τὸν λεχθέντα Παπίαν *Quin & Irenæus Lugdunensis Episcopus Lib. V. adversus hæreses. idem tradit, ubi prædictum Papiam dictis suis testem adhibet.* Unde patet, hos respexisse ea, quæ supra ex Irenæo descripsimus. Plures qui Papiam nostrum citaverint, scriptores haud memini : nam alius omnino hujus nominis esse videtur, cujus *Syngrammata* allegantur in Chronica demonstratione, Allatii Lib. de Simeonum scriptis suffixa pag. 22. Sed & MSS. Codices Angliæ nihil Papiæ suppeditant, præter istud, quod sequitur de quatuor Mariis in Evangelio memoratis

Fragmentum ex Cod. 2397. Bibliothecæ Bodleianæ Anno 1302. & 1303. in Abbatia Osneyensi prope Oxonium scripto fol. 286. pag. 2.

Maria mater Domini : Maria Cleophæ sive Alphei uxor, quæ fuit

fuit mater Jacobi Episcopi & Apostoli, & Symonis, & Thadei, & cujusdam Joseph: Maria Salome uxor Zebedei, mater Joannis Evangelistæ & Jacobi: Maria Magdalene. Istæ quatuor in Evangelio reperiuntur. Jacobus & Judas, & Joseph filii erant Matercteræ Domini. Jacobus quoque & Joannes alterius Matercteræ Domini fuerunt filii. Maria Jacobi minoris & Joseph mater, uxor Alphei, soror fuit Mariæ matris Domini, quam Cleophæ Joannes nominat, vel à patre, vel à gentilitatis familiâ, vel aliâ causâ. Maria Salome, à viro vel à vico dicitur: hanc eandem Cleophæ quidam dicunt, quod duos viros habuerit.

Addidit is, qui hæc descripsit, de suo: *Maria dicitur Illuminatrix sive stella maris; genuit enim lumen mundi: sermone autem Syro Domina nuncupatur, quia genuit Dominum.* Priora verò ex Papiæ nostri libris depromta esse exinde colligo, quia initio horum verborum ad marginem expressè adscriptum lego: *Papia.* Cæterùm quæ Cod 1752. qui est Digbæi 151. in Catalogo signantur *Excerpta de Papia*, sunt vocabula, ex Dictionario alterius Papiæ, exeunte seculo XII. florentis, descripta.

Basilides Hæresiarcha.

BAsilides, ortu Alexandrinus juxta Eusebium Lib. IV. Hist. Eccl. cap. 7. patriâ egressus, aliquanto tempore in Syria unà cum Saturnino, alio Hæresiarcha, vixit, eodem magistro, forte Menandro, usus. Δύο γὰρ οὗτοι ἐγένοντο συσχολασταὶ, Βασιλείδης τε καὶ Σατορνῖλος. *Etenim duo illi condiscipuli fuere, Basilides ac Saturnilus*, ait Epiphanius Hæres. XXIII. Saturnilianorum §. 1. Sed posthæc à se invicem sejuncti, *distantes doctrinas ostenderunt, alter quidem in Syriâ, alter verò in Alexandria*, ut Irenæus scribit Lib. I. cap. 22. Et patriam quidem urbem, Alexandriam, præcipuam Basilidis sedem fuisse inde colligitur; attamen per alias quoque Ægypti provincias virus eum sparsisse, testatur Epiphanius Hæres. XXIV. Basilidianorum §. 1. Ἐν τῇ τῶν Αἰγυπτίων χώρᾳ στειλάμενος τὴν πορείαν, ἐκεῖσε τὰς διατριβὰς ἐποιεῖτο· εἶτα ἔρχεται εἰς τὰ μέρη τοῦ Προσωπίτου καὶ Ἀθριβίτου· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ περὶ τὸν Σαΐτην, καὶ Ἀλεξάνδριαν, καὶ Ἀλεξανδριπολίτην χῶρον ἤτοι νόμον. νόμον γὰρ οἱ Αἰγύπτιοί φασι τὴν ἑκάστης πόλεως περιοικίδα, ἤτοι περίχωρον. *In Ægyptum profectus, scholas illic instituit: deinde in Prosopiticam & Athribiticam Præfecturam secessit: nec*

non in Saitica & Alexandrina urbe ac urbico agro ſive Nomo verſatus eſt. Νόμον *enim Ægyptii uniuſcujuſque civitatis agrum ſive circumjacentem regionem appellant*; ſicut nos *juriſdictonem* dicere ſolemus. Sed & Perſis hæreſin ſuam propinaſſe, ac Manichæorum ſectæ ibi prælusiſſe Baſilidem, diſcimus ex Archelai & Manetis Diſputatione, nuper Romæ à Laurentio Alexandro Zacagnio, Vaticanæ Bibliothecæ Præfecto digniſſimo edita Tomo I. Monumentorum Veterum p. 101. ubi Archelaus ait: *Propoſitum eſt vobis oſtendere, non ex Mane originem mali hujus manaſſe; ſed ab alio & ante multum temporis à barbaro quodam exorta, in ſilentio habita, ab iſto verò ignote latentia, velut propria ejus eſſe prolata, deleto conſcriptoris titulo, ſicut ſuperiùs expoſui. Fuit prædicator apud Perſas etiam Baſilides quidam antiquior, non longe poſt noſtrorum Apoſtolorum tempora, qui & ipſe cum eſſet verſutus, & vidiſſet, quod eo tempore jam eſſent omnia præoccupata, dualitatem iſtam* (lucem & tenebras) *voluit affirmare, quæ etiam apud Scythianum erat. Denique cum nil haberet proprium, aliis dictis* (ſive *aliorum dicta*) *propoſuit adverſariis.*

Dicit Baſilidem *non longè poſt Apoſtolorum tempora* fuiſſe; cœpit enim hæreſin condere ſub Trajano, & propagavit ſub Hadriano, uti prolixe contra Dallæum probavit Pearſonius Part. 2. Vindic. Epiſt. Ignatii cap. 7. Imò & tunc mortuum eſſe idem vult, ac ex Hieronymi Catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum probare contendit, ubi legimus: *Mortuus eſt autem Baſilides, à quo Gnoſtici, in Alexandria temporibus Hadriani: qua tempeſtate & Chocebas dux Judaicæ factionis nolentes ſibi Chriſtianos adverſum Romanum militem ferre ſubſidium omnimodis cruciatibus necat.* Sed hac in parte dubium me reddit Cotelerius, qui in Notis ad Lib. VI. Conſtit. Apoſt. cap. 8. teſtatur, in quinque MSS. Hieronymi Codicibus, quatuor ſcilicet Regiis, & uno Bibliothecæ Monachorum S. Germani, legi *moratus eſt*, non *mortuus eſt*: atque ita etiam reperio ſcriptum in duobus præſtantiſſimis Codicibus membra-

membranaceis Bibliothecæ Bodleianæ 2222. & 3574. Confirmatur illa lectio ex loco parallelo ejusdem Hieronymi, in versione Eusebiani Chronici ad Annum 17. Hadriani ista ponentis: *Basilides Hæresiarches in Alexandria commoratur: à quo Gnostici. Chochebas dux Judaicæ factionis nolentes sibi Christianos adversum Romanum militem ferre præsidium, omnimodis cruciatibus necat.* Accedit, quod Clemens Alexandrinus Lib. VII. Strom. pag. 764. testetur Basilidem usque ad tempora Antonini Pii vitam produxisse; quare non sub Hadriano ejus decessore obiit. Contrà tamen pro vulgata lectione, Pearsonio probata, facit, quod in Græca versione dicti Catalogi, quæ Sophronio Hieronymi æquali adscribitur, legatur: Τελευτῶντος βασιλείδου. Unde patet, Auctorem Versionis istius, quisquis etiam fuerit, Suida saltem antiquior, non legisse *moratus*, sed *mortuus est*. Ast quicquid hujus rei sit, id certum est, sub Hadriano maximè floruisse infelicem illam plantam, quam Pater cœlestis, mundi Creator, non plantaverat. In hunc enim, perinde ut alii ante & post eum Gnostici, injurius fuit Basilides: cujus absurda dogmata prolixè descripsit Irenæus Lib. I. cap. 23. & in sequentibus passim refutavit. Quæ cum illîc in Notis pro virili sim illustraturus, ac postea quoque quædam ex Clemente Alexandrino & Origine explicaturus, hîc sentinam errorum Basilidis sicco pede prætereo, & de libris ejus quædam solùm addo.

Basilidem εἰς μὲν τὸ εὐαγγέλιον τέσσαρα πρὸς τοῖς εἴκοσι συντάξαι βιβλία, *quatuor & viginti libros in Evangelium conscripsisse*, testatur Agrippa Castor in Elencho contra Basilidem apud Eusebium Lib. IV. cap. 7. Idem numerus legitur in Hieronymi Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum juxta edita exemplaria, nec non in Græca Sophronii versione: quamvis in ambobus ante dictis Codicibus Bibliothecæ Bodleianæ extent XXXIV. incuriâ, puto, librariorum, qui in numeris scribendis facile hallucinantur. Vigesimum tertium horum librorum sub titulo ἐξηγητικῶν citavit Clemens Alexandrinus, ac quædam nobis servavit fragmenta, postea recitanda unà cum iis, quæ Archelaus ex Lib. XIII. allegavit

allegavit. An Basilides in aliquod IV. Canonicorum Evangeliorum hanc exegesin exaraverit, an in aliud à semetipso confictum, determinare haud audet doctissimus D. Cave in Historia literaria; multò minus ego quicquam definire ausim. Posterius tamen verisimilius puto, quia Origenes Homilia I. in Lucam, Ambrosius Procemio in Lucam, & Hieronymus Prologo in Matthæum, falsum *Basilidis Evangelium* memorant. Qualescunque autem Commentarii illi fuerint, ex paucis, quæ superstites sunt, particulis conjicere licet, omnino verum esse de iis judicium Archelai loco supra citato dicentis: *Omnes ejus libri difficilia quædam & asperrima continent.* Cæterùm non contentus fuit Basilides Evangelium confingere, sed & Prophetarum monstra protulit. Προφήτας δὲ ἑαυτῷ ὀνομάσαι Βαρκαββᾶν καὶ Βαρκὼφ, καὶ ἄλλους ἀνυπάρκτους τινὰς ἑαυτῷ συστησάμενον, *Ipsumque sibi Prophetas nominasse Barcabam & Barcoph, aliosque nonnullos, qui nunquam extiterunt, composuisse,* testatur Agrippa Castor apud Euseb. loc. cit. De fictis enim Pseudo-Prophetarum non modò personis, sed & libris ista accipienda puto, ac in hac sententia planè confirmor, dum à Clemente Alexandrino Lib. VI. Strom. pag. 641. citata considero aliqua ex Isidori, Basilidis filii, τῷ πρώτῳ τῶν Προφήτου Παρχὼρ ἐξηγητικῶν, *primo libro expositionum Prophetæ Parchor.* Nam & hic quidam Basilidis Propheta fuit; nisi forte Παρχὼρ corruptè ex Βαρκὼφ factum quis suspicari velit cum Valesio in Lib. IV. Euseb. cap. 7. Denique Psalmos sive Odas aliquas Basilidem, ut & Valentinum, composuisse notat laudatus D. Cave in Historia literaria, p. 30. & hanc in rem testem allegat Origenem in Comitoli Catena in Jobum. Sed vereor, ne memoriæ lapsus summo viro obrepserit, ut in talibus facile fieri potest: neque enim in hac Catena aliud de hæreticis illis dictum Origenis reperio præter id, quod p. 237. extat, ubi *Marcionis, Valentini, Basilidis sententias impias,* nullas autem eorum *odas* memorat. Neque ᾠδὰς habent Græca Origenis in Patricii Junii Catena pag. 590. unde rem in dubio relinquo.

Fragmentum

Fragmentum libri XIII. *Commentariorum* Basilidis.

Ex Archelai & Manetis Disputatione pag. 101. *& seq.*

Extat tertius decimus liber tractatuum ejus (Basilidis) *cujus initium tale est*: Tertium decimum nobis tractatuum scribentibus librum necessarium sermonem uberemque salutaris sermo præstavit. *Per parvulam divitis & pauperis naturam, sine radice & sine loco supervenientem, unde pullulaverit, indicat. Hoc autem solum caput liber continet. — Sed ad rem rediens; Basilides interjectis plus minus vel quingentis versibus ait*: Desine ab inani & curiosâ varietate, requiramus autem magis, quæ de bonis & malis etiam barbari inquisierunt, & in quas opiniones de his omnibus pervenerunt. Quidam enim horum dixerunt, initia omnium duo esse, quibus bona & mala associaverunt, ipsa dicentes initia sine initio esse & ingenita, id est, in principiis lucem fuisse ac tenebras, quæ ex semetipsis erant, non quæ esse dicebantur. Hæc cum apud semetipsa essent, propriam unumquodque eorum vitam agebat, quam vellet, & qualis sibi competeret; omnibus enim amicum est, quod est propriùm, & nihil sibi ipsum malum videtur. Postquam autem ad alterutrum agnitionem uterque pervênit, & tenebræ contemplatæ sunt lucem, tanquam melioris rei sumptâ concupiscentiâ, insectabantur eâ commisceri.

Ad ultima hæc verba suprà laudatus Zacagnius bene notat sequentia: *Tenebras desiderio lucis adipiscendæ actas fuisse, Manes quoque asserit in cap.* 13. *hujus operis* (Archelai) *& apud Titum Bostrensem adversus Manichæos Lib. I. pag.* 48. *editionis Canisianæ.*

Fragmentum libri XXIII.

Ex Clementis Alexandrini Stromatum Lib. IV. *pag.* 506.

ΒΑσιλείδης δὲ ἐν τῷ εἰκοστῷ τρίτῳ τῶν ἐξηγητικῶν, περὶ τῶν κατὰ τὸ μαρτύριον κολαζομένων, αὐταῖς λέξεσι τάδε ἔχει· φημὶ γὰρ τὸ, ὁπόσοι ὑποπίπτουσι ταῖς λεγομέναις θλίψεσιν, ἤτοι ἡμαρτηκότες ἐν ἄλλοις λανθά-

BAsilides autem in vicesimo tertio Exegeticorum, de iis qui martyrio puniuntur, his verbis hæc dicit: Dico enim, quicunque incidunt in eas quæ dicuntur afflictiones, sive cum imprudentes peccaverint in aliis

lapsi,

lapsi, ad hoc bonum deducuntur, benignitate ejus qui adducit, cum revera alia ex aliis crimina intententur, ne patiantur ob ea quæ mala esse certum est & extra omnem controversiam, neque maledictis appetiti ut adulter, vel occisor, sed accusati quod sint Christiani: quod quidem eos consolabitur, ut ne videantur quidem pati. Et si quis, qui omnino non peccaverit, accesserit ad patiendum, quod quidem est rarum, tamen ne is quidem aliquid patietur ex paratis à potestate insidiis, sed patietur ut passus est infans, qui videbatur nihil peccasse. Deinde paulo inferius subjungitur: sicut ergo infans qui prius non peccavit, aut actu quidem in se nihil peccavit, sed quod habeat id quod peccavit, postquam conjectus fuerit ad patiendum, afficitur beneficio, ut qui lucretur multa quæ sunt difficilia: ita etiam, si perfectus quoque qui actu nihil peccaverit, patiatur, & passus fuerit, passus est similiter atque infans; in se quidem habens peccandi potestatem, & tamen non accepta occasione ad peccandum non peccavit: quare non est ipsi imputandum, quod non peccaverit. Quemadmodum enim qui vult adulterium admittere, est adulter, etiamsi non consequatur effectus, & qui vult cædem facere, est homicida, etiamsi non possit occidere: ita etiam eum quem dico non peccasse, si videro patientem, etiamsi nihil mali fececrit, malum dicam, eo quod velit peccare. Quidvis enim dicam potius, quam malum id quod providet. Deinde inferius,

νοντες πλαίσμασιν, εἰς τοῦτο ἄγονται τὸ ἀγαθὸν, χρηστότητι τοῦ περιάγοντος· ἄλλα ἐξ ἄλλων ὄντως ἐγκαλούμενοι, ἵνα μὴ ὡς κατάδικοι ἐπὶ κακοῖς ὁμολογουμένοις πάθωσι· μηδὲ λοιδορούμενοι ὡς ὁ μοιχὸς ἢ ὁ φονεὺς, ἀλλ' ὅτι Χριστιανοὶ πεφυκότες· ὅπερ αὐτοὺς παρηγορήσει μηδὲ πάσχειν δοκεῖν. κἂν μὴ ἡμαρτηκὼς δι' ὅλως τις ἐπὶ τὸ παθεῖν γίνηται, σπάνιον μὲν, ἀλλ' οὐδὲ οὗτος κατ' ἐπιβουλὴν δυνάμεώς τι πείσεται, ἀλλὰ πείσεται, ὡς ἔπαθε καὶ τὸ νήπιον τὸ δοκοῦν οὐχ ἡμαρτηκέναι. εἶθ' ὑποβὰς, πάλιν ἐπιφέρει· Ὡς οὖν τὸ νήπιον οὐ προημαρτηκὸς, ἢ ἐνεργῶς μὲν οὐχ ἡμαρτηκὸς οὐδὲν ἐν ἑαυτῷ, τῷ δὲ τὸ ἁμαρτῆσαι ἔχον, ἐπὰν ὑποβληθῇ τῷ παθεῖν, εὐεργετεῖταί τε, πολλὰ κερδαῖνον δύσκολα· οὑτωσὶ δὴ, κἂν τέλειος μηδὲν ἡμαρτηκὼς ἔργῳ τύχῃ, πάσχῃ δὲ καὶ πάθῃ, ταὐτὸ ἔπαθεν ἐμφερῶς τῷ νηπίῳ· ἔχων μὲν ἐν ἑαυτῷ τὸ ἁμαρτητικὸν, ἀφορμὴν δὲ πρὸς τὸ ἡμαρτηκέναι μὴ λαβὼν, οὐχ ἡμάρτανεν· ὡς οὐχ αὐτῷ τὸ μὴ ἁμαρτῆσαι λογιστέον. ὡς γὰρ ὁ μοιχεῦσαι θέλων μοιχός ἐστι, κἂν τοῦ μοιχεῦσαι μὴ ἐπιτύχῃ· καὶ ὁ ποιῆσαι φόνον θέλων, ἀνδροφόνος ἐστὶ, κἂν μὴ δύνηται φονεῦσαι· οὑτωσὶ δὲ καὶ τὸν ἀναμάρτητον ὃν λέγω, ἐὰν ἴδω πάσχοντα, κἂν μηδὲν ᾖ κακὸν πεπραχὼς, κακὸν ἐρῶ τῷ θέλειν ἁμαρτάνειν. πάντ' ἐρῶ γὰρ μᾶλλον, ἢ κακὸν τὸ προνοοῦν ἐρῶ. εἶθ' ὑπο-

βὰς,

βας, καὶ περὶ τοῦ κυρίου ἄντικρυς, ὡς περὶ ἀνθρώπου λέγει· Ἐὰν μέν τοι παραλιπὼν τούτους ἅπαντας τοὺς λόγους, ἔλθῃς ἐπὶ τὸ δυσωπεῖν με, διὰ προσώπων τινῶν, εἰ τύχοι, λέγων, ὁ δεῖνα οὖν ἥμαρτεν, ἔπαθεν γὰρ ὁ δεῖνα· ἐὰν μὲν ἐπιτρέπῃς, ἐρῶ· οὐχ ἥμαρτεν μὲν, ὅμοιος δὲ ἦν τῷ πάσχοντι νηπίῳ· εἰ μέν τοι σφοδρότερον ἐκβιάσαιο τὸν λόγον, ἐρῶ, ἄνθρωπον, ὅντιν' ἂν ὀνομάσῃς, ἄνθρωπον εἶναι, δίκαιον δὲ τὸν Θεόν. καθαρὸς γὰρ οὐδεὶς, ὥσπερ εἶπέ τις, ἀπὸ ῥύπου. (Job XIV. 4. juxta ο'.)

apertè quoque de Domino dicit tanquam de homine: Sin autem his omnibus prætermissis accesseris ad hoc, ut me pudore confundas, adducens certas personas, verbi causa: Hic ergo peccavit, hic enim est passus; si permittas quidem, dicam: Non peccavit quidem, sed erat similis infanti, qui patiebatur. Sed si vehementiùs urgeas, dicam, quemcunque hominem nominaveris, eum esse hominem, justum autem Deum. Nullus enim est mundus, ut dixit quispiam, à sorde.

Ita hæc in editionibus Parisiensibus excusa extant, Græco textu passim malè diviso, & pejus Latinè translato. Primò quidem ἤτοι hîc non est disjunctivum, sed διασαφητικὸν, ideoque pro *sive* in Latina versione pone *videlicet*, ne frustra aliud disjunctionis membrum expectes. Ast hoc leve est: magis autem observa, pro ἄλλοι ἐξ ἄλλων legi debere, ἀλλὰ ἐξ ἄλλων indeque loco illorum, *cùm reverà alia ex aliis crimina intententur*; hæc, *sed aliâ prorsus de causâ in jus vocati*. Neque expressa est in versione vox κατεδίκησθαι, quâ significantur *damnati in judicio*, oppositi iis, qui tantùm sunt λοιδορούμενοι, *probris affecti*: malè neglectum quoque verbum πεφυκότες, *naturâ comparati*, indeque simpliciter positum, *quod sint Christiani*, cum verti debuerit, *quod sint Christiani naturâ tales*. Hæc enim erat Basilidis hypothesis, de qua Irenæus quidem nihil dixit, sed Clemens aliis pluribus locis testatur. Ita sub finem hujus Lib. IV. Stromat. p. 540. Basilides ἐκλογὴν, id est, Christianos electos, dicit ὑπερκόσμιον φύσει εἶναι, *naturâ esse supra mundana*. Et sub initium Lib. V. Strom. p. 545. φύσει τις τὸν Θεὸν ἐπίσταται, ὡς Βασιλείδης οἴεται, *Naturâ aliquis Deum scit, ut Basilides opinatur*. Ac mox: φύσιν καὶ ὑπόστασιν — οὐχὶ δὲ ψυχῆς αὐτεξουσίου λογικὴν συγκατάθεσιν λέγει τὴν πίστιν. *Naturam & substantiam — non autem animæ libero arbitrio utentis rationalem assensionem dicit fidem.* De sectatoribus quoque Basilidis idem refert Lib. II. Strom. p. 363. & Lib. III. p. 427. Sed adhuc aliud ad fragmenti recitati emendationem addo: Nimirum pro ἐνεργῶς μὲν οὐχ ἡμαρτηκὸς οὐδὲν ἐν ἑαυτῷ, τῷ δὲ τὸ ἁμαρτῆσαι ἔχον, *qui actu quidem in se nihil peccavit, sed quod habeat id quod peccavit*, lege, ἐνεργῶς μὲν οὐχ ἁμαρτηκὸς οὐδὲν, ἐν ἑαυτῷ δὲ τὸ ἁμαρτῆσαι ἔχον, *qui actu quidem nihil quicquam peccavit, in se verò peccatum* (id est peccandi facultatem) *habet*; nam & paulo

post in apodosi, quæ huic protasi respondet, eodem modo ait: ἔχων μὲν ἐν ἑαυτῷ τὸ ἁμαρτητικὸν, &c. *in se quidem habens peccandi potestatem*, &c.

Cæterùm recitata hactenus verba certè referenda sunt inter illos, quos Origenes Tractat. 28. in Matthæum leviter perstringit, *Basilidis sermones detrahentes eis, qui usque ad mortem certant pro veritate, ut confiteantur coram hominibus Jesum.* Docet enim iis, omne martyrium esse pœnam peccatorum antè commissorum, si non actu, saltem voluntate. Quod merito tanquam absurdum refutat Clemens pag. 507. inter alia scribens: Εἰ δὲ τὸ μαρτύριον ἀνταπόδοσις διὰ κολάσεως, καὶ ἡ πίστις καὶ ἡ διδασκαλία, δι' ἃς τὸ μαρτύριον. συνεργοὶ ἄρα αὗται κολάσεως, ἧς τίς ἂν ἄλλη μεῖζον ἀτιμωρίας γένοιτο; *Si autem martyrium est retributio per supplicium, & fides pariter ac doctrina, propter quas martyrium subitur, erit talis. Sunt ergo hæ quoque adjutrices supplicii, quo quidnam aliud possit esse absurdius?* Vide plura ibidem. Per peccata autem antè commissa, ac martyrio punienda, intellexit Basilides delicta non in eodem solùm, sed & alio corpore perpetrata: siquidem μετεμψύχωσιν defendit, ut ibidem animadvertit Clemens his verbis: Ἀλλὰ τῷ Βασιλείδῃ ἡ ὑπόθεσις προαμαρτήσασαν φησὶ τὴν ψυχὴν ἐν ἑτέρῳ βίῳ, τὴν κόλασιν ὑπομένειν ἐνταῦθα. *Sed Basilidi hypothesis dictat, animam, quæ priùs peccaverat in alia vita, hic pati supplicium.* Verùm uti Clemens mox subjungit: Ἀλλὰ περὶ μὲν τὰ δόγματα ἐκεῖνα, εἰ μετενσωματοῦται ἡ ψυχὴ — κατὰ τοὺς οἰκείους λεχθήσεται καιρούς, *Sed ad illa quidem dogmata, an à corporibus in corpora migret anima — dicetur suo tempore*; ita & ego hanc rem differo, usque dum ad aliud Basilidis dictum ex Origene recitandum devenero. Jam ad priùs citata verba revertor: è quibus Clemens collegit, quod Basilides *Christum Dominum ausus fuerit dicere hominem peccato obnoxium*, uti pag. 507. notavit. Jam ea quidem hoc haud clarè eloquuntur, imo ne quidem disertam Servatoris mentionem faciunt; verùm ex integro forte contextu Clementi patuit, per ἄνθρωπον, ὅντιν' ἂν ὀνομάσῃς, ipsum Christum Dominum à Basilide esse indigitatum.

Alia Basilidis verba à Clemente haud citata memini, licet identidem errorum ejus mentionem faciat, etiam talium, qui ab Irenæo non sunt memorati. Sic hoc ipso Lib. IV. Strom. pag. 536. ubi dixerat *peccata ante susceptam fidem commissa dimitti*, addit: πλὴν οὐδὲ πάσας ὁ Βασιλείδης φησὶ, μόνας δὲ τὰς ἀκουσίους καὶ κατὰ ἄγνοιαν ἀφίεσθαι. *Sed ne omnia quidem dicit Basilides, verùm sola dimitti involuntaria, & quæ per ignorantiam facta sunt.* Et pag. 539. Βασιλείδης ὑποστατὰς, δικαιοσύνην δὲ καὶ τὴν θυγατέρα αὐτῆς τὴν εἰρήνην, ὑπολαμβάνει ἐν ὀγδοάδι μένειν ἐνδιατεταγμένας. Ubi in margine notatur, pro ὑποστατὰς legendum ἀποστατήσας, indeque in versione dicitur: *Basilides*

lides autem qui defecit. Sed nullâ hic textus indiget correctione, ac ita Latinè reddi poteſt: *Baſilides juſtitiam ejuſque filiam pacem, tanquam ſubſiſtentes exiſtimat manere in ogdoade collocatas.* Si dicas, ὑποστατὸν Clementi non fuiſſe in uſu, reſpondeo ab ipſo uſurpatum legi Lib. VII. Strom. pag. 769. Imo adhuc aliter ſine ullius literæ mutatione dictus textus intelligi poteſt, ſi tranſpoſito tantùm accentu legas ὑποστάτας. ὑποστάτης quippe *fulcimentum*, quo res ſuſtentatur, ſignificat: atqui eâdem paginâ paulo antè Clemens ait: δικαιοσύνη ἐν ἐστιν εἰρήνη βίου καὶ ὑπόστασις. *Juſtitia ergo eſt pax vitæ & ſtabilimentum.*

Aliud Baſilidis *fragmentum*

Ex Origenis Lib. V. *Comment. in Epiſt. ad Romanos cap.* 5. *Tom.* II. *pag.* 530. *edit. Baſileenſis* 1571.

Ego, inquit, (*Paulus*) mortuus ſum: cœpit enim mihi jam reputari peccatum. Sed hæc Baſilides non advertens de lege naturali debere intelligi, ad ineptas & impias fabulas ſermonem Apoſtolicum traxit in Pythagoricum dogma: id eſt, quod animæ in alia atque alia corpora transfundantur ex hoc Apoſtoli dicto conatur adſtruere. *Dixit enim*, inquit, *Apoſtolus, quia ego vivebam ſine lege aliquando, hoc eſt, antequam in iſtud corpus venirem, in eam ſpeciem corporis vixi, quæ ſub lege non eſſet, pecudis ſcilicet vel avis.* Sed non reſpexit ad id, quod ſequitur, id eſt: Sed ubi venit mandatum, peccatum revixit, &c.

Ejuſdem erroris mentionem quoque facit Origenes Tract. 28. in Matthæum, ubi de Baſilidis auditoribus ait: *In iiſdem ſermonibus docent, non eſſe alias peccatorum pœnas, niſi tranſcorporationes animarum poſt mortem.* Refellit verò Irenæus Lib. II cap 58. quem lege.

Valentinus Hæreſiarcha.

DE ortu & patria *Valentini* vix quicquam certi affirmari poſſe, jam plures notarunt ex Epiphanii Hæreſi XXXI. §. 2. ubi ait: Τὴν αὐτοῦ πατρίδα, ἢ πόθεν οὗτος γεγέννηται, οἱ πολλοὶ ἀγνοοῦσιν. οὐ γάρ τινι τῶν συγγραφέων μεμέληται τοῦτο δεῖξαι τὸν τόπον. *Patriam ejus* (Valentini) *ac ſtirpem plerique neſciunt. Neque enim locum, unde oriundus eſſet, deſignare ulli ſcriptorum curæ fuit.* Ex fama tamen & relatione quorundam addit, αὐτὸν γεγεννῆσθαι φρεβωνίτην τῆς Αἰγύπτου παραλιώτην·

λιώτlω· ἐν Ἀλεξανδρείᾳ δὲ πεπαιδεῦσθαι τὴν τῶν Ἑλλήνων παιδείαν, *Phrebonitem illum fuiſſe, ex maritima Ægypti ora: Alexandriæ verò in Græcorum diſciplinis eruditum.* De tempore Valentini certiora nos edocet Irenæus Lib.III. c.4. ſcribens; Οὐαλεντῖνος μὲν γὰρ ἦλθεν εἰς Ῥώμlω ἐπὶ Ὑγίνου, ἤκμασε δ' ἐπὶ Πίου, καὶ παρέμεινεν ἕως Ἀνικήτου. *Valentinus enim venit Romam ſub Hygino, increvit verò ſub Pio, & prorogavit tempus uſque ad Anicetum.* Neque ſolùm ſub Hygino Romam veniſſe, ſed & hæreticum tunc ibi agnitum fuiſſe, diſcimus ex Chronico Canone Euſebii ad Annum Chriſti 141. Antonini III. ita ſcribentis: Κατὰ Ὑγῖνον Ῥώμης ἐπίσκοπον Οὐαλεντῖνος ἰδίας αἱρέσεως εἰσηγητὴς, καὶ Κέρδων ὁ κατὰ Μαρκίωνα πλάνης ἀρχηγὸς ἄμφω ἐπὶ τῆς Ῥώμης ἐγνωρίζοντο· *Sub Hygino Romæ Epiſcopo Valentinus propriæ Hæreſeos conditor, & Cerdon erroris Marcionitarum dux, ambo Romæ cogniti ſunt.* Quæ verè quidem ſcripſit Euſebius, ſed in temporum ſupputatione hallucinatus eſt, dum Hyginum Anno 140. Chriſti, II. Antonini, Epiſcopatum Romæ ſuſcepiſſe tradit, cum Anno Chriſti 122. vel 123. id factum demonſtraverint Chronologi accuratiſſimi, Pearſonius & Dodwellus, ille Diſſertat.2. De Annis primorum Romæ Epiſcoporum cap. 12. hic autem Diſſertatione ſingulari de Romanorum Pontificum primævâ ſucceſſione cap. 12. §. VI. Unde & Valentini ortus ad dictos annos referendus eſt; id quod vel ex ipſius Euſebii proximè ſequentibus loco citato verbis colligere eſt. Nam ad Ann. Chriſti 142. Antonini IV. hæc adſcripſit: Ἰουστῖνος Φιλόσοφος ὑπὲρ τοῦ καθ' ἡμᾶς ὀρθοῦ λόγου βίβλον ἀπολογίας Ἀντωνίνῳ ἐπιδέδωκεν. *Juſtinus Philoſophus librum pro noſtra vera religione conſcriptum Antonino tradidit*; Apologiam ſcilicet, vulgò ſecundam dictam, cum revera prima fuerit, ut jampridem eruditi obſervarunt. In hac autem Apologia Juſtinus hæc inter alia habet verba, ab Euſebio quoque Lib. IV. Hiſt. Eccl. cap. 11. allegata: Ἔστι δὲ ἡμῖν καὶ σύνταγμα κατὰ πασῶν τῶν γεγενημένων αἱρέσεων, ᾧ εἰ βούλεσθε ἐντυχεῖν, δώσομεν. *Eſt verò nobis liber contra exortas hæreſes omnes compoſitus, quem, ſi placet, legendum dabimus.* Hunc itaque Tractatum patet aliquantò priùs à Juſtino elabora-

tum

tum fuisse, ac proinde fidem in hoc mereri Cedrenum, qui ad Adriani tempora refert, scribens: ἐπὶ τούτου Ἰουστῖνος ὁ φιλόσοφος κατὰ πασῶν αἱρέσεων ἠνδρίζετο. *Sub hoc* (Adriano) *Justinus Philosophus contra omnes hæreses masculè decertavit.* Atqui in isto libro Valentinum inter alios refutatum esse dubitare nos non sinit Tertullianus Lib. contra Valentinianos cap. 5. ac proinde nullum quoque dubium, Valentinum aliquanto tempore ante dictum Justini librum sub Hadriano scriptum extitisse sectamque condidisse, uti egregiè hoc argumento probavit laudatus Pearsonius Part. 2. Vindic. Epist. Ignatii cap. 7. Atque vix habeo quod à doctissimo Præsule de ætate Valentini dictis addam, præter testimonium Victorini Petavionensis, qui exeunte Seculo III. floruit, & brevem in Apocalypsin S. Joannis commentarium edidit, in quo Tom. I. Bibl. M. Patrum col. 576. edit. Paris. 1654. hæc tradit: *Cum essent Valentinus, & Cerinthus, & Ebion, & cæteri scholæ Sathanæ diffusi per orbem, convenerunt ad illum* (Joannem Apostolum) *de finitimis provinciis omnes, & compulerunt, ut ipse testimonium conscriberet.* Unde tunc Evangelium à S. Joanne scriptum esse ait. Non me fugit quidem, Criticos ad unum omnes hunc Victorini fœtum suppositionis postulâsse, quia millenarium Christi in terris Regnum oppugnat, quod à Victorino defensum esse, ex Prologo Hieronymi ad Anatolium his commentariis præfixo patet. Ast miror viros doctos haud advertisse, quod Hieronymus sub finem dicti Prologi scripsit, nempe à se non solùm *correcta esse, quæ ab imperitis erant vitiata scriptoribus*; sed & aliqua, *ad finem voluminis addita.* In calce verò hujus commentarii extant ea, quibus Regnum mille annorum rejicitur: quæ idcirco ab Hieronymi, non Victorini, manu profecta esse patet. Cæterùm ipsum citatum Victorini locum quod attinet, huic non quidem assentior in eo, quod Valentinum, ut hæreticum, ad eadem cum Cerintho ac Ebione tempora, & inter illos referat, contra quos S. Joannes Evangelium exaravit; quin potius subscribo verbis Epiphanii Hæres. XXXI. §. 2. Οὐαλεντῖνος μὲν οὖν οὗτος τῷ χρόνῳ

διαδέχεται

διαδέχεται τοὺς πρὸ αὐτοῦ προτεταγμένους, Βασιλείδην τε καὶ Σατορνῖλον, Ἐβίωνά τε καὶ Κήρινθον, *Igitur Valentinus iſte prioribus illis antè commemoratis tempore eſt poſterior, Baſilide nimirum ac Saturnilo, Ebione & Cerintho*; id tamen veriſſimum puto, quod jam S. Joannis ævo vixerit Valentinus, licet nondum hæreſin docuerit. Nam cum circa Annum 123. vel paulo pòſt, ſub Hygino hæreticus agnitus ſit, ut ex ante dictis liquet; cumque ex Tertulliani verbis mox citandis conſtet, eum ſectæ condendæ occaſionem ex lata Epiſcopatûs repulsâ cepiſſe, ſane eum tunc juvenilem ætatem, id eſt, annum trigeſimum & quod excurrit uſque ad quadrageſimum, exceſſiſſe firmiter inde concludere licet; neque enim ſpem Epiſcopatûs in Eccleſia concipere potuiſſet, *adhuc juvenis exiſtens, qui necdum provectiorem haberet ætatem*, ut Irenæus de alia, nempe Servatoris noſtri, perſona argumentatur Lib. II. c. 39.

Dixi, occaſionem condendæ ſectæ Valentino dediſſe repulſam Epiſcopatûs: ita enim Tertullianus Lib. contra Valentinianos cap. 4. *Speraverat Epiſcopatum Valentinus, quia & ingenio poterat & eloquio. Sed alium ex martyrii prærogativa loci potitum indignatus, de Eccleſia authenticæ regulæ abrupit, (ut ſolent animi pro prioratu exciti præſumtione ultionis accendi) ad expugnandam converſus veritatem.* Cujus urbis cathedram ambiverit Valentinus, haud exprimit Tertullianus, nec alius quiſpiam docet: quod verò ait, eum & ingenio & eloquio plurimùm valuiſse, id confirmat Droſerius Valentinianus Sect. IV. Dialogi contra Marcionitas, qui Origeni à quibuſdam adſcribitur, ab initio de Valentino dicens: οὐκ εὐτελὴς ἦν ἀνήρ. *Vir minimè vulgaris fuit.* Et Philaſtrius Lib. de Hæreſibus: *Valentinus in primis quidem fuit in Eccleſia, elatior autem factus poſtmodum, errore non parvo deceptus eſt.* Hinc Hieronymus Lib. II. Commentariorum in Oſeæ c. 10. Tom. V. pag. 62. ubi obſervaverat, quod *nullus poſſit hæreſin adſtruere, niſi qui ardentis ingenii eſt, & habet dona naturæ, quæ à Deo artifice ſunt creata*, exempli gratia addit: *Talis fuit Valentinus, talis Marcion, quos doctiſſimos legimus.*

legimus. Materiam errorum ei ſuppeditavit partim ſtudium Philoſophiæ, cui eum Alexandriæ innutritum fuiſse, Epiphanius ſupra affirmabat, præcipuè Platonicæ; unde *Platonicum* eum appellat Tertullianus de Præſcriptionibus adverſus hæreticos cap. 7. & *Platonicæ Sectatorem* cap. 30. partim lectio Poëtarum, maximè Heſiodi, à quibus triginta Æones illum accepiſse docet Epiphanius loco citato; cum quo confer Irenæum Lib. II. cap. 19. Notandum tamen, quod non primus ille placita Philoſophorum, ac Poëtarum fabulas, doctrinæ Chriſtianæ immiſcuerit, ſed alios in erronea hac via duces ſecutus ſit, ἀπὸ τῶν σὺν αὐτῷ καὶ πρὸ αὐτοῦ τῆς ἀληθείας ἐκπεπλωκότων τὴν ὑπόνοιαν κτησάμενος, *ab iis, qui vel ſuo tempore, vel ante ſe à veritate receſſerant, errorem mutuatus*, ut Epiphanius loco citato ſcribit; vel ut ante eum Irenæus Lib. I. cap. 5. ait: πρῶτος ἀπὸ τῆς λεγομένης γνωστικῆς αἱρέσεως τὰς ἀρχὰς εἰς ἴδιον χαρακτῆρα διδασκαλείου μεθαρμόσας, *primus ab ea, quæ dicitur Gnoſtica hæreſis, principia mutuatus, ac propriam ſcholæ ſuæ doctrinam inde efformans.* Ne tamen mali corvi malum ovum videretur, *ab ore Theodadis, qui Pauli fuerat familiaris, Valentinum pependiſſe*, ſectatores ejus jactabant, ſicuti *Baſilides Glaucia, Petri interprete, magiſtro uſus eſſe ferebatur*, teſte Clemente Alexandrino Lib. VII. pag. 764. Atque hunc, ut obiter id moneam, iſtum in interpolata Ignatii Epiſtola ad Trallianos §. 11. memoratum *Theodotum*, ſive ut in Codice Collegii Baliolenſis legitur, *Theododum* fuiſse conjecit Uſſerius in Notis ad hunc locum. Verùm meritò huic conjecturæ objicit diligentiſſimus hæreticorum enarrator Ittigius Diſſertat. I. de Hæreſiarchis Sect. I. cap. 3. quod nuſquam alibi Theodadem iſtum inter hæreticos numeratum, imo nec Valentinum errores ſuos ab ipſo mutuatum legamus, licet ejus auditor fuiſſe feratur. Atque hinc ipſe Theodotum ſive Coriarium, ſive Trapezitam, quorum uterque Seculo II. exeunte prodiit, ab Interpolatore indigitatum, ac horum tempora cum Ignatii ævo imperitè confuſa exiſtimat. Sed neque huic ſententiæ accedo, quin potius antiquiorem à Theodoreto Lib. I. Hæreticarum fabularum cap. 8. aliiſque memoratum

memoratum Theodotum, Valentini ſectatorem, ac Ignatio nondum defuncto viventem, in dicto Pſeudo-Ignatii loco intelligo; de quo plura ſuo loco, ubi nempe excerpta à Clemente ex ejus libris recenſuero, quæ itidem minus rectè tam à laudato Ittigio Sect. II. cap. 15. quàm ab aliis viris doctis pro recentioris Theodoti Coriarii fragmentis accepta ſunt. Nunc ad Valentinum redeo, & de pravis illius dogmatibus quidem nihil dico, quoniam ſatis ab Irenæo & in Notis ad illum dictum eſt. Id ſolùm annotare placet, eum non omnes ab initio errores ſimul protuliſſe, ſed, prout Apoſtolus 2 Timoth. III. v. 13. ſcribit, *Mali autem homines & ſeductores proficient in pejus*, procedente tempore profundiùs in erroris barathro demerſum fuiſſe, teſte Epiphanio Hæreſ. XXXI. §. 7. ubi poſtquam eum priùs in Ægypto, deinde Romæ, virus ſuum ſparſiſſe dixerat, in inſulam Cyprum demum profectum omnimodè naufragium fidei feciſſe ait: ἐνομίζετο γὰρ περὶ τούτου μέρος ἔχειν εὐσεβείας καὶ ὀρθῆς πίστεως ἐν τοῖς προειρημένοις τόποις· ἐν δὲ τῇ Κύπρῳ λοιπὸν εἰς ἔσχατον ἀσεβείας ἐλήλακε, καὶ ἐβάθυνεν ἑαυτὸν ἐν ταύτῃ τῇ καταγγελλομένῃ ὑπ' αὐτοῦ μοχθηρίᾳ. *Hactenus enim partem aliquam pietatis & rectæ fidei retinere illis in locis videbatur: in Cypro autem ad extremum impietatis prolapſus eſt, & profundiùs in improbiſſima, quam prædicavit, doctrina prorſus demerſus fuit.*

Cæterùm non viva ſolùm voce, ſed & ſcriptis Tractatibus hæreſin ſuam propagare conatus eſt Valentinus. De his Feuardentius in Notis ad Procemium Irenæi: *Valentinus*, inquit, *Hæreſiarcha quædam ſcriptis evulgavit, velut Evangelium, Pſalmos, & Sophiam, ut eſt apud Tertullianum lib. de Præſcript. Clementem Alexandr. lib. II. Strom. ac Epiphanium.* Sed nihil de his libris apud Epiphanium vel Clementem Alexandrinum Lib. II. Strom. legitur, licet in hoc aliqua ex quadam Valentini epiſtola allegaverit. Apud Tertullianum quidem Lib. de Præſcript. adverſus hæreticos cap. 49. hæc de Valentino extant: *Evangelium habet etiam ſuum præter hæc noſtra.* Sed jam norunt eruditi, ſecundam libri de Præſcript. adverſus hæreticos

reticos partem à cap. 46. usque ad finem, quâ illos singulatim recenset, spuriam esse: id quod vel ex hoc ipso argumento colligere est. Quippe in prima, omnium consensu genuina, hujus libri parte cap. 38. istud, quod Auctor Appendicis Valentino intentat crimen suppositionis falsæ Scripturæ, disertè ab eo removetur his verbis: *Alius* (hæreticus) *manu scripturas, alius sensu expositiones intervertit. Neque enim si Valentinus integro instrumento uti videtur, non callidiore ingenio quàm Marcion manus intulit veritati. Marcion enim exertè & palam machærâ, non stylo usus est: quoniam ad materiam suam cædem scripturarum confecit. Valentinus autem pepercit: quoniam non ad materiam Scripturas,* (bene nota) *sed materiam ad Scripturas excogitavit.* Nec quispiam alius, qui stylum in hæreticos acuit, Valentinum suppositionis falsi Evangelii accusavit. Equidem Irenæus Lib. III. cap. 11. prope finem de Sectatoribus Valentini scripsit: *Hi qui sunt à Valentino, iterum existentes extra omnem timorem, suas conscriptiones proferentes, plura habere gloriantur quàm sint ipsa Evangelia: siquidem in tantum processerunt audaciæ, uti quod ab his non olim conscriptum est, veritatis Evangelium titulent, in nihilo conveniens Apostolorum Evangeliis, ut nec Evangelium quidem sit apud eos sine blasphemia.* Ast non ipsi *Valentino*, (uti quidem in præcedentibus *Marcioni*) mutilationem veri, vel suppositionem falsi Evangelii adscripsit, imo contrarium innuit, dum falsum Evangelium *ab iis qui sunt à Valentino*, & quidem *non olim conscriptum* dicit. Nullum itaque Evangelium à Valentino fictum puto; alium autem librum, quem titulo *Sophiæ* donavit, nec non *Psalmos* ab ipso compositos colligo ex Tertulliani Lib. adversus Valentinianos cap. 2. *Docet ipsa Sophia, non quidem Valentini, sed Salomonis.* Et Lib. de carne Christi cap. 20. *Nobis quoque ad hanc speciem Psalmi patrocinabuntur, non quidem Apostatæ, & hæretici, & Platonici Valentini, sed sanctissimi & receptissimi Prophetæ David. Ille apud nos canit Christum,* &c. (Ita enim potiùs textum Tertulliani

 distinguere

diſtinguere placet, quàm in editis, ubi à nomine *David* nova incipit periodus.) Sed horum Pſalmorum nullum ſupereſt fragmentum, uti nec *Sophiæ*; niſi forte pro parte ejus ſit habenda iſta Valentini Diſſertatio, quam ex ſupra dicto contra Marcionitas Dialogo inferiùs recitabo. Epiſtolarum autem Valentini, nec non Homiliæ unius atque alterius particulas nobis conſervavit Clemens Alexandrinus in ſuo Στρωματέων opere, ex quo illas hîc ſiſto.

Fragmenta Epiſtolarum Valentini.

Ex Clementis Alexandrini Lib. III. *Stromatum pag.* 375. *& ſeqq.*

Videtur autem Valentinus quoque in quadam Epiſtola talia quædam mente apprehendiſſe. His enim verbis ſcribit: Et ſic ex illo figmento terrore affectus fuit Author Angelorum, quando majora elocutus eſt, quam quæ convenirent effictioni, propter eum qui in ipſo inaſpectabiliter dederat ſemen ſupernæ eſſentiæ, & libere loquebatur. Ita etiam in mundanorum hominum generationibus, timores fuerunt opera hominum iis, qui ea faciebant: quemadmodum ſtatuæ & imagines, & omnium manus efficiunt in nomine Dei. In nomine enim hominis formatus Adam, timorem præbuit ejus, qui priùs erat hominis, ut qui ipſe eſſet in ipſo conſtitutus, & obſtupuerunt, & opus cito aboleverunt.

Ἔοικε δὲ καὶ Οὐαλεντῖνος ἔν τινι ἐπιστολῇ τοιαῦτά τινα ἐν νῷ λαβών· αὐταῖς γὰρ γράφει ταῖς λέξεσι· καὶ ὡς περίφοβος ἐπ' ἐκείνου τοῦ πλάσματος ὑπῆρξε τοῖς ἀγγέλοις, ὅτε μείζονα ἐφθέγξατο τῆς πλάσεως, διὰ τὸν ἀοράτως ἐν αὐτῷ σπέρμα δεδωκότα τῆς ἄνωθεν οὐσίας καὶ παῤῥησιαζόμενον· οὕτω καὶ ἐν ταῖς γενεαῖς τῶν κοσμικῶν ἀνθρώπων, φόβοι τὰ ἔργα τῶν ἀνθρώπων τοῖς ποιοῦσιν ἐγγύετο, οἷον ἀνδριάντες καὶ εἰκόνες· καὶ πάντων αἱ χεῖρες ἀνύουσιν εἰς ὄνομα Θεοῦ. εἰς γὰρ ὄνομα ἀνθρώπου πλαθεὶς Ἀδάμ, φόβον παρέσχεν προόντος ἀνθρώπου, ὡς δὴ αὐτοῦ ἐν αὐτῷ καθεστῶτος, καὶ κατεπλάγησαν, καὶ ταχὺ τὸ ἔργον ἠφάνισαν.

Ita hæc foliis Sibyllæ ſimilia leguntur in editionibus Pariſienſibus, Græcè corrupta, Latinè corruptiora; quæ ſequentem in modum corrigo & explico: Καὶ ὡσπερεὶ φόβος (non ὡς περίφοβος) ἐπ' ἐκείνου τοῦ πλάσματος ὑπῆρξε τοῖς ἀγγέλοις, *Et quemadmodum illa creatura*

tura

tura (homo) *terrorem incussit Angelis*, qui ipsi hominum conditores erant ex hæreticorum istorum hypothesi, ut ex sequentibus patet. Atque tunc aptè respondet apodosis: οὕτω καὶ .... φόβους τὰ ἔργα τῶν ἀνθρώπων τοῖς ποιοῦσιν ἐγένετο, οἷον ἀνδριάντες καὶ εἰκόνες, καὶ πάντα, ἃ (pro duabus vocibus πάντων αἱ, quarum priorem ex conjecturâ, posteriorem ex Florentino exemplari emendo) ἀνύουσιν εἰς ὄνομα Θεοῦ. *ita & ..... timori fuerunt opera hominum iis, qui ea faciebant: veluti statuæ & imagines, & omnia, quæ manus perficiunt in nomen* (sive honorem) *Dei.* Εἰς γὰρ ὄνομα ἀνθρώπου πλασθεὶς Ἀδὰμ φόβον παρέσχεν προόντος (non πρὸ ὄντος) ἀνθρώπου, δὴ αὐτοῦ ἐν αὐτῷ καθεστῶτος, &c. *Quippe in honorem* & ad imaginem *hominis* prototypi *formatus Adam, timorem sive reverentiam præexistentis hominis, utpote in ipso habitantis, præbuit* Angelis, *indeque obstupuerunt, & opus cito aboleverunt.* Quæ ultima dicto modo legenda atque intelligenda esse, non solùm ipse horum verborum contextus atque hypotheses antiquorum hæreticorum, sed & paulo pòst pag. 376. sequentia Clementis contra hæc disputantis verba unicuique probabunt: εἰ δὲ ὁ φόβος τοῦ προόντος ἀνθρώπου ἐπιβούλους τοῦ σφετέρου πλάσματος πεποίηκε τοὺς ἀγγέλους, &c. *Si autem metus ejus qui priùs existebat hominis Angelos fecit sui figmenti insidiatores*, ut scilicet illud corruptum irent, &c. Ipsum Clementem, si placet, lege.

Ex eodem Lib. II. *Stromatum pag.* 409.

Ἀλλὰ καὶ Οὐαλεντῖνος, πρός τινας ἐπιστέλλων, αὐταῖς λέξεσι γράφει περὶ τῶν προσαρτημάτων· Εἷς δέ ἐστιν ἀγαθός· οὗ παῤῥησία ἡ διὰ τοῦ υἱοῦ φανέρωσις. καὶ δι' αὐτοῦ μόνου δύναιτο ἂν ἡ καρδία καθαρὰ γενέσθαι, παντὸς πονηροῦ πνεύματος ἐξωθουμένου τῆς καρδίας. πολλὰ γὰρ ἐνοικοῦντα αὐτῇ πνεύματα, οὐκ ἐᾷ καθαρεύειν· ἕκαστον δὲ αὐτῶν, τὰ ἴδια ἐκτελεῖ ἔργα, πολλαχῶς ἐνυβριζόντων ἐπιθυμίαις οὐ προσηκούσαις. καί μοι δοκεῖ ὅμοιόν τι πάσχειν τῷ πανδοχείῳ ἡ καρδία· καὶ γὰρ ἐκεῖνο κατατιτρᾶταί τε καὶ ὀρύττεται, καὶ πολλάκις κόπρου πίμπλαται, ἀνθρώπων ἀσελγῶς ἐμ-

Quinetiam Valentinus scribit ad aliquos his verbis de appendicibus: Est autem unus bonus, cujus fiducia est ea quæ fit per filium manifestatio. Et per eum solum potest cor fieri mundum, ejecto ex corde omni maligno Spiritu. Multi enim in eo habitantes Spiritus, id mundum esse non sinunt. Unusquisque autem eorum propria efficit opera, sæpe non convenientibus insultans cupiditatibus. Ac mihi quidem videtur cor non esse absimile diversorio: Illud enim perforatur & effoditur, & stercore sæpe repletur, cum homines se petulanter gerant, & locum

nihil omnino curent, ut qui ſit alienus. Eodem modo cor quoque: cum, quamdiu nulla ejus cura geritur, ſit immundum & multorum Dæmonum habitaculum: Poſtquam autem id inviſerit qui ſolus eſt bonus Pater, ſanctificatum eſt, & luce reſplendet: Et ſic qui tali corde eſt præditus beatur, quoniam Deum videbit.

μελόντων, καὶ μηδεμίαν πρόνοιαν ποιουμένων τῆς χώρας, καθάπερ ἀλλοτρίου καθεστῶτος· τὸν τρόπον τοῦτον καὶ ἡ καρδία, μέχρι μὴ προνοίας τυγχάνει, ἀκάθαρτος οὖσα, πολλῶν οὖσα δαιμόνων οἰκητήριον. ἐπειδὰν δὲ ἐπισκέψηται αὐτὴν ὁ μόνος ἀγαθὸς πατὴρ, ἡγίασται, καὶ φωτὶ διαλάμπει· καὶ οὕτω μακαρίζεται ὁ ἔχων τὴν τοιαύτην καρδίαν, ὅτι ὄψεται τὸν Θεόν.

Hæc iterum emendatione aliquâ egent, & pro illis: οὗ παῤῥησίᾳ ἡ διὰ τοῦ υἱοῦ φανέρωσις, (ut in omnibus editionibus leguntur) ponenda: οὗ παρουσίᾳ, &c. *cujus præſentiam nobis exhibuit ea quæ per filium facta eſt manifeſtatio.* Patet ex ſequentibus: ἐπειδὰν δὲ ἐπισκέψηται αὐτὴν ὁ μόνος ἀγαθὸς πατὴρ, &c. Quod autem προσαρτήματα attinet, de quibus Valentinus hæc ſcripſiſſe dicitur, ea declaranda ſunt ex præcedentibus pag. 408. Clementis verbis: οἱ ἀμφὶ τὸν Βασιλείδην προσαρτήματα τὰ πάθη καλεῖν εἰώθασιν· πνεύματά τινα ταῦτα κατ' οὐσίαν ὑπάρχειν προσηρτημένα τῇ λογικῇ ψυχῇ κατά τινα τάραχον καὶ σύγχυσιν ἀρχικήν. ἄλλας τε αὖ πνευμάτων νόθους καὶ ἑτερογενεῖς φύσεις προσεπιφύεσθαι ταύτῃ, οἷον λύκου, πιθήκου, λέοντος, τράγου· ὧν τὰ ἰδιώματα περὶ τὴν ψυχὴν φανταζόμενα, τὰς ἐπιθυμίας τῆς ψυχῆς τοῖς ζώοις ἐμφερῶς ἐξομοιοῦν λέγουσιν. *Baſilidis autem ſectatores perturbationes animi vocare ſolent* προσαρτήματα (id eſt, *appendices*) *eaque eſſe quoſdam ſpiritus, ſecundum eſſentiam adhærentes animæ rationali per quandam conturbationem & confuſionem in principio factam. Et alias rurſus adulterinas ac diverſi generis ſpirituum naturas iis adnaſci, utpote lupi, ſimiæ, leonis, urſi: quarum proprietatibus animæ per phantaſiam obverſantibus, cupiditates animæ animantibus planè ſimiles reddi dicunt.* Ridiculam hanc opinionem breviter in ſequentibus perſtringit Clemens, & ubi Iſidori atque Valentini verba adduxit, orthodoxam ſententiam ex Barnabæ epiſtola declarat, ubi etiam cor infidelium οἶκος δαιμόνων dicitur quidem, ſed de vi atque operationibus, non natura vel ſubſtantiis Dæmonum intelligitur.

Ex Clementis Alexandr. Lib. III. *Stom. p.* 450. *& ſeq.*

Valentinus autem in Epiſtola ad Agathopodem: Cum omnia, inquit, ſuſtinuiſſet, erat continens, divinitatem ſibi ac-

Οὐαλεντῖνος δὲ, ἐν τῇ πρὸς Ἀγαθόποδα ἐπιστολῇ, πάντα, φησὶν, ὑπομείνας, ἐγκρατὴς ἦν, θεότητα Ἰησοῦς

εἰργάζετο·

εἰργάζετο· ἤσθιεν καὶ ἔπινεν ἰδίως, οὐκ ἀποδιδοὺς τὰ βρώματα. Τοσαύτη ἐν αὐτῷ ἐγκρατείας δύναμις, ὥστε καὶ μὴ φθαρῆναι τὴν τροφὴν ἐν αὐτῷ· ἐπεὶ τὸ φθείρεσθαι αὐτὸς οὐκ εἶχεν.

quisivit Jesus: Edebat & bibebat peculiari modo, non reddens cibos. Tanta ei inerat vis continentiæ, ut etiam nutrimentum in eo non interierit, quoniam ipse non habuit interitum.

Agathopus, ad quem Valentinus literas dedit, idem forte fuit cum illo, qui S. Ignatium Romam ad martyrium abductum comitatus est, de quo vide suprà pag. 22.

Fragmenta Homiliarum Valentini.

Ex Clementis Alexandrini Lib. IV. *Strom. p.* 509.

Οὐαλεντῖνος δὲ, ἔν τινι ὁμιλίᾳ, κατὰ λέξιν γράφει· ἀπ᾽ ἀρχῆς ἀθάνατοί ἐστε, καὶ τέκνα ζωῆς ἐστὲ αἰωνίας· καὶ τὸν θάνατον ἠθέλετε μερίσασθαι εἰς ἑαυτοὺς, ἵνα δαπανήσητε αὐτὸν καὶ ἀναλώσητε, καὶ ἀποθάνῃ ὁ θάνατος ἐν ὑμῖν, καὶ δι᾽ ὑμῶν. ὅταν γὰρ τὸν μὲν κόσμον λύητε, ὑμεῖς δὲ μὴ καταλύησθε, κυριεύετε τῆς κτίσεως καὶ τῆς φθορᾶς ἁπάσης.

VAlentinus autem in quadam homilia scribit his verbis: Ab initio estis immortales, & filii estis vitæ æternæ, & mortem voluistis inter vos ipsos dispertiri, ut eam consumeretis, & mors in vobis moreretur, & per vos. Quando enim mundum quidem solvitis, vos autem non dissolvimini, estis Domini creaturæ, & cujusvis interitûs.

Et paulo post.

Περὶ τούτου τοῦ Θεοῦ ἐκεῖνα αἰνίττεται, γράφων αὐταῖς λέξεσιν· Ὁπόσον ἐλάττων ἡ εἰκὼν τοῦ ζῶντος προσώπου, τοσοῦτον ἥσσων ὁ κόσμος τοῦ ζῶντος αἰῶνος. τίς οὖν αἰτία τῆς εἰκόνος; μεγαλωσύνη τοῦ προσώπου, παρεσχημένου τῷ ζωγράφῳ τὸν τύπον, ἵνα τιμηθῇ δι᾽ ὀνόματος αὐτοῦ· οὐ γὰρ αὐθεντικῶς εὑρέθη μορφὴ, ἀλλὰ τὸ ὄνομα ἐπλήρωσεν τὸ ὑστερῆσαν ἐν πλάσει. συνεργεῖ δὲ καὶ τὸ τοῦ Θεοῦ ἀόρατον εἰς πίστιν τοῦ πεπλασμένου.

De hoc Deo (*creatore*) ita tacitè innuit, scribens his verbis: Quò est minor imago viva facie, eo est minor mundus vivo æone. Quænam est ergo causa imaginis? faciei majestas, quæ pictori exhibuit figuram, ut per ejus nomen honoraretur. Non enim ex se & sua authoritate fuit forma inventa, sed implerant nomen, quod in creatione erat imperfectum. Adjuvat autem quod Dei quoque est inaspectabile, ad fidem ejus quod effictum est.

Ego

Ego ἐπλήρωσαν in ἐπλήρωσεν muto, & verba iſta, οὐ γὰρ αὐθεντικῶς, &c. ita interpretor: *Non enim exactè ad vivum forma aliqua reperitur* (in imagine expreſſa) *ſed nomen* (ejus ſcilicet, cujus imago eſt) *ſupplet id, quod efformationi deeſt.* Moris enim olim fuiſſe pictoribus, ut nomina imaginibus adſcriberent, quò facilius dignoſcerentur, ex Ariſtotelis Lib. VI. Topicorum cap. 2. colligitur. Ad eundem itaque modum Valentinus docebat, ſupremum inviſibilem Deum fidem conciliare ſuæ imagini, id eſt, ad imaginem ejus à matre Sophia formato mundi creatori, dum nomen *Dei* ipſi communicavit, uti Clemens paulo pòſt Valentini ſententiam explicat: (de qua confer Irenæum Lib. I. cap. 1. §. 9.) quanquam ex Orientali Valentinianorum Didaſcalia apud Clementem p. 801. verba Valentini in meliorem explicari poſſint ſenſum. Quod verò reliquæ in mundo creaturæ ſint imagines cæterorum à ſummo Deo deſcendentium Æonum, poſt Valentinum loco citato, ſectatores ejus docuiſſe, ex Irenæo aliiſque conſtat.

Pag. 641.

Jam vero eorum quoque qui communionem inducunt & commendant princeps Valentinus in ea quæ eſt de amicis homilia, ſcribit ad verbum: Multa ex iis, quæ ſcripta ſunt in libris publicis, inveniuntur ſcripta in Dei Eccleſia. Hæc enim ſunt inania, quæ à corde proficiſcuntur verba. Lex quæ in corde ſcripta eſt, ea eſt populus dilecti, qui diligitur, & ipſum diligit.

Ἤδη δὲ καὶ τῶν τὴν κοινότητα πρεσβευόντων ὁ κορυφαῖος Οὐαλεντῖνος, ἐν τῇ περὶ φίλων ὁμιλίᾳ, κατὰ λέξιν γράφει· Πολλὰ τῶν γεγραμμένων ἐν ταῖς δημοσίοις βίβλοις, εὑρίσκεται γεγραμμένα ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ. τὰ γὰρ κενὰ ταῦτά ἐστι τὰ ἀπὸ καρδίας ῥήματα· νόμος ὁ γραπτὸς ἐν καρδίᾳ, οὗτός ἐστιν ὁ λαὸς ὁ τοῦ ἠγαπημένου, ὁ φιλούμενος καὶ φιλῶν αὐτόν.

Quinam ſint *libri publici* vel vulgares, declarat Clemens, dum addit: Δημοσίας γὰρ βίβλους, εἴτε τὰς Ἰουδαϊκὰς λέγει (f. λέγων) γραφὰς, εἴτε τὰς τῶν Φιλοσόφων, κοινοποιεῖ τὴν ἀλήθειαν. *Libros autem communes, ſive Judaicas, ſive Philoſophorum dicens ſcripturas, communem facit veritatem.* Sed quid ſibi volunt hæc Valentini: νόμος ὁ γραπτὸς ἐν καρδίᾳ οὗτός ἐστιν ὁ λαὸς ὁ τοῦ ἠγαπημένου, & quæ ſequuntur? Ego λόγος pro λαὸς ſubſtituo, ac ita verto: *Lex quæ ſcripta eſt in corde, eſt verbum dilecti, quod diligitur & ipſum diligit.* Dices: quiſnam iſte νόμος ac λόγος? Reſpondeo ex Eclogis Propheticis Valentinianorum apud Clementem p. 809. col. 1. νόμος καὶ λόγος αὐτὸς ὁ σωτὴρ λέγεται, ὡς Πέτρος ἐν κηρύγματι. *Lex & verbum ipſe Servator dicitur, ſicuti Petrus in prædicatione ait.* Vide Tom. I. hujus Spicilegii pag. 62.

Valentini

Valentini *Dissertatio*,

Ex Origenis Dialogo contra Marcionitas Sect. IV.

ΕΥΤΡ. Ἀναγνωσθήτω τὸ δόγμα Οὐαλεντίνου. ΔΡΟΣ. οὑτωσί δήπως· Εὖ διατεθεῖσθαι νομίζων, ἐπὶ τὴν οἰκίαν ἀνεχώρουν τὴν ἐμήν. Τῇ δὲ ἐπιούσῃ, τουτέστι σήμερον, ἐλθὼν, ἑώρων δύο τινὰς ὁμογενεῖς, ἀνθρώπους λέγω δὴ διαπληκτιζομένους, καὶ λοιδορουμένους ἀλλήλοις, ἕτερον πρὸς τὸν ἕτερον, ἤδη αὖ πάλιν [a] ἀμφαιμαλῶσαι πειρώμενον τὸν πλησίον. Ἤδη δέ τινες καὶ δεινότερα τολμᾷν ἤρχοντο. ὃς μὲν γὰρ [b] ἔσκυλε νεκρὸν, καὶ τὸ κρυβὲν ἤδη σῶμα τῇ γῇ, πάλιν ἐδείκνυεν ἡλίῳ, καὶ τὴν ὁμοίαν οὕτως ἐνύβριζεν εἰκόνα, βορὰν κυσὶ καταλιπὼν τὸν νεκρόν· τὸ δὲ ξίφος ἐγύμνου, καὶ ἐπὶ τὸν ὅμοιον ἄνθρωπον ἐχώρει. Καὶ ὁ μὲν φυγῇ τὴν σωτηρίαν ποείζειν ἤθελεν· ὁ δὲ διώκειν οὐκ ἐπαύετο, οὐδὲ τοῦ θυμοῦ κρατεῖν ἤθελε. Καὶ τί δεῖ πλέον λέγειν; Ἀλλ᾽ ὅτι χωρήσας ἐπ᾽ αὐτὸν εὐθέως ἔπαισε τῷ ξίφει· ὁ δὲ ἱκέτης τοῦ πλησίον ἐγένετο, καὶ χεῖρας ὤρεγε, καὶ τὴν μὲν ἐσθῆτα διδόναι ἤθελε, μόνον δὲ τὸ ζῆν ἔχειν ἠξίου. ὁ δὲ οὐκ [c] ἐθραύετο τὸν

EUTR. Recitetur illud dogma Valentini. DROS. Sic ſane ille. Cum me bene habere exiſtimarem, ad meam domum ſum reverſus. Poſtero vero die, (id eſt, hodie) cum veniſſem, duos cognatos, viros, inquam, vidi digladiantes, & mutuis ſe conviтiis proſcindentes invicem; atque etiam rurſus utrumque proximum ſuum trucidare conantem. Poſtea etiam alii atrociora his audere cœperant: Quidam enim vexabat mortuum, & conditum jam terrâ corpus rurſus Soli exponebat, & ſimilem ſibi effigiem adeo contumelioſè tractabat, ut mortuum canibus eſcam relinqueret. Tum verò gladium ſtringens, etiam in alterum ſimilem hominem irruebat. Atque hic quidem fugâ ſaluti ſuæ conſulere volebat; ille verò non deſtitit perſequi, neque iram reprimere voluit. Et quid pluribus opus eſt? irruens in illum gladio ſtatim percuſſit: ille verò ſupplex factus proximo ſuo manus ſupplices protendebat, ſuamque veſtem dare volebat: obſecrabat, tantùm vitam ſibi concederet. Verum ille

a Hoc verbum ita expreſsè legitur in duobus Codicibus Bibliothecæ Bodleianæ 2040. & 2584. prout legendum conjecit doctiſſimus Wetſtenius in margine ſuæ editionis, quæ habet ἀμφαιμαλῶσαι. b Ita excuſum habetur in dicta editione, & ſcriptum in ambobus Codd. modò indicatis Nec neceſſe puto cum laudato Wetſtenio reponere ἐσκύλευσε, ſed retineo ἔσκυλε à σκύλλω, *Vexo, Moleſtus ſum.* c Wetſtenius è ſuo Codice excudit ἐθρύνετο, indeque in Notis ait: *Quid verbi ſit ἐθρύνετο, eruditiores appello.* Sed rectè laudati Codices Bodleiani habent ἐθραύετο θυμὸν. *Fregit iram*, prout & Laurentius Humfredus vertit.

iram

iram non frangebat, nec misericordiâ tangebatur erga cognatum: neque seipsum in imagine illius volebat contemplari, sed velut immanis bestia gladio devorandum aggredebatur: jamq; corpus ejus consimili addebat corpori: Tantus erat furor ejus. Ac erat hîc videre, illum injuste oppressum, hunc autem reliquum spoliantem, & ne terra quidem corpus operientem, sed vestitu suo nudantem. Adhæc accessit & alius, qui uxorem vicini sui fallere voluit, alienis insidiatus nuptiis: Et eum ad illegitimum thorum invadendum hortatus, qui uxorem duxerat, ut legitimus pater fieret, noluit. Enimvero hinc tragœdiis fidem adhibere cœpi: & hoc illud est, unde adductus sum, ut verè gesta mihi viderentur. Credo etiam temulentam Oenomai cupiditatem: & fratrum inter se congladiationem non incredibilem puto. Itaque cùm tot ac talium ego spectator essem factus, unde ista orirentur? cœpi disquirere: item, quodnam principium motionis istorum? Et quis ejusmodi contra homines machinaretur? unde harum rerum inventio? & quis istorum magister esset? Ac Deum quidem dicere horum auctorem non audere poteram. Sed neque judicabam, ab illo suam habere substantiam, vel essentiæ suæ constantiam. Quî enim de Deo ista cogitari possent? Etenim bonus ille rerum quoque optimarum

θυμὸν, οὐδὲ ἠλέει τὸν ὁμογενῆ, οὐδὲ ἑαυτὸν διὰ τῆς εἰκόνος ἐκείνου βλέπειν ἤθελεν, ἀλλ᾽ ὡς ἄγριος θὴρ τῷ ξίφει τῆς βορᾶς ἤρχετο. ἤδη δὲ καὶ τὸ σῶμα τῷ ὁμοίῳ προσέφερε σώματι. τοσοῦτος γὰρ ἦν τῷ θυμῷ. καὶ ἦν ἰδεῖν τὸν μὲν ἠδικημένον, τὸν δὲ λοιπὸν σκυλεύοντα, καὶ μηδὲ γῇ σκεπάζοντα τὸ σῶμα· τῆς γὰρ ἐσθῆτος ἐγύμνωσε. Πρὸς δὲ τούτοις ἕτερος προσῄει, ὃς τοῦ πλησίον γυναῖκα παίζειν ἤθελε, ληστεύων γάμον ἀλλότριον· καὶ ἐπὶ παράνομον κοίτην τραπῆναι παρορμῶν τὸν γεγαμηκότα, γνήσιον πατέρα γενέσθαι μὴ θέλων. [a] ἐντεῦθεν καὶ ταῖς τραγῳδίαις πιστεύειν ἠρχόμην, καὶ τοῦτό ἐστι, δι᾽ ὧν ἀληθῶς ἐδόκει μοι γεγονέναι. πιστεύω καὶ τὴν τοῦ Οἰνομάου πάροινον ἐπιθυμίαν, καὶ τὴν τῶν ἀδελφῶν διὰ ξίφους φιλονεικίαν οὐκ ἀπιστῶ. τοσούτων τοίνυν καὶ τοιούτων θεατὴς γενόμενος ἐγὼ, πόθεν ταῦτα; ἀναζητεῖν ἠρχόμην· τίς δὲ καὶ ἡ τῆς κινήσεως αὐτῶν ἀρχή; καὶ τίς ὁ τοσαῦτα κατὰ ἀνθρώπων μηχανησάμενος; πόθεν τε ἡ εὕρεσις αὐτῶν; καὶ τίς ὁ τούτων διδάσκαλος; καὶ τὸν μὲν Θεὸν ποιητὴν τούτων λέγειν, τολμᾶν οὐχ οἷός τε ἦν. ἀλλὰ μὴν οὐδὲ ἐξ αὐτοῦ τὴν ὑπόστασιν ἔχειν, οὐδὲ τὴν τοῦ εἶναι σύστασιν· πῶς γὰρ οἷόν τε ἦν, ταῦτα περὶ Θεοῦ ἐννοεῖν; ὁ μὲν γὰρ ἀγαθὸς, καὶ τῶν κρειττόνων ποιητής· τῶν

a Ita habent ambo Codd. Bodleiani; sicut & Wetstenius legendum monuit, quia in Codice ejus vitiosè scriptum fuit: ἐν τῷ θειν.

δὲ

δὲ φαύλων αὐτῷ πρόσεστιν οὐδέν. ἀλλ' οὐδὲ τοῖς τοιούτοις χαίρειν πέφυκεν, ἀπαγορεύει δὲ καὶ τὴν γένεσιν αὐτῶν· καὶ τοὺς μὲν χαίροντας τούτοις ἀποβάλλεται, τοὺς δὲ φεύγοντας αὐτὰ προσίεται. καὶ πῶς οὐκ ἄτοπον, τὸν Θεὸν τούτων λέγειν δημιουργὸν, τὸν ταῦτα παραιτούμενον; οὐδὲ γὰρ ἂν ἐβούλετο μὴ εἶναι ταῦτα, εἰ πρῶτος αὐτῶν ποιητὴς ὑπῆρχεν αὐτός. τοὺς γὰρ προσιόντας αὐτῷ, μιμητὰς αὐτοῦ γενέσθαι θέλει. ὅθεν ἄλογον [a] ἔδειξεν εἶναί μοι, ταῦτα προσάπτειν αὐτῷ, ἢ ὡς ἐξ αὐτοῦ γεγονότα, [b] ἢ, (εἰ καὶ τὰ μάλιστα συγχωρήσειεν", ἐξ οὐκ ὄντων δυνατὸν εἶναί τι γενέσθαι) ὅτι καὶ τὰ κακὰ ἐποίησεν αὐτός. ὁ γὰρ ἐκ τοῦ οὐκ εἶναι [c] εἰς τὸ εἶναι αὐτὰ ποιήσας, οὐκ ἂν ἐκ τοῦ εἶναι ἀνῄρει πάλιν. ἢ εἰ τοῦτο ἀνάγκη λέγειν, ὡς ἦν ποτε καιρὸς, ὅτε τοῖς κακοῖς ἔχαιρεν ὁ Θεὸς, νῦν δὲ, ὅπερ ἀδύνατον εἶναί μοι δοκεῖ, λέγειν τοῦτο περὶ Θεοῦ, [d] ἀνοίκειον αὐτοῦ τῆς φύσεως τοῦτο προσαρμόζειν. Διόπερ ἔδοξέν μοι, συνυπάρχειν τι αὐτῷ, ᾧ τοὔνομα ὕλη· ἐξ ἧς τὰ ὄντα ἐδημιούργησε, τέχνῃ σοφῇ διακρίνας, καὶ διακοσμήσας καλῶς, ἐξ ἧς καὶ τὰ κακὰ εἶναι δοκεῖ. ἀποιήτου γὰρ καὶ ἀσχηματίστου οὔσης αὐτῆς, πρὸς δὲ τούτοις καὶ ἀτάκτως φερο-

creator eſt; pravi verò nihil ipſi ineſt. Neque talibus gaudere poteſt, ſed eorum propaginem prohibet, eoſque qui illis delectantur, abjicit: qui autem ea fugiunt, recipit. Ecquomodo abſurdum non ſit, Deum conditorem iſtorum dicere, qui eadem renuit? neque enim ea non eſſe vellet, ſi primus eorum author ipſe extitiſſet. Eos namque qui ad ipſum accedunt, imitatores ſui vult fieri. Unde mihi videbatur ab omni ratione alienum, hæc illi adaptare, vel quaſi ab illo facta ſint; vel (licet maximè concederem poſſibile eſſe, ut aliquid ex iis quæ non ſunt fiat) quod etiam ipſe mala creaverit. Nam qui ex his, quæ non ſunt, eſſe illa fecerat, nequaquam ea rurſum è medio tolleret, ne eſſent. Vel ſi hoc neceſſariò dicendum ſit, quaſi fuerit olim tempus, quando Deus malis delectaretur; nunc tamen, (quod mihi videtur impoſſibile dicere de Deo,) inconveniens eſt, ipſius naturæ divinæ hoc attribuere. Quocirca viſum eſt mihi, coëxiſtere ipſi illud, cui nomen eſt materia: ex quâ ea quæ ſunt procreavit, affabre illa prudenterque diſcernens, & eleganter ornans, ex quâ (*materia*) & mala eſſe videntur. Cum enim nec facta, nec formata illa eſſet, inſuper etiam inordinatè ad illa

a *Lege* ἔδοξεν, in margine poſuit Wetſtenius, ac ſimiliter ad marginem MS. Cod. Bodleiani 2584. ſcriptum eſt, τάχα ἔδοξεν. b Sic rectè ſcriptum inveni in Cod. 2584. Deeſt verò εἰ in altero MS. ut & editione Wetſtenii. c Præpoſitio εἰς deeſt in editione Wetſtenii & Cod. 2040. legitur autem Cod. 2584. d Sic legendum conjecit Cl. Wetſtenius (pro ἀνοίκει οὐ) & ita quoque habent ambo Codd. Bodleiani.

(mala) ferretur, Deique artificium desideraret: iste non invidit, neque semper illam sibi relictam ita ferri voluit; sed manum creationi admovit, & à pessimis *(partibus)* distinguere voluit optima: ac proinde sic ea condidit. Quæcunque verò in illâ, dum crearet, fæculenta erant, hæc, quod ad opificium inepta essent, prout se habebant reliquit, utpote nullatenus ipsi convenientia. Ex quibus ut mihi videtur, nunc mala in homines diffluunt. Sic mihi visum est, rem se habere.

μένης, δεομένης τε τῆς τοῦ Θεοῦ τέχνης· οὐκ ἐφθόνησεν οὗτος, οὔτε διαπαντὸς [a] καταλιπεῖν αὐτὴν οὕτως φέρεσθαι, ἀλλὰ δημιουργεῖν ἤρχετο, καὶ ἀπὸ τῶν χειρίστων αὐτῆς τὰ κάλλιστα διακρίνειν ἤθελε, καὶ οὕτως γοῦν ἐδημιούργησε. τὰ δ' ὅσα αὐτῆς, ὡς ἐποίει, τρυγώδη ἐτύγχανε, ταῦτα ἀνάρμοστα ὄντα πρὸς δημιουργίαν, ὡς εἶχε, κατέλειψε, κατ' οὐδὲν αὐτῷ προσήκοντα. Ἐξ ὧν δοκεῖ μοι νῦν παρὰ ἀνθρώποις ἐπιρρεῖν τὰ κακά. [b] οὕτως ἔδοξέ μοι ἔχειν.

Cæterùm extat apud Epiphanium Hæres. XXXI. §. 5. & 6. magnum libri Valentiniani fragmentum, quod quidem ex aliquo ipsius Valentini libro petitum asseruit Blondellus; rectè verò negavit Pearsonius Part. II. Vindic. Epist. Ignatii cap. 5. quem vide. Mihi enim ulteriùs progrediendum..

Epiphanes Hæreticus.

BAsilidis & Valentini æqualis fuit alterius hæresiarchæ, Carpocratis nempe, filius, cui nomen *Epiphanes*; Græcè Ἐπιφάνης vel Ἐπιφάνιος, ut apud Damascenum de hæresibus cap. 32. & in Sophronii Epistola MS. Cod. 2336. Regis Galliæ legitur, teste Cotelerio in Notis ad Tom. I. Monument. Eccles. Græcæ col. 768. De eo Clemens Alexandrinus Lib. III. Stromat. pag. 428. scribit: Ἐπιφάνης οὗτος, οὗ καὶ τὰ συγγράμματα κομίζεται, υἱὸς ἦν Καρποκράτους, καὶ μητρὸς Ἀλεξανδρείας τοὔνομα· τὰ μὲν πρὸς πατρὸς Ἀλεξανδρεύς, ἀπὸ δὲ μητρὸς Κεφαλληνεύς. ἔζησε δὲ τὰ πάντα ἔτη ἑπτακαίδεκα, καὶ Θεὸς ἐν Σάμῃ τῆς Κεφαλληνίας τετίμηται· ἔνθα αὐτῷ ἱερὸν ῥυτῶν λίθων, βωμοί, τεμένη, μουσεῖον ᾠκοδόμηταί τε καὶ καθιέρωται· καὶ συνιόντες εἰς τὸ ἱερὸν οἱ Κε-

a Forte legendum κατέλιπε. b Ultimum hoc comma ad ipsius Valentini verba, non ad ἐπιρρεῖν à Droserio subjunctam pertinere, ex duobus MSS. Bodleianis patet, adeo ut frustra hîc dubitaverit Wetstenius.

φαλλῆνες

φαλλῆνες κατὰ νουμηνίαν, γενέθλιον ἀποθέωσιν θύουσιν Επιφάνει· σπένδουσί τε καὶ εὐωχοῦνται, καὶ ὕμνοι λέγονται. ἐπαιδεύθη μὲν οὖν παρὰ τῷ πατρὶ τήν τε ἐγκύκλιον παιδείαν, καὶ τὰ Πλάτωνος· καθηγήσατο δὲ τῆς μοναδικῆς γνώσεως· ἀφ' οὗ καὶ ἡ τῶν Καρποκρατιανῶν αἵρεσις. *Hic autem Epiphanes, cujus etiam ſcripta feruntur, filius erat Carpocratis, & matris Alexandriæ nomine: ex patre quidem Alexandrinus, ex matre verò Cephaleneus. Vixit autem ſolùm ſeptendecim annis, & Samæ, quæ eſt urbs Cephaleniæ, velut Deus eſt honore affectus. Quo in loco templum ex ingentibus lapidibus, altaria, delubra, & muséum ædificatum eſt & conſecratum: cumque nova eſt Luna, convenientes Cephalenei diem natalem, quâ in Deos relatus eſt Epiphanes, ſacrificando celebrant, libantque & convivantur, nec non hymnos canunt. A patre autem didicit orbem diſciplinarum, & Platonis dogmata. Fuit autem auctor monadicæ cognitionis; à quo etiam profluxit hæreſis eorum qui nunc ſunt Carpocratianorum.* Eadem ex Clemente refert Epiphanius Hæreſ. XXXII. §. 2. ubi tamen pag. 210. C. lege τὸ πρὸς μητρὸς (loco πατρὸς) γένος. Plurima, quæ ad hanc Clementis de Epiphane relationem confirmandam & illuſtrandam conducunt, habet Clariſ. Dn. Dodwellus Diſſertat. IV. in Irenæum. Cur in patriâ materna, *Samo* ſcilicet *Cephalenea*, potiùs coleretur quàm in paterna urbe *Alexandria*, hanc rationem veriſimillimam putat §. 29. *Quod illam delegiſſet ſcholæ ſedem, & quod ibi proinde haberet præcipuam diſcipulorum multitudinem.* Idem quoque §. 25. illius, cujus auctorem *Epiphanem* facit Clemens, μοναδικῆς γνώσεως explicationem ingenioſè petit ex iſta ab Irenæo Lib. I. cap. 5. Epiphani adſcripta hypotheſi: ἔστι τις πρὸ πάντων προαρχὴ, προανεννόητος, ἄῤῥητός τε καὶ ἀνονόμαστος, ἣν ἐγὼ μονότητα ἀριθμῶ. Ταύτῃ τῇ μονότητι συνυπάρχει δύναμις, ἣν καὶ αὐτὴν ὀνομάζω ἑνότητα. αὕτη ἡ ἑνότης, ἥ τε μονότης τὸ ἓν οὖσαι, &c. *Eſt quoddam primum ante omnia exiſtens principium, imperceptibile, ineffabile & innominabile, quod ego Monotetem vero. Cum hâc Monotete ſimul exiſtit virtus, quam Henoteta nomino. Hæc Henotes & Monotes unum exiſtentes, &c.* Hæc enim ipſius *Epiphanis* verba eſſe, in *Notis* ad antiquam eorum

verſionem animadverti, & ante me laudatus Vir loco citato docuit, indeque ſubjungit: *Ecquis eſt quin videat ab hac monotete vel monade* γνῶσιν *illam veniſſe* μοναδικὴν? Gnoſin *à Præceptore Valentino accepit Epiphanes*: Monotes *vel etiam* monas *proprium ejus erat inventum*: *unde ille meritò pro* μοναδικῆς γνώσεως *auctore celebratus eſt.* Id quod etiam ex vulgari vocum μονότητος & μονάδος uſu in Platonica Philoſophia probat, in qua Epiphanem à patre Carpocrate inſtitutum eſſe, modò ex Clemente percepimus. Atque hoc argumentum non parum inde confirmatur, quod Clemens hæc duo conjungens, ubi Epiphanem in Platonicis eruditum dixerat, continuò addiderit: Καθηγήσατο δὲ τῆς μοναδικῆς γνώσεως, quaſi unum ex altero ſubinferens. Ex ultimis denique Clementis verbis: ἀφ' οὗ καὶ ἡ τῶν Καρποκρατιανῶν αἵρεσις, Epiphanis ætatem vir doctiſſimus. §. 26. collegit, quod nempe in Hadriani inciderit imperium, quodque ſub ejus finem & inter initia Antonini Pii ille floruerit. Atqui ſub Hadriano hunc hæreticum caput extuliſſe haud dubito, quia diſertè teſtatur Theodoretus Lib. I. Hæret fabul. cap. 5. de utroque, patre & filio, ſcribens: Ἀδριανοῦ δὲ καὶ οὗτοι βασιλεύοντος, τὰς πονηρὰς αἱρέσεις ἐκράτυναν. *Hadriano autem imperante hi quoque nefarias ſuas hæreſes confirmarunt.* Ad finem autem imperii Hadriani præcisè ortum Carpocratianorum referre, & adeò exactè ætatem Epiphanis definire haud audeo. Cæterùm cum de erroribus tam Epiphanis, quàm Carpocratis apud Irenæum Lib. I. c. 5. & 24. ac in Notis ibidem prolixè dictum ſit, nihil amplius habeo, quod de Epiphane addam, niſi librum de Juſtitia ab eo conſcriptum eſſe, cujus fragmenta jamjam ex Clemente Alexandrino dabo. Iſta verò, quæ Epiphanius dicto loco §. 4. Epiphani adſcribere videtur, haud recitabo, quia non ipſius ſolius, ſed plurium placita potiùs quam formalia, ut aiunt, verba eſſe ex Clementis Alex. pag. 426. patet. Ubi eadem prorſus dicta referens Baſilidis ſectatoribus ea tribuit, inquiens, οἱ δὲ ἀπὸ Βασιλείδου φασὶ &c. Legatur ipſe.

Fragmenta

Fragmenta libri de Justitia

Ex Clementis Lib. III. *Strom. pag.* 428. *& seqq.*

ΛΕγει οὗτος ἐν τῷ περὶ δικαιοσύνης, τὴν δικαιοσύνην τοῦ Θεοῦ κοινωνίαν τινὰ εἶναι μετ' ἰσότητος. ἶσος γέ τοι πανταχόθεν ἐκταθεὶς οὐρανὸς, κύκλῳ τὴν γῆν περιέχει πᾶσαν· καὶ πάντας ἡ νὺξ ἐπ' ἴσης ἐπιδείκνυται τοὺς ἀστέρας· τὸν δὲ τῆς ἡμέρας αἴτιον καὶ πατέρα τοῦ φωτὸς, Ηλιον, ὁ Θεὸς ἐξέχεεν ἄνωθεν ἶσον ἐπὶ γῆς ἅπασι τοῖς βλέπειν δυναμένοις· οἱ δὲ κοινῇ πάντες βλέπουσιν· ἐπεὶ μὴ διακρίνει πλούσιον, ἢ πένητα, ἢ δήμου ἄρχοντα, ἄφρονάς τε, καὶ τοὺς φρονοῦντας, θηλείας, ἄρσενας, ἐλευθέρους, δούλους· ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἀλόγων παρὰ τοῦτο ποιεῖταί τι. Πᾶσι δὲ ἐπ' ἴσης τοῖς ζώοις κοινὸν αὐτὸν ἐκχέας ἄνωθεν, ἀγαθοῖς τε καὶ φαύλοις, δικαιοσύνην ἐμπεδοῖ, μηδενὸς δυναμένου πλεῖον ἔχειν, μηδὲ ἀφαιρεῖσθαι τὸν πλησίον, ἵν' αὐτὸς τὸ κἀκείνου φῶς διπλασιάσας ἔχῃ. Ηλιος κοινὰς τροφὰς ζώοις ἅπασιν ἀνατέλλειν (leg. ἀνατέλλει), δικαιοσύνης τε τῆς κοινῆς ἅπασιν ἐπ' ἴσης δοθείσης· καὶ εἰς τὰ τοιαῦτα βοῶν γένος ὁμοίως γίνεται ὡς αἱ βόες, καὶ συῶν, ὡς οἱ σύες, καὶ προβάτων, ὡς τὰ πρόβατα, καὶ τὰ λοιπὰ πάντα· δικαιοσύνη γὰρ ἐν αὐτοῖς ἀναφαίνεται ἡ κοινότης. Επειτα κατὰ κοινότητα πάντα ὁμοίως κατὰ

IS (*Epiphanes*) dicit in libro de justitia, justitiam Dei esse quandam cum æqualitate communionem. Æquale quidem certè cœlum undiquaque extensum, totam terram continet in orbem: & nox ex æquo stellas omnes ostendit: & diei auctorem & lucis patrem, Solem, Deus ex alto æqualem effudit omnibus qui possunt videre; (illi autem omnes communiter respiciunt) quoniam non discernit divitem, vel pauperem, vel populi principem, insipientes & sapientes, fœminas & masculos, liberos, servos; sed neque secus facit in brutis. Cum autem omnibus animantibus æque ipsum communem effuderit, bonis & malis, firmam ac solidam efficit justitiam, cum nemo possit plus habere, neque auferre à proximo, ut ipse ipsius lucem habeat duplicatam. Sol facit omnibus animantibus communia exoriri nutrimenta, communi justitiâ ex æquo datâ omnibus: & ad ea quæ sunt hujusmodi similiter se habet genus boum, ut boves, & suum, ut sues, & ovium, ut oves, & reliqua omnia. Justitia enim in iis apparet communitas. Deinde per communitatem similiter omnia seminantur in genere, & com-

mune

mune nutrimentum apertum eſt humi paſcentibus jumentis omnibus, & omnibus ex æquo, utpote quod nulla lege circumſcriptum ſit, ejus autem qui donat jubentis liberalitate convenienter juſteque adſit omnibus. Sed neque habent ſcriptam legem generationis, eſſet enim abolita: ex æquo autem ſeminant & generant, habentia innatam à juſtitia communionem. Ex æquo communiter omnibus oculum ad videndum creator & pater omnium, ſuâ juſtitia legem ferens, præbuit, non diſcernens fœminam à maſculo, non id quod eſt rationis particeps ab experte rationis, & ut ſemel dicam, nullum à nullo; æqualitate autem & communitate viſum ſimiliter dividens, uno juſſu omnibus eſt largitus. Leges autem, inquit, (*Iſidorus*) hominum, cum ignorantiam caſtigare non poſſent, contra leges facere docuerunt. Legum enim proprietas diſſecuit divinæ legis communionem, & arrodit, non intelligens dictum Pauli, dicentis (Rom. VII. 7.) *Per legem peccatum cognovi.* Et meum & tuum dicit ſubiiſſe per leges, ut quæ non ampliùs communiter fruantur (ſunt enim communia) neque terrâ, neque poſſeſſionibus, ſed neque matrimonio. Fecit enim vites communiter omnibus, quæ neque paſſerem, neque furem abnegant, & frumentum ſimiliter & alios fructus. Violata autem

γένος σπείρεται· τροφή τε κοινὴ χαμαὶ νεμομένοις ἀνεῖται πᾶσι τοῖς κλήνεσι, καὶ πᾶσιν ἐπ' ἴσης, οὐδενὶ νόμῳ κρατουμένη· τῇ δὲ παρὰ τοῦ διδόντος κελεύσαντος χορηγίᾳ συμφώνως ἅπασι δικαιοσύνῃ παροῦσα. Ἀλλ' οὐδὲ τὰ τῆς γενέσεως νόμον ἔχει γεγραμμένον· μελεγράφη γὰρ ἄν. σπείρουσι δὲ καὶ γεννῶσιν ἐπ' ἴσης, κοινωνίαν ὑπὸ δικαιοσύνης ἔμφυτον ἔχοντες. Κοινῇ πᾶσιν ἐπ' ἴσης ὀφθαλμὸν εἰς τὸ βλέπειν ὁ ποιητής τε καὶ πατὴρ πάντων, δικαιοσύνῃ νομοθετήσας τῇ παρ' αὐτοῦ, παρέσχεν, οὐ διακρίνας θήλειαν ἄῤῥενος, οὐ λογικὸν ἀλόγου, καὶ καθάπαξ οὐδενὸς οὐδέν· ἰσότητι δὲ καὶ κοινότητι μερίσας τὸ βλέπειν ὁμοίως ἑνὶ κελεύσματι πᾶσι κεχάρισται. οἱ νόμοι δὲ, φησὶν, ἀνθρώπων ἀμαθίαν κολάζειν μὴ δυνάμενοι, παρανομεῖν ἐδίδαξαν. ἡ γὰρ ἰδιότης τῶν νόμων τὴν κοινωνίαν τοῦ θείου νόμου κατέτεμεν καὶ παρατρώγει· μὴ συνιεὶς τὸ τοῦ ἀποστόλου ῥητὸν, λέγοντος· διὰ νόμου τὴν ἁμαρτίαν ἔγνων. τό τ' ἐμὸν καὶ τὸ σὸν φησὶ διὰ τῶν νόμων παρεισελθεῖν· μηκέτι εἰς κοινότητα· κοινά τε γὰρ καρπουμένων, μήτε γῆν, μήτε κλήματα, ἀλλὰ μηδὲ γάμον· κοινῇ γὰρ ἅπασιν ἐποίησε τὰς ἀμπέλους, αἳ μὴ στρουθὸν μήτε κλέπτην ἀπαρνοῦνται. καὶ τὸν σῖτον οὕτως, καὶ τοὺς ἄλλους καρπούς. ἡ δὲ κοινωνία παρανομηθεῖσα, καὶ τὰ τῆς ἰσότητος, ἐγέννησε θρεμμάτων καὶ

communio & æqualitas genuit furem pecorum & fructu-

καρπῶν

καρπῶν κλέπτην. κοινῇ τοίνυν ὁ Θεὸς ἅπαντα ἀνθρώπῳ ποιήσας, καὶ τὸ θῆλυ τῷ ἄῤῥενι κοινῇ συναγαγὼν, καὶ πάνθ᾽ ὁμοίως τὰ ζῶα κολλήσας, τὴν δικαιοσύνην ἀνέφηνεν κοινωνίαν μετ᾽ ἰσότητος. οἱ δὲ γεγονότες οὕτω, τὴν συνάγουσαν κοινωνίαν, τὴν γένεσιν αὐτῶν ἀπηρνήθησαν· καὶ φησὶν, εἰ μίαν ἀγόμενος ἐχέτω, δυναμένων κοινωνεῖν ἁπάντων, ὥσπερ ἀπέφηνε τὰ λοιπὰ τῶν ζώων. ταῦτα εἰπὼν κατὰ λέξιν, πάλιν ὁμοίως αὐταῖς ταῖς λέξεσιν ἐπιφέρει· τὴν γὰρ ἐπιθυμίαν εὔτονον καὶ σφοδροτέραν ἐνεποίησε τοῖς ἄῤῥεσιν εἰς τὴν τῶν γενῶν παραμονήν· ἣν οὔτε νόμος, οὔτε ἔθος, οὔτε ἄλλο τι τῶν ὄντων ἀφανίσαι δύναται· Θεοῦ γάρ ἐστι δόγμα.

um. Cum ergo Deus communiter omnia fecisset homini, & fœminam cum masculo communiter conjunxisset, & omnia similiter animantia conglutinasset, pronuntiavit justitiam communionem cum æqualitate. Qui autem sic nati sunt generationem, eorum quæ conciliat communionem, abnegaverunt. Et dicit, si unam ducens habeat, cum omnium possint esse participes, sicut reliqua fecit animantia. Hæc cum his verbis dixisset, subjungit rursus his verbis: intensam enim & vehementiorem ingeneravit masculis cupiditatem ad generis perpetuitatem, quam nec lex, nec mos, nec aliud aliquid potest abolere: est enim Dei decretum.

Et paulo pòst, pag. 430.

Ὅτι θεομαχεῖ ὅ τε Καρποκράτης, ὅτ᾽ Ἐπιφάνης ἐν αὐτῷ τῷ πολυθρυλλήτῳ βιβλίῳ, τῷ περὶ δικαιοσύνης, λέγων, ὧδέ πως ἐπιφέρει κατὰ λέξιν· Ἔνθεν ὡς γελοῖον εἰρηκότος τοῦ νομοθέτου, ῥῆμα τοῦτο ἀκουστέον, οὐκ ἐπιθυμήσεις, πρὸς τὸ γελοιότερον εἰπεῖν τῶν τοῦ πλησίον· αὐτὸς γὰρ ὁ τὴν ἐπιθυμίαν δοὺς, ὡς συνέχουσαν τὰ τῆς γενέσεως, ταύτην ἀφαιρεῖσθαι κελεύει, μηδενὸς αὐτὴν ἀφελὼν ζώου, τὸ δὲ, τῆς τοῦ πλησίον γυναικὸς ἰδιότητα τὴν κοινωνίαν ἀναγκάζων, ἔτι γελοιότερον εἶπεν. καὶ ταῦτα μὲν οἱ γενναῖοι Καρποκρατιανοὶ δογματίζουσι.

Quod cum Deo bellum gerat Carpocrates & Epiphanes, in eo qui vulgò jactatur libro de justitia, patet ex eo quod subjungit his verbis: Hinc ut qui ridiculum dixerit, legislatoris hoc verbum audiendum est, non concupisces: Et ut magis ridiculè diceret, res, inquit, proximi tui. Ipse enim qui dedit cupiditatem, ut quæ contineat generationem, jubet eam auferre, cum à nullo eam auferat animali. Illud autem, uxorem proximi tui, communionem cogens ad proprietatem, dixit adhuc magis ridiculè. Et hæc quidem dogmata constituunt egregii Carpocratiani.

Fragmentum

Iſidorus Hæreticus.

EPiphani *Iſidorum* jungit Epiphanius loco ſupra citato, & ubi illum ſectæ Secundianorum adhæſiſſe dixerat, de hoc addit: εἰ δὲ καὶ αὐτὸς τὰ ἴσα φρονῶν, καὶ ἐξ αὐτῶν ὁρμώμενος ἐτύγχανεν, ἢ ἐκ Φιλοσόφων μαθὼν παραινετικός τις καὶ αὐτὸς ὑπῆρχεν, οὐ πάνυ σαφῶς περὶ τοῦ Ισιδώρου γνῶναι ἠδυνήθημεν. *Utrum eâdem is ex ſecta* (Secundianorum) *atque iiſdem opinionibus extiterit, an ex Philoſophorum diſciplinâ exhortationum artifex eſſe didicerit, certi nihil explorare potuimus.* Certiora de ipſo nos docet Theodoretus, eumque à proprio patre Baſilide errores hæreditaſſe, imò cum augmento poſteris tradidiſſe teſtatur Lib. I. Hæret. fabul. cap. 4. his verbis: Ισίδωρος ὁ τοῦ Βασιλίδου υἱὸς μετά τινος ἐπιθήκης τὴν τοῦ πατρὸς μυθολογίαν ἐκράτυνε, *Iſidorus Baſilidis filius, fabuloſa patris dicta cum aliquo additamento confirmavit.* Varios ſane ſcripſit libros, ex quibus primò occurrunt ἠθικὰ *Moralia* ſcilicet præcepta, quorum fragmentum habet Clemens Alex. initio Lib. III. Stromat. pag. 427. Haud diverſas ab iis fuiſſe puto *Paræneſes*, quarum mentionem facit Epiphanius ibidem his verbis: Ισίδωρον ἐν παραινέσεσι τῆς αὐτοῦ μοχθηρίας αἴτιον γεγενῆσθαι. Quæ Petavius malè vertit: *Iſidorum quibuſdam cohortationum libris nequitiæ ſuæ fundamenta jeciſſe*; cum reddere debuiſſet: *Iſidorum autem aiunt ſcriptis Parænesibus auctorem erroris ei* (Epiphani de quo paulò antè dixerat) *fuiſſe.* Nam ita & alibi Hæreſ. XXXIII. §. 1. ex ipſa Petavii verſione ait: *Secundus igitur atque Epiphanes Iſidori cohortationes ad uſum ſectæ ſuæque opinionis transtulerunt.* An hæc quam Epiphanius refert, opinio vera ſit, dubito ob iſtam, quæ in utriuſque fragmentis occurrit, diſcrepantiam de conjugio, cujus uſum ſtolidus Epiphanes *neceſſarium* facit, ſuprà p. 63. Iſidorus autem *naturalem quidem, ſed non neceſſarium* dicit. Cæterùm ſcripſit quoque Iſidorus librum *de adnata Anima*, nec non *explicationem Prophetæ Parchor*, de qua ſupra pag. 38. dictum eſt, nec amplius quid dicendum reſtat: unde ad ipſa fragmenta recenſenda pergo.

Fragmentum

Fragmentum libri de Adnata anima,

Ex Clementis Alex. Lib. II. *Stromat. pag.* 409.

ΑΥτὸς γοῦν ὁ τοῦ βασιλείδου υἱὸς Ἰσίδωρος, ἐν τῷ περὶ προσφυοῦς ψυχῆς, συναισθόμενος τοῦ δόγματος, οἷον ἑαυτοῦ κατηγορῶν, γράφει κατὰ λέξιν· Ἐὰν γάρ τινι πεῖσμα δῷς, ὅτι μή ἐστιν ἡ ψυχὴ μονομερής, τῇ δὲ τῶν προσαρτημάτων βίᾳ τὰ τῶν χειρόνων γίνεται πάθη, πρόφασιν οὐ τὴν τυχοῦσαν ἕξουσιν οἱ μοχθηροὶ τῶν ἀνθρώπων λέγειν, ἐβιάσθην, ἀπηνέχθην, ἄκων ἔδρασα, μὴ βουλόμενος ἐνήργησα· τῆς τῶν κακῶν ἐπιθυμίας αὐτὸς ἡγησάμενος, καὶ οὐ μαχεσάμενος ταῖς τῶν προσαρτημάτων βίαις. δεῖ δὲ τῷ λογιστικῷ κρείττονας γενομένους, τῆς ἐλάττονος ἐν ἡμῖν κτίσεως φανῆναι κρατοῦντας.

IPse filius Basilidis Isidorus, in libro de Adnata anima, cum dogma animadvertisset, scribit his verbis, veluti seipsum accusans: Si enim alicui persuaseris non esse animam unius partis, vi autem appendicum fieri ea quæ sunt deteriorum vitia ac perturbationes, non levem prætextum habebunt homines scelerati dicendi, coactus sum, abductus sum, coactus feci, non volens operatus sum: cum ipse dux fuerit malorum cupiditatis, & cum appendicum violentia non depugnarit. Oportet autem cum parte ratiocinativa facti simus superiores, minorem quæ est in nobis creaturam videri superare.

Fragmentum Moralium Isidori

Ex Clementis Alex. Lib. III. *Strom. p.* 427.

ΑΝτέχου τοίνυν, φησί, κατὰ λέξιν ὁ Ἰσίδωρος ἐν τοῖς ἠθικοῖς, μαχίμης γυναικός, ἵνα μὴ ἀποσπασθῇς τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ· τότε πῦρ ἀποσπερματίσας εὐσυνειδήτως προσεύχῃ. ὅταν δὲ ἡ εὐχαριστία σου, φησίν, εἰς αἴτησιν ὑποπέσῃ, καὶ στῇς τὸ λοιπὸν οὐ κατορθῶσαι, ἀλλὰ μὴ σφαλῆναι, γάμησον. Ἀλλὰ νέος τίς ἐστιν, ἢ πένης, ἢ καταφερής, καὶ οὐ θέλει γῆμαι κατὰ τὸν λόγον, οὗτος τοῦ ἀδελφοῦ

APprehende, inquit his verbis Isidorus in moralibus, robustam mulierem, ne à Dei gratiâ avellaris, & cum ignem cum semine excreveris, cum bona ores conscientia. Quando autem, inquit, tua gratiarum actio inciderit in petitionem, & destiteris deinceps non rectè agere, sed non errare, duc uxorem. Sin est aliquis juvenis, vel pauper, vel ad venerem proclivis, & non vult rationi convenienter uxorem

uxorem ducere, is à fratre ne ſeparetur: dicat, ingreſſus in ſancta, nihil poſſum pati. Sed ſi habeat ſuſpicionem, dicat, frater impone mihi manum, ut non peccem: & accipiet auxilium tam quod mente poteſt percipi, quàm ſenſile. Velit tantum quod bonum eſt petere, & aſſequetur. Nonnunquam autem ore quidem dicimus, nolumus peccare: cogitatio autem noſtra defixa eſt in peccato. Qui eſt ejuſmodi, propter metum quod vult non facit ne ei imponatur ſupplicium. Humanitas autem habet quædam neceſſaria & ſolùm naturalia: quod indumentis egeat, habet & neceſſarium & naturale: eſt autem res venerea naturalis, ſed non neceſſaria.

μὴ χωριζέσθω· λεγέτω, ὅτι εἰσελήλυθα ἐγὼ εἰς τὰ ἅγια, οὐδὲν δύναμαι παθεῖν. Ἐὰν δὲ ὑπόνοιαν ἔχῃ εἰπάτω, ἀδελφὲ, ἐπίθες μοι τὴν χεῖρα, ἵνα μὴ ἁμαρτήσω· καὶ λήψεται βοήθειαν καὶ νοητὴν καὶ αἰσθητήν. θελησάτω μόνον ἀπαρτῆσαι τὸ καλὸν, καὶ ἐπιτεύξεται. ἐνίοτε δὲ τῷ μὲν στόματι λέγομεν, οὐ θέλομεν ἁμαρτῆσαι· ἡ δὲ διάνοια ἔγκειται ἐπὶ τὸ ἁμαρτάνειν. ὁ τοιοῦτος διὰ φόβον οὐ ποιεῖ ὃ θέλει, ἵνα μὴ ἡ κόλασις αὐτῷ ἐλλογισθῇ· ἡ δὲ ἀνθρωπότης ἔχει τινὰ ἀναγκαῖα καὶ φυσικὰ μόνα· ἔχει τὸ περιβάλλεσθαι ἀναγκαῖον καὶ φυσικόν· φυσικὸν δὲ τὸ τῶν ἀφροδισίων, οὐκ ἀναγκαῖον δέ.

Iſta & emendatione & explicatione egent, quâ allatâ, patebit hæc verba bonum habere ſenſum. Ac priora quidem ἀντέχου (ſive ut apud Epiphanium legimus ἀνέχου) μαχίμης γυναικὸς, peſſimè vertit, imo pervertit Hervetus, Clementis interpres, ponens: *Apprehende ergo robuſtam mulierem*; pro quibus repone, *Patienter ſuſtine contentioſam mulierem*, ſicut & Petavius apud Epiphanium: *Patienter igitur tibi contumacis uxoris mores ſuſtinendi ſunt, ne gratiam Dei amittas.* Unde ſequitur: *Cumque unà cum ſemine libidinis flammam ejeceris*, (per legitimum matrimonii uſum, tanquam fornicationis remedium) *tum te optimâ fretus conſcientia ad orandum converte.* Quid verò ſibi volunt hæc: *quando autem tua gratiarum actio in petitionem inciderit*, ſive delapſa fuerit? Videtur Iſidorus reſpexiſſe duplicem Chriſtianorum ſtatum, perfectorum & infirmorum, ex quibus illi in bono fundati ac immobiles non tam preces quàm gratias Deo fundunt pro conceſſo juſtitiæ habitu; hi verò minùs ſtabiles, à periculo lapsûs ſibi metuunt, ac idcirco precibus magis indigent, quibus auxilium Divinæ gratiæ poſtulent. Idem igitur eſt ac ſi dixerit: *Quando autem in iſtam delapſus fueris conditionem, ut ores potius quàm gratias agas*, &c. Quem ſenſum apertè confirmant immediatè ſequentia, apud Clementem corrupta, ac proinde ex Epiphanio corrigenda hoc modo: καὶ στῇς, τὸ λοιπὸν οὐ κατορθώσεις μὴ σφαλῆναι, γάμησον,

γάμησον, & *steteris, non tamen quoad reliquum vitæ tempus à periculo lapsûs immunis sis, duc uxorem*, vel ut Petavius vertit apud Epiphanium: *Neque id tamen obtinueris, ut labi prorsus ac titubare desinas, ad nuptias confugito.* Quod consilium sane bonum est, simile isti Apostolico, 1 Cor. VII. 9. *Quod si non se continent, nubant: melius est enim nubere quàm uri.* Pergit verò Isidorus docens, quid sit faciendum, ubi aliquis uxorem ducere nequeat, vel quod adhuc sit nimiùm juvenis, vel pauper, vel κακοφερὴς (sive κατωφερὴς, utroque enim modo scribitur) id est, ἀσθενὴς, *infirmus*, ut Epiphanius explicationis gratiâ addit, quanquam alibi *pronum ad Venerem* significet: si igitur ob has circumstantias conjugium inire nolit κατὰ τὸν λόγον, id est, ut *verbum* Dei *suadet*, vel etiam, *ut ratio exigit*, ne scilicet in isto statu uxorem ducat, tum, inquit Isidorus, *iste homo propterea à conventu fratrum ne segregetur. Dicat verò: ingressus in sancta, nil patiar*, id est, si Ecclesiam, ubi fratres ad sacra conveniunt, frequentavero, nil patiar mali. *Si verò habeat suspicionem*, de se ipso scilicet, ne in peccatum incidat, *dicat: Frater impone mihi manum, ut non peccem*: intelligens per fratrem, sive quemcunque fidelium, sive potiùs Sacerdotem, cui propriè oratio cum manûs impositione competit. Cætera sunt facillima intellectu; unde ad alia pergo, ubi tribus verbis monuero, quoad ultima Isidori verba editionem Epiphanii ex Clemente corrigendam, & pro φυσικὸν δὲ τὸ τῶν ἀφροδισίων. Αναγκαίως δὲ ταύτας παρεθέμην τὰς φωνάς, &c. legendum esse φυσικὸν δὲ τὸ τῶν ἀφροδισίων, οὐκ ἀναγκαῖον δέ. Ταύτας παρεθέμην φωνάς, &c. Nam ita apud Clementem rectè sunt distincta.

Fragmenta Lib. I. & II. *expositionum Prophetæ Parchor*

Ex Clementis Lib. VI. *Stromat. pag.* 641. & *seqq.*

Ἰσίδωρος, ὁ Βασιλείδου υἱὸς ἅμα καὶ μαθητὴς, ἐν τῷ πρώτῳ τοῦ Προφήτου Παρχὼρ ἐξηγητικῶν, καὶ αὐτὸς κατὰ λέξιν γράφει· φασὶ δὲ οἱ Ἀττικοὶ μεμηνῦσθαί τινα Σωκράτει, παρεπομένου δαίμονος αὐτῷ· καὶ Ἀριστοτέλης δαίμοσι κεχρῆσθαι πάντας ἀνθρώπους λέγει, συνομαρτοῦσιν αὐτοῖς παρὰ τὸν χρόνον τῆς ἐνσωματώ-

Isidorus, Basilidis simul filius & discipulus, in primo libro expositionum Prophetæ Parchor, ipse quoque scribit ad verbum: dicunt autem Attici quædam fuisse significata Socrati, dæmone eum consequente: dicit etiam Aristoteles, omnes homines uti dæmonibus, qui eos sequuntur ex eo tempore, quo migrant in corpus. Quam

 cum

cum à prophetis accipiſſet doctrinam, & in ſuos retuliſſet libros, non tamen unde accepiſſet eam confitetur. Et rurſus in ſecundo ejus operis ſic ſcribit: Nec exiſtimet aliquis, quid dicimus eſſe proprium electarum, hoc fuiſſe prædictum ab aliquibus Philoſophis. Nec eſt enim hoc eorum inventum, ſed cum ſumpſiſſent à prophetis, id tribuerunt ei qui eſt ſapiens ex eorum ſententia. Et rurſus in eodem: Mihi quidem videtur, ut ii, qui ſibi Philoſophiam vindicant, diſcant quid ſit quercus alata, & varium, quod in ea pallium: quæ omnia Pherecydes allegoricè dixit in Theologia, è Chami prophetia iſta petens.

σεως· προφητικὸν τοῦτο μάθημα λαβὼν, καὶ καταθέμενος εἰς τὰ ἑαυτοῦ βιβλία, μὴ ὁμολογήσας ὅθεν ὑφείλετο τὸν λόγον τοῦτον. καὶ πάλιν ἐν τῷ δευτέρῳ τῆς αὐτῆς συντάξεως, ὧδέ πως γράφει. Καὶ μή τις οἰέσθω, ὃ φαμὲν ἴδιον εἶναι τῶν ἐκλεκτῶν, τοῦτο προειρημένον ὑπάρχειν ὑπό τινων Φιλοσόφων· οὐ γάρ ἐστιν αὐτῶν εὕρημα· τῶν δὲ προφητῶν σφετερισάμενοι, προσέθηκαν τῷ μὴ ὑπάρχοντι κατ' αὐτοὺς σοφῷ· αὖθίς τε ἐν τῷ αὐτῷ· καὶ γάρ μοι δοκεῖ τοὺς προσποιουμένους φιλοσοφεῖν, ἵνα μάθωσι τί ἐστιν ἡ ὑπόπτερος δρῦς, καὶ τὸ ἐπ' αὐτῇ πεποικιλμένον φᾶρος· πάντα ὅσα Φερεκύδης ἀλληγορήσας ἐθεολόγησεν, λαβὼν ἀπὸ τῆς τοῦ Χὰμ προφητείας.

Vult Iſidorus Philoſophiæ ſtudioſos diſcere, *quid ſit* vel ſymbolicè ſignificet *quercus alata, & diſcolor ejus pallium.* Mirum ſanè! Ubi enim quercus alata? quis unquam de eâ legit vel ſcripſit? Niſi itaque mea me fallit conjectura, pro δρῦς poni debet δρύοψ, avis genus apud Ariſtophanem in Avibus, pag. 555. edit. Biſeti. Hanc itaque avem alatam & egregiis variatam coloribus pro emblemate quodam accepit Pherecydes Syrius, quem in numerum VII. Sapientum ab aliquibus relatum fuiſſe teſtatur Clemens Lib. I. Strom. p. 299. ejuſque *Theologiam* inter myſticos ac intellectu difficiles libros recenſet Lib. V. Strom. pag. 571. ubi etiam paulò antè pag. 567. ſymbolum avis aliorumque animantium ab Idanthura Scytharum Rege uſurpatum, à Pherecyde autem memoratum, variaſque ejus expoſitiones refert. Prophetiæ autem *Chami* nullam alibi mentionem reperio, hancque Apocrypham ſcripturam à Baſilide vel aliis hæreticis confictam fuiſſe arbitror.

Ptolemæus *Hæreticus.*

EPiphani & Iſidoro *Ptolemæum* velut ſucceſſorem adjungit Epiphanius Hæreſ. XXXIII. §. 1. non autem exactè ejus ætatem deſignat, de qua tamen conjecturas ſuas prolixè

prolixè expoſuit Clariſ. Dn. Dodwellus Diſſert. IV. in Irenæum. Ego Ptolemæum Valentino coævum fuiſſe inde colligo, quia Heracleoni aut præivit, aut ſaltem corrivalis fuit, indeque ambo juncti memorantur ab Irenæo Lib. II. cap. 4. Atqui Heracleonem unâ cum Valentino ætate, tempore ſcilicet Hygini Epiſcopi Romani, vixiſſe probabo, paulo poſt de ipſo dicturus. At verò à S. Apoſtolorum ætate aliquantùm abfuit Ptolemæus, ſiquidem *nullum Apoſtolorum vidit*, teſte Irenæo Lib. II. cap. 40. Cæterùm præceptore ſuo, *Valentino* aut *Epiphane*, doctiorem eum facit Epiphanius loco citato, indeque dogmata ejus ac aſſeclarum ex Irenæo deſcribit, cujus textum in nova, quæ ſub prælo eſt, editione pro virili illuſtravi. Legatur ipſe cap. 1. & 6. libri I. Aliqui tamen illius errores, quos ſilentio tranſiit Irenæus, *v. g.* de lege Moſis, colliguntur ex Epiſtola à Ptolemæo ad Floram mulierculam exarata: quam idcirco ex Epiphanio hîc deſcribere, & tam Græcum ejus textum quàm Latinam Petavii verſionem emendare placuit.

Ptolemæi *ad Floram Epiſtola*

Ex Epiphanii Hæreſ. XXXIII. §. 3. *& ſeqq.*

Τὸν διὰ Μωϋσέως τεθέντα νόμον, ἀδελφή μου καλὴ Φλώρα, ὅτι μὴ πολλοὶ προκατελάβοντο, μήτε τὸν θεμέλιον αὐτὸν ἐγνωκότες, μήτε τὰς προστάξεις [a] αὐτῶν, ἀκριβῶς ἡγοῦμαι καὶ σοὶ εὐσύνοπτον ἔσεσθαι, [b] μαθούσης τὰς διαφωνούσας γνώμας περὶ αὐτοῦ. οἱ μὲν γὰρ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς νενομοθετῆσθαι [c] τούτοις λέγουσιν. ἕτεροι δὲ τούτοις τὴν ἐναντίαν ὁδὸν τραπέντες, ὑπὸ τοῦ ἀντικειμένου φθο-

Legem illam quæ à Moſe tradita eſt, Flora ſoror amantiſſima, neque perſpectam habere quamplurimos, neque ejus velut fundamenta vel præſcripta cognoſcere, facilè te intellecturam exiſtimo, ſi quàm variæ de illa ſint opiniones didiceris. Sunt enim qui illam à Deo putant ac Patre fuiſſe conſtitutam. Alii contrariam viam ingreſſi, ab ejus æmulo nefario Dæmone latam affir-

a Αὐτῶν,] lege αὐτοῦ, ſcilicet νόμου: atque ſic forte etiam pro αὐτὸν, quod paulo antè præceſſit. b μαθούσης] *Petavius* in margine legendum conjicit μαθούσῃ. c τούτοις] forte τοῦτον, ſicuti mox τεθεῖσθαι τοῦτον.

mant,

mant, à quo & Mundum fabricatum asserunt, & eundem Patrem ac Conditorem esse dictitant. Verùm illi, qui ejusmodi dogmata sibi invicem communicarunt, vehementer hallucinati sunt, & ab eo, quem sibi proposuerant, scopo veritatis aberrarunt. Nam nec à perfecto Deo ac Patre stabilita videtur, (est enim *alius*, qui ordine sequitur, *Deus*) utpote minus perfecta, & ad sui absolutionem plura desiderans, ac mandata quædam continens, quæ à talis Dei natura ac decreto sunt aliena. Neque verò adversarii improbitati tribuenda lex est, cujus proprium sit iniquè facere; quique ita statuunt, quæ à Salvatore dicta sunt nequaquam animadvertunt. * *Stare enim domum vel civitatem non posse, quæ in seipsam divisa sit*, Servator noster pronuntiavit. Præterea mundum à se fabricatum asserit; * *omniaque per ipsum facta, & sine ipso nihil esse factum.* Quibus verbis Apostolus mendacissimorum hominum minimè so-

ροποιοῦ Διαβόλου τεθεῖσθαι τοῦτον ἰσχυρίζονται, ὡς καὶ τὸ τοῦ κόσμου προσάπτουσιν αὐτῷ δημιουργίαν, πατέρα καὶ ποιητὴν τοῦτον λέγοντες εἶναι. τοῦτο δὲ τοῦ παντὸς διέπταισαν οὗτοι διαφέροντες ἀλλήλοις, καὶ ἑκάτεροι αὐτῶν διαμαρτόντες περὶ σφίσιν αὐτοῖς τῆς προειρημένης ἀληθείας· οὔτε γὰρ ὑπὸ τοῦ τελείου Θεοῦ καὶ Πατρὸς φαίνεται τοῦτον τεθεῖσθαι, [a] (ἑπόμενος γάρ ἐστιν.) ἀτελῆ τε ὄντα, καὶ τοῦ [b] σφετέρου πληρωθῆναι ἐνδεῆ, ἔχοντά τε προστάξεις ἀνοικείας τῇ τοῦ τοιούτου Θεοῦ φύσει τε καὶ γνώμῃ. οὔτ' αὖ πάλιν τῇ τοῦ ἀντικειμένου ἀδικίᾳ νόμον προσάπτειν [c] ἀδικεῖν αἱροῦντος τῶν τε ἑξῆς τι μὴ συνορώντων τὰ ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος εἰρημένα. οἰκία γὰρ ἢ πόλις μερισθεῖσα ἐφ' ἑαυτήν, ὅτι μὴ δύναται στῆναι, ὁ Σωτὴρ ἡμῶν ἀπεφήνατο. ἔτι γε τὴν τοῦ κόσμου δημιουργίαν ἰδίαν λέγει εἶναι, [d] ἅτε πάντα δι' αὐτοῦ γεγονέναι, καὶ χωρὶς αὐτοῦ γέγονεν (l. γεγονέναι) οὐδέν. ὁ [e] Ἀπόστολος προαποστερήσας τὴν τῶν ψευ-

δηγορούντων

a ἑπόμενος.] ἑπόμενον legere mavult *Petavius*; quod tamen huc non quadrat, unde ipse istud comma in versione sua, perinde ut *Cornarius* neglexit. Ego retentâ vulgata lectione, dedi interpretationem mihi commodam visam: quâ tamen cedam, ubi meliorem videro. b καὶ τοῦ σφετέρου πληρωθῆναι.] *Petavius* in Notis Tom. II. edit. Epiphanii pag. 69. hoc comma optimè emendat, ita scribens: *Utcunque sensus iis ex verbis erui possit, quod non nisi violenter fieri potest: longe mihi aptius videtur,* καὶ τοῦ ὑφ' ἑτέρου πληρωθῆναι. *Nec dubito quin hoc Epiphanius scripserit.* Quibus omnino subscribo: nam Ptolemæo in hoc cum Catholicis Patribus procul dubio convenit, legem Mosis à Christo impletam atque perfectam redditam fuisse; qua de re alibi. c ἀδικεῖν.] Textus hoc loco est vitiosus vel mutilus: quem corrigere haud potui, quoniam & MSS. Epiphanii Codicibus & felici conjecturâ hîc destituor. *Petavius* addit χρή. Sed hoc non sufficit: retinui tamen ejus interpretationem, quia exactior haud suppetit. d ἅτε.] τάτε legere amat *Petavius*. e ὁ Ἀπόστολος.] *Petavius* in versione & Notis, Apostoli nomine *Joannem* intellexit, ita ut ad λέγει paulo ante positum referatur. Mihi hæc sententia haud placet, quia ex verbis S. Joannis

* *Matt.* XII. 5. * *Joan.* I. 3.

δηγορούντων ἀνυπόστατον σοφίαν, καὶ οὐ φθοροποιοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ δικαίου καὶ μισοπονήρου. ἀπρονοήτων δέ ἐστιν ἀνθρώπων τῆς προνοίας τοῦ δημιουργοῦ μὴ αἰτίαν λαμβανομένων, καὶ μὴ μόνον τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα, ἀλλὰ καὶ τὸ τοῦ σώματος πεπηρωμένων. οὗτοι μὲν οὖν ὡς διημαρτήκασι τῆς ἀληθείας, δῆλόν σοί ἐστιν ἐκ τῶν εἰρημένων. πεπόνθασι δὲ τοῦτο ἰδίως ἑκάτερος αὐτῶν, οἱ μὲν διὰ τὸ ἀγνοεῖν τὸν τῆς δικαιοσύνης Θεόν, οἱ δὲ διὰ τὸ ἀγνοεῖν τὸν τῶν ὅλων Πατέρα, ὃν μόνος ἐλθὼν ὁ μόνος εἰδὼς ἐφανέρωσε. περιλείπεται δὲ ἡμῖν ἀξιωθεῖσί τε τῆς ἀμφοτέρων τούτων ἐκφῆναί σοι καὶ ἀκριβῶσαι αὐτόν τε τὸν νόμον, ποταπός τις εἴη, καὶ τὸν ὑφ' οὗ τέθειται τὸν νομοθέτην, ἐκθησομένων ἡμῖν τὰς ἀποδείξεις ἐκ τῶν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν λόγων παριστῶντες, δι' ὧν μόνον ἐστὶν ἀπταίστως ἐπὶ τὴν κατάληψιν τῶν ὄντων ὁδηγεῖσθαι.

β'. Πρῶτον οὖν μαθητέον, ὅτι ὁ σύμπας ἐκεῖνος νόμος ὁ περιεχόμενος τῇ Μωσέως Πεντατεύχῳ, οὐ πρὸς ἑνός τινος νενομοθέτηται, λέγω δή, οὐχ ὑπὸ μόνου Θεοῦ· ἀλλ' εἰσί τινες αὐτῶν προστάξεις καὶ ὑπ' ἀνθρώπων τεθεῖσαι, καὶ τριχῆ τοῦτον διαιρεῖσθαι οἱ τοῦ Σωτῆρος λόγοι

lidam ſapientiam refellit, nec peſtifero alicui Deo, ſed juſto, & improbitatis omnis inimico illarum rerum authoritatem concedit. Sed temerariorum hominum illa judicia ſunt, neque Conditoris providentiæ cauſſas intelligentium, quique non animi ſolum, ſed etiam corporis oculis videntur eſſe capti. Quantopere igitur illi à veritate diſſideant, ex iis quæ dicta ſunt abundè potes cognoſcere. Sed utroſque proprium quiddam ac peculiare ad ita ſentiendum induxit. Alios quidem, quòd authorem juſtitiæ Deum ignorarent, alios quod univerſorum parentem peræque neſcirent, quem ille ſolus adveniens, qui ſolus norat, aperuit. Nobis verò quibus utrumq; Dei beneficio cognitum eſt, reliquum illud eſt, ut de lege certi aliquid exploratique doceamus, cujuſmodi videlicet illa ſit, & à quonam legiſlatore ſancita: ita tamen ut quicquid à nobis allatum fuerit, id non aliunde quàm ex ipſis Salvatoris verbis probetur. His enim ſolis velut itineris ducibus adhibitis, ad rerum cognitionem ſine errore perducimur.

II. Inprimis igitur ſciendum eſt, univerſam illam legem, quæ quinque Moſis voluminibus continetur, non ab uno eſſe legiſlatore profectam, ſolo videlicet Deo: ſed admiſta quædam hominum eſſe mandata, ut, ſicuti Salvatoris verbis edoce-

nis nullo modo ſequitur, quod Ptolemæus inde infert. Unde textus hic iterum mutilus mihi videtur. Quem cum ſupplere nequeam, Petavium, invitus licet, ſecutus ſum.

mur,

mur, trifariam Lex sit omnis distributa. Quædam enim ad ipsum Deum ejusque sanctiones pertinent; alia autem Mosi tribuenda sunt, non quidem quatenus aliquid à Deo illius interventu decretum est; sed quatenus per se ac suapte sponte nonnulla constituit: aliorum denique Seniores qui in populo erant authores extiterunt; ac primi illi privata quædam præcepta inserere sunt ausi. Quod quemadmodum sese habeat, ex ipsis Salvatoris verbis demonstratum mox intelliges. Hic enim quodam in loco ad eos verba faciens, qui de repudii libello secum disputabant, quod permissione Legis licebat, sic illos allocutus est: * *Moses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere uxores vestras. Ab initio autem non fuit sic. Deus enim*, inquit, *conjugium hoc copulavit*: *Et quod Deus conjunxit, homo non separet*. Ubi aliam esse Dei Legem ostendit, quæ uxorem à viro sejungi prohibeat, aliam Mosis, qui ob duritiem cordis par illud dissociari permittat. In quo Moses quiddam Deo contrarium tulit, ei scilicet cautioni, quâ dissolvi matrimonia vetuerat. Sed si Mosis mentem, quâ ad illud decernendum inductus est, accuratè consideremus, inveniemus non id eum sponte sua, sed necessitate fecisse, quò eorum quibus præscribebat imbecillitati consuleret. Quando-

διδάσκουσιν ἡμᾶς. εἴς τε γὰρ αὐτὸν τὸν Θεὸν, καὶ τὴν τούτου νομοθεσίαν· διαιρεῖται δὲ καὶ εἰς τὸν Μωσέα, οὐ ᵃ καθ' αὐτὸ δι' αὐτοῦ νομοθετεῖ ὁ Θεὸς, ἀλλὰ καθὰ ἀπὸ τῆς ἰδίας ἐννοίας ὁρμώμενος καὶ ὁ Μωσῆς ἐνομοθέτησέ τινα· καὶ εἰς τοὺς Πρεσβυτέρους τοῦ λαοῦ διαιρεῖται, καὶ πρῶτοι εὑρίσκονται ἐντολάς τινας ἐνθέντες ἰδίας. πῶς οὖν τοῦτο οὕτως ἔχον, ἐκ τῶν τοῦ Σωτῆρος δείκνυται λόγων, μάθοις δ' ἂν ἤδη. διαλεγόμενός που ὁ Σωτὴρ πρὸς τοὺς περὶ τοῦ ἀποστασίου συζητοῦντας αὐτῷ, ὃ δὴ ἀποστάσιον ἐξεῖναι ἐνενομοθέτητο, ἔφη αὐτοῖς· ὅτι Μωϋσῆς πρὸς τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν ἐπέτρεψε τὸ ἀπολύειν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ. ἀπ' ἀρχῆς γὰρ οὐ γέγονεν οὕτως. Θεὸς γὰρ, φησὶ, συνέζευξε ταύτην τὴν συζυγίαν· καὶ, ὃ συνέζευξεν ὁ Κύριος, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω, ἔφη. ἐνταῦθα ἕτερον μὲν τοῦ Θεοῦ δείκνυσι νόμον, τὸν κωλύοντα χωρίζεσθαι γυναῖκα ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς, ἕτερον δὲ τοῦ Μωϋσέως, τὸν διὰ τὴν σκληροκαρδίαν ἐπιτρέποντα χωρίζεσθαι τοῦτο τὸ ζεῦγος. καὶ δὴ κατὰ τοῦτο ἐναντία τῷ Θεῷ νομοθετεῖ ὁ Μωσῆς· ἐναντίον γάρ ἐστι τῷ μὴ διαζευγνύναι. ἐὰν μέντοι καὶ τὴν τοῦ Μωϋσέως γνώμην, καθ' ἣν τοῦτο ἐνομοθέτησεν, ἐξετάσωμεν, εὑρεθήσεται τοῦτο οὐ κατὰ προαίρεσιν ποιήσας τὴν ἑαυτοῦ, ἀλλὰ κατὰ ἀνάγκην διὰ τὴν τῶν νενομοθετημένων ἀσθένειαν. ἐπεὶ γὰρ

a καθ' αὐτὸ] Petavius conjicit legendum καθὰ αὐτός. * Matt. xix. 6. & seqq.

τῶν

τὴν τοῦ Θεοῦ γνώμην φυλάττειν οὐκ ἠδύναντο οὗτοι, ἐν τῷ μὴ ἐξεῖναι αὐτοῖς ἐκβάλλειν τὰς γυναῖκας αὐτῶν, [a] αἵ τινες αὐτῶν ἀηδῶς συνῴκουν, καὶ ἐκινδύνευον ἐκ τούτου ἐκτρέπεσθαι πλέον εἰς ἀδικίαν, καὶ ἐκ ταύτης εἰς ἀπώλειαν, τὸ ἀηδὲς τοῦτο βουλόμενος ἐκκόψαι αὐτῶν ὁ Μωϋσῆς, δι' οὗ καὶ ἀπόλλυσθαι ἐκινδύνευον, δεύτερόν τινα ὡς κατὰ περίστασιν ἧττον κακὸν ἀντὶ μείζονος ἀντικαταλλασσόμενος, τὸν τοῦ ἀποστασίου νόμον ἀφ' ἑαυτοῦ ἐνομοθέτησεν αὐτοῖς· ἵνα ἐὰν ἐκεῖνον μὴ δύνωνται φυλάττειν, κἂν τοῦτόν γε φυλάξωσι, καὶ μὴ εἰς ἀδικίας καὶ κακίας ἐκτραπῶσι, δι' ὧν ἀπώλεια αὐτοῖς ἔμελλε τελειοτάτη ἐπακολουθήσειν. αὕτη μὲν ἡ τούτου γνώμη, καθ' ἣν ἀντινομοθετῶν εὑρίσκεται τῷ Θεῷ. πλὴν ὅτι γε Μωσέως αὐτοῦ δείκνυται ἐνταῦθα ἕτερος ὢν παρὰ τὸν τοῦ Θεοῦ νόμον, ἀναμφισβήτητόν ἐστι, κἂν δι' ἑνὸς τανῦν ὦμεν δεδειχότες. ὅτι δὲ καὶ τῶν Πρεσβυτέρων εἰσί τινες συμπεπλεγμέναι παραδόσεις ἐν τῷ νόμῳ, δηλοῖ καὶ τοῦτο ὁ Σωτήρ. ὁ γὰρ Θεὸς, φησὶν, εἶπε, τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα σου, ἵνα εὖ σοι γένηται. ὑμεῖς δὲ, φησὶν, εἰρήκατε, τοῖς πρεσβυτέροις λέγων, δῶρον τῷ Θεῷ ὃ ἐὰν ὠφεληθῇς ἐξ ἐμοῦ, καὶ ἠκυρώσατε τὸν νόμον τοῦ Θεοῦ, διὰ τὴν παράδοσιν τῶν πρεσβυτέρων ὑμῶν. τοῦτο δὲ Ἡσαΐας ἐξεφώ-

quidem enim haud obſervare poterant Dei decretum, ne iſtas ſuas repudiarent uxores, quarum cohabitatio injucunda erat; adeo ut periculum eſſet, ne ea ſe occaſione gravioribus ſceleribus obſtringerent, quibus extremam in perniciem ruerent: ut hoc incommodum devitaret Moyſes, quod ad illorum interitum ſpectabat, ſecundum quandam repudii legem privata authoritate conſtituit, minuſque ex ea occaſione malum cum majore commutavit; ut ſi minùs priorem illam ſervare poſſint, hanc ſaltem obſervent, neque ſe in flagitia ſceleraque committant, per quæ ultimum exitium conſequatur. Hoc illius conſilium fuit, juxta quod ſane contrarium quiddam Deo ſtatuiſſe cernitur. Enim verò diverſam hîc à Divina Moyſis Legem extiſſe, extra omnem controverſiam eſt: etſi id in uno tantum decreto probatum ſit. Eidem verò Legi traditas à Senioribus regulas illigatas eſſe, non obſcurè Salvator oſtendit. * *Deus enim*, inquit, *dixit*: *Honora patrem tuum, & matrem tuam, ut bene ſit tibi*: *Vos autem dixiſtis*, Seniores inquit alloquens: *Munus Deo quodcunque ex me tibi proderit*; *& irritam feciſtis legem Dei propter traditiones ſeniorum veſtrorum*. Hoc ipſum pronunciavit Eſaias, dicens:

a αἵτινες αὐτῶν. Petavius vult legi, αἷς τινες αὐτῶν. indeque Latinè vertit: *ac moleſtè quidam earum conſortia ſuſtinerent*. Verùm hanc correctionem haud approbo; indeque retentâ vulgatâ lectione. *Cornarii* verſionem fere reſtitui. Si tamen aliquid mutandum foret, αὐταῖς loco αὐτῶν ponerem. * *Matth.* XV. 3. & ſeqq. & *Marc.* VII. 3. & ſeqq.

* *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè est à me. Sine causa autem colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum.* Ex iis liquet omnem illam esse Legem divisam in partes tres; in eaque & Mosis ipsius, & Seniorum, & Dei mandata contineri. Atque hæc universæ istius Legis à nobis instituta partitio id quod in ea verum datur ostendit.

III. Sed ea pars Legis, quæ à Deo profecta est, tria rursum in membra dividitur. Alia enim sunt sincera præcepta, & ab omni mali permistione secreta, quæ propriè Lex appellatur, quam Salvator, † *non venit solvere, sed adimplere.* Non enim à se erat aliena, quam adimplevit, quia non erat perfecta. Alia sunt deterioribus implicata & vicina injustitiæ, quam Salvator ut abhorrentem à natura sua funditus sustulit. Postremo alia sunt Typica ac Symbolica, ad imaginem sive figuram meliorum posita; quod genus Salvator ab eo quod sensibus expositum est & apparens, ad spiritale & invisibile convertit. Jam verò pura illa sinceraque Lex Dei nec cum deteriore conjuncta, Decalogus est ipse, sive decem illa præcepta

νησεν, εἰπών· ὁ λαὸς οὗτος τοῖς χείλεσί με τιμᾷ, ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόῤῥω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ. μάτην δὲ σέβονταί με, διδάσκοντες διδασκαλίας, ἐντάλματα ἀνθρώπων. σαφῶς οὖν ἐκ τούτων εἰς τρία διαιρούμενος ὁ σύμπας ἐκεῖνος δείκνυται νόμος· Μωϋσέως τε γὰρ αὐτοῦ, καὶ τῶν Πρεσβυτέρων, καὶ αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ εὕρομεν νομοθεσίαν ἐν αὐτῷ. αὕτη μὲν οὖν ἡ διαίρεσις τοῦ σύμπαντος ἐκείνου νόμου ὧδε ἡμῖν διαιρεθεῖσα, τὸ ἐν αὐτῷ ἀληθὲς ἀναπέφαγκεν.

γ'. Πάλιν δὲ δὴ τὸ ἓν μέρος, ὁ αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ νόμος, διαιρεῖται εἰς τρία τινά, εἴς τε τὴν καθαρὰν νομοθεσίαν, τὴν ἀσύμπλοκον τῷ κακῷ, ὃς καὶ κυρίως νόμος λέγεται, ὃν οὐκ ἦλθε καταλῦσαι ὁ Σωτὴρ, ἀλλὰ πληρῶσαι. οὐ γὰρ ἦν ἀλλότριος αὐτοῦ, ὃν ἐπλήρωσεν· οὐ γὰρ εἶχε τὸ τέλειον. καὶ εἰς τὸ συμπεπλεγμένον τῷ χείρονι, καὶ τὴν [a] ἀδικίαν, ἣν ἀνεῖλεν ὁ Σωτὴρ ἀνοίκειον ὄντα τῇ ἑαυτοῦ φύσει. διαιρεῖται δὲ καὶ εἰς τὸ τυπικὸν, καὶ συμβολικὸν, τὸ κατ' εἰκόνα τῶν ([b] κατ' εἰκόνα) διαφερόντων νομοθετηθέν· ὃ μετέθηκεν ὁ Σωτὴρ ἀπὸ αἰσθητοῦ καὶ φαινομένου ἐπὶ τὸ πνευματικὸν καὶ ἀόρατον. καὶ ἔστι μὲν ὁ τοῦ Θεοῦ νόμος ὁ καθαρὸς καὶ ἀσύμπλοκος τῷ χείρονι, αὐτὴ ἡ Δεκάλογος, οἱ δέκα λόγοι ἐκεῖ-

a *Lege* τῇ ἀδικίᾳ, pro τὴν ἀδικίαν, uti mox sequitur: ὅτι δέ ἐστι συμπεπλεγμένος τῇ ἀδικίᾳ. b Duæ voces κατ' εἰκόνα frustra repetuntur, & sunt omnino delendæ. Nullâ autem aliâ mutatione, qualem Petavius in margine exegit, opus est. * Esai. XXIX. 13. † *Matt.* V. 17.

νοι,

νοι, οἱ ἐν ταῖς δυσὶ πλαξὶ δεδιχασμένοι, εἴς τε ἀναίρεσιν τῶν ᵃἀφθέγκτων, καὶ εἰς πρόσταξιν τῶν ποιητέων, οἵ καίπερ καθαρὰν ἔχοντες τὴν νομοθεσίαν, μὴ ἔχοντες δὲ τὸ τέλειον, ἐδέοντο τῆς παρὰ τοῦ Σωτῆρος πληρώσεως. ὁ δὲ ἐστι συμπεπλεγμένος τῇ ἀδικίᾳ, οὗτος ὁ κατὰ τὴν ἄμυναν καὶ ἀνταπόδοσιν τῶν προαδικησάντων κείμενος, ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, καὶ ὀδόντα ἀντὶ ὀδόντος ἐκκόπτεσθαι κελεύων, καὶ φόνον ἀντὶ φόνου ἀμύνασθαι. οὐδὲν γὰρ ἧττον καὶ ὁ δεύτερος ἀδικῶν ἀδικεῖ, τῇ τάξει μόνον διαλλάσσων, τὸ αὐτὸ ἐργαζόμενος ἔργον. τοῦτο δὲ τὸ πρόσταγμα δίκαιον μὲν ἄλλως καὶ ἦν καὶ ἔστι, διὰ τὴν ἀσθένειαν τῶν νομοθετηθέντων ἐν παρεκβάσει τοῦ καθαροῦ νόμου τεθέν. ἀνοίκειον δὲ τῇ τοῦ πατρὸς τῶν ὅλων φύσει τε καὶ ἀγαθότητι· ἴσως δὲ τοῦτο κατάλληλον, ἐπάναγκες δὲ μᾶλλον. ὁ γὰρ καὶ τὸν ἕνα φόνον οὐ βουλόμενος ἔσεσθαι ἐν τῷ λέγειν, οὐ φονεύσεις, προστάξας τὸν φονέα ἀντιφονεύεσθαι, δεύτερον νόμον νομοθετῶν, καὶ δυσὶ φόνοις βραβεύων ὁ τὸν ἕνα ἀπαγορεύσας, ἔλαθεν ἑαυτὸν ὑπ' ἀνάγκης κλαπείς. διὸ δὴ ὁ ἀπ' ἐκείνου παραγενόμενος υἱός, τοῦτο τὸ μέρος τοῦ νόμου ἀνήρηκεν, ὁμολογήσας καὶ αὐτὸς εἶναι τοῦ Θεοῦ. ἔν τε τοῖς ἄλλοις καταριθμεῖται τῇ παλαιᾷ αἱρέσει, καὶ ἐν οἷς ἔφη ὁ Θεὸς εἰπών· ὁ κακολογῶν πατέρα ἢ

duabus diſtincta tabulis, quibus aut nefanda prohibentur, aut facienda mandantur: quæ etſi pura ſint, tamen quod nondum perfecta exiſtant, impleri à Salvatore debuerant. Ad illud verò genus, quod injuſtitiæ aliquid habet, Leges illæ referendæ ſunt, quibus injuriarum perſecutio, eorumque qui priores nos læſerint vindicta præſcribitur: * *Oculum pro oculo, dentem evelli pro dente, ac cædem cæde* compenſari præcipiens. Neque enim minus injuſtè agit, qui id poſt alterum perpetrat, cùm ſolius ordinis interſit, atque idem omnino facinus committat. Sed illud præceptum alioqui juſtum erat, & eſt modò, utpote propter eorum infirmitatem, quibus editum fuit, ad ſincerioris licet Legis violationem præſcriptum; attamen à communis omnium parentis natura ac bonitate eſt alienum: vel conſentaneum potius eſt, ſed neceſſitate quadam expreſſum. Nam qui vel unicum homicidium vetat fieri, dum edixit, *non occides*, cùm poſtea cædis authorem viciſſim interfici jubet, ac ſecundam legem ferens duplicem cædem permittit, qui unam prohibuerat, vi neceſſitatis imprudens ſui oblitus eſſe videtur. Atque ideo miſſus ab illo filius eam Legis partem antiquavit, licet eam à Deo latam & ipſe confeſſus ſit. Atque etiam inter cætera ad antiquam Hæreſin pertinent ea, quæ Deus his verbis ſtatuit: * *Qui maledixerit*

a Ἀφεκτέων legendum conjicit *Petavius*: ego ἀφθέγκτων retinens, Latinâ voce *nefandorum* rectè exprimi puto. * *Lev.* XXIV. 20. * *Lev.* XX. 9.

patri vel matri, morte moriatur. Ad illud verò genus, quod Typicum dicitur, id omne pertinet, quod ſpiritualium atque excellentium rerum figuras continet; cujuſmodi ſunt, ſacrorum offerendorum ceremoniæ Circumciſio, Sabbatum, Jejunium, Paſcha, Azyma, aliaque ſimilia Lege præſcripta. Quæ omnia cùm nihil aliud præter figuras atque imagines eſſent, patefactâ veritate tranſlata ſunt; imò verò quod ad externam ſpeciem attinet uſumque corporeum, ſublata, ſed ſpiritali quadam ratione retenta ſunt: iiſdem quippe manentibus adhuc nominibus, rerum eſt facta mutatio. Nam offerre quidem ſacra Dominus inſtituit: at non mutarum pecudum, aut id genus ſuffituum; ſed ſpiritalis potius laudis ac prædicationis, & Euchariſtiæ; tum in proximum liberalitatis ac beneficentiæ. Idem circumcidi præterea non corporis, ſed cordis animique præputium jubet: Itemque ſervari Sabbatum, ut à pravis duntaxat actionibus feriemur. Jejunare porrò cùm imperat, non illam corporis inediam, ſed animi temperantiam decernit, ut à flagitiis omnibus abſtineamus. Quanquam à noſtris illud quoque externum jejunium adhibetur, quatenus ad animorum utilitatem confert aliquid, ſi cum ratione ſuſcipiatur: non imitandi quoſdam ſtudio, non conſuetudine, non certarum dierum religione, vel

μητέρα, θανάτῳ τελευτάτω. τὸ δὲ ἔστι μέρος αὐτοῦ τυπικόν, τὸ κατ' εἰκόνα τῶν πνευματικῶν, καὶ [a] διαφερόντως κείμενον, τὸ ἐν προσφοραῖς, λέγω, καὶ περιτομῇ, καὶ σαββάτῳ, καὶ νηστείᾳ, καὶ Πάσχᾳ, καὶ ἀζύμοις, καὶ τοῖς τοιούτοις νομοθετηθέντα. πάντα γὰρ ταῦτα εἰκόνες καὶ σύμβολα ὄντα, τῆς ἀληθείας φανερωθείσης μετετέθη· κατὰ μὲν τὸ φαινόμενον καὶ σωματικῶς ἐκτελεῖσθαι ἀνῃρέθη, κατὰ δὲ τὸ πνευματικὸν ἀνελήφθη· τῶν μὲν ὀνομάτων τῶν αὐτῶν μενόντων, ἐνηλλαγμένων δὲ τῶν πραγμάτων. καὶ γὰρ προσφορὰς προσφέρειν προσέταξεν ἡμῖν ὁ Σωτήρ· ἀλλ' οὐχὶ τὰς δι' ἀλόγων ζώων, ἢ τούτων τῶν θυμιαμάτων, ἀλλὰ διὰ πνευματικῶν αἴνων, καὶ δοξῶν, καὶ εὐχαριστίας, καὶ διὰ τῆς εἰς τοὺς πλησίον κοινωνίας καὶ εὐποιΐας. καὶ περιτομὴν περιτετμῆσθαι ἡμᾶς βούλεται· ἀλλ' οὐχὶ τῆς ἀκροβυστίας τῆς σωματικῆς, ἀλλὰ καρδίας τῆς πνευματικῆς. καὶ τὸ σάββατον φυλάσσειν· ἀργεῖν γὰρ θέλει ἡμᾶς ἀπὸ τῶν ἔργων τῶν πονηρῶν. καὶ νηστεύειν δέ, ἀλλὰ οὐ τὴν σωματικὴν βούλεται νηστείαν ἡμᾶς νηστεύειν, ἀλλὰ τὴν πνευματικήν, ἐν ᾗ ἐστιν ἀποχὴ πάντων τῶν φαύλων. φυλάσσεται μέντοι γε καὶ παρὰ τοῖς ἡμετέροις ἡ κατὰ τὸ φαινόμενον νηστεία· ἐπεὶ καὶ ψυχῇ τι συμβάλλεσθαι δύναται αὕτη μετὰ λόγου γινομένη, ὁπότε μηδὲ διὰ τὴν πρός τινας μίμησιν γίνεται, μήτε διὰ τὸ ἔθος, μήτε διὰ τὴν ἡμέραν, ὡς ὡρισμένης τούτου ἡμέρας· ἅμα δὲ καὶ εἰς

a *διαφερόντων* rectè ad marginem poſuit *Petav.*

ἀνάμνησιν

ἀνάμνησιν τῆς ἀληθινῆς νηστείας, ἵνα οἱ μηδέπω ἐκείνην δυνάμενοι νηστεύειν, ἀπὸ τῆς κατὰ τὸ φαινόμενον νηστείας ἔχωσι τὴν ἀνάμνησιν αὐτῆς. καὶ τὸ Πάσχα δὲ ὁμοίως, καὶ τὰ ἄζυμα, ὅτι εἰκόνες ἦσαν, δηλοῖ καὶ Παῦλος ὁ Ἀπόστολος· τὸ δὲ Πάσχα ἡμῶν, λέγεται, ἐτύθη Χριστὸς, καὶ ἵνα ἦτε, φησὶν, ἄζυμοι, μὴ μετέχοντες ζύμης, (ζύμην τε νῦν τὴν κακίαν λέγει) ἀλλ' ἦτε νέον φύραμα.

δʹ. a Οὗτος γοῦν καὶ αὐτὸς ὁ τοῦ Θεοῦ εἶναι νόμος ὁμολογούμενος εἰς τρία διαιρεῖται, εἴς τε τὸ πληρούμενον ἀπὸ τοῦ Σωτῆρος. τὸ γὰρ, οὐ φονεύσεις, οὐ μοιχεύσεις, οὐκ ἐπιορκήσεις, ἐν τῷ μηδ' ὀργισθῆναι, μηδὲ b ἐπιθυμήσεις περιείληπται· διαιρεῖται δὲ καὶ εἰς τὸ ἀναιρούμενον τελείως· τὸ γὰρ, ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, καὶ ὀδόντα ἀντὶ ὀδόντος, συμπεπλεγμένον τῇ ἀδικίᾳ, καὶ αὐτὸ ἔργον τῆς ἀδικίας ἔχον, ἀνῃρέθη ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος διὰ τῶν ἐναντίων. τὰ δὲ ἐναντία ἀλλήλων εἰσὶν ἀναιρετικά. ἐγὼ γὰρ λέγω ὑμῖν, μὴ ἀντιστῆναι ὅλως τῷ πονηρῷ, ἀλλὰ ἐάν τίς σε ῥαπίσῃ, στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην σιαγόνα. ἀλληγορεῖται δὲ καὶ εἰς τὸ μεταθετὸν καὶ ἐναλλαγὴν ἀπὸ τοῦ σωματικοῦ ἐπὶ τὸ πνευματικὸν τὸ συμβολικὸν τοῦτο, κατ' εἰκόνα τῶν διαφερόντων νενομοθετημένον. αἱ γὰρ εἰκόνες καὶ τὰ σύμβολα, παραστατικὰ ὄντα ἑτέρων πραγμάτων, καλῶς ἐγίνοντο, μέχρι μὴ παρῆν ἀλήθεια. παρ-

definito aliquo tempore: & quatenus simul veri jejunii memoriam refricet, ut qui nondum illud assecuti fuerint, ab exteriore commonefacti, alterius recordentur. Similiter & Pascha, Azymaque figuras extitisse quasdam, Paulus ipse declarat: * *Pascha*, inquit, *nostrum immolatus est Christus*: Et, *ut sitis*, ait, *Azymi non habentes fermentum* (fermentum verò malitiam appellat) *sed sitis nova conspersio.*

IV. Sic igitur Lex ipsa, quam à Deo manasse fatentur omnes, trifariam dividitur: in eam partem quam Salvator implevit. Hæc enim omnia: † *Non occides, Non mœchaberis*, ‡ *Non pejerabis*, in hisce continentur, * *Non irasceris; Non concupisces.* In eam quæ penitus sublata est. His enim præceptis; *Oculum pro oculo, dentem pro dente*, quæ cum injustitia permista sunt, ejusque secum aliquid trahunt, contrariis legibus à Servatore derogatur: contraria verò sese invicem perimunt. * *Ego enim dico vobis, omnino non resistere malo: sed siquis te percusserit in maxillam, præbe illi & alteram.* Sed & ad excellentium rerum adumbrandam speciem constitutum, & à corporeis ad spiritalia translatum ac mutatum per allegoriam exponitur. Etenim effigies ac signa aliis rebus declarandis adhibita tantisper bene observantur, quoad nondum veritas affulsit. Qua

a Lege οὕτως. b l. ἐπιθυμῆσαι, quia præcessit ὀργισθῆναι. * 1 *Cor.* v. 7. † Exod. xx. 13. & 14. ‡ *Levit.* xix. 12. * *Matth.* v. 22, 28. * *Matth.* v. 39.

succe-

ſuccedente, non quæ imagini, ſed quæ veritati congruunt, facere convenit. Idque ipſum cùm reliqui ejus (*Chriſti*) diſcipuli, tum Apoſtolus Paulus oſtendit: qui figuratum illud genus propter nos, ut diximus, in Paſchate Azymiſque demonſtrat. De altero verò quod implicatum injuſtitia eſt, loquitur, cùm * *Legem mandatorum* ait *in dogmatibus abrogatam*. De tertio denique, quod deterioris eſt expers: † *Lex* inquit, *ſancta eſt, & mandatum ſanctum, & juſtum, & bonum.*

V. Quamobrem ſatis ſuperque tibi, quantum breviter comprehendi poteſt, declaratas eas Leges arbitror, quæ ex authoritate hominum irrepſerunt; ipſamque Dei Legem trifariam eſſe diviſam. Supereſt, ut quis ille ſit Deus Legis author, dicendum videatur. Atqui iſtud etiam ex iis, quæ hactenus dicta ſunt, ſi attentè audieris, puto tibi demonſtratum. Nam ſi neque à perfecto illo Deo poſita Lex eſt, uti docuimus: neque verò à Diabolo, quod dictu etiam nefas eſt: alius ſit oportet, qui eam Legem ſtabilierit. Hic eſt igitur totius ille Mundi eorumque, quæ in eo continentur, Opifex & conditor, ab illorum natura diverſus, & in eorum medio meritò collocandus: qua ex mediocritate peti ejus appellatio poteſt. Quod ſi perfectus ille Deus naturâ ſuâ bonus eſt, ut eſt revera (‡ *Unum enim bonum eſſe Deum ac parentem ſuum* Salvator aſſe-

οὔσης δὲ τῆς ἀληθείας, τὰ τῆς ἀληθείας δεῖ ποιεῖν, οὐ τὰ τῆς εἰκόνος. ταῦτα δὲ καὶ οἱ Μαθηταὶ αὐτοῦ, καὶ ὁ Απόστολος ἔδειξε Παῦλος· τὸ μὲν τῶν εἰκόνων, ὡς ἤδη εἴπομεν, διὰ τοῦ Πάσχα καὶ τῶν Αζύμων δείξας δι' ἡμᾶς· τὸ δὲ τοῦ συμπεπλεγμένου νόμου τῇ ἀδικίᾳ, εἰπὼν τὸν νόμον τῶν ἐντολῶν ἐν δόγμασι κατηργῆσθαι· τὸ δὲ τοῦ ἀσυμπλόκου τῷ χείρονι, ὁ μὲν νόμος, εἰπὼν, ἅγιος, καὶ ἡ ἐντολὴ ἁγία καὶ δικαία καὶ ἀγαθή.

ε'. Ως μὲν οὖν συντόμως ἐστὶν εἰπεῖν, αὐτάρκως οἶμαί σοι δεδεῖχθαι, καὶ τὴν ἐξ ἀνθρώπων παρεισδύσασαν νομοθεσίαν, καὶ αὐτὸν τὸν τοῦ Θεοῦ νόμον τριχῇ διαιρούμενον. περιλείπεται δὲ ἡμῖν, τί ποτέ ἐστιν οὗτος ὁ Θεὸς ὁ τὸν νόμον θέμενος. ἀλλὰ καὶ τοῦτο ἡγοῦμαί σοι δεδεῖχθαι ἐπὶ τῶν προειρημένων, εἰ ἐπιμελῶς ἀκήκοας. εἰ γὰρ μήτε ὑπ' αὐτοῦ τελείου Θεοῦ τέθειται οὗτος, ὡς ἐδιδάξαμεν, μήτε μὴν ὑπὸ τοῦ Διαβόλου, ὃ μηδὲ θεμιτόν ἐστιν εἰπεῖν· ἕτερός τις ἐστι παρὰ τούτους οὗτος ὁ θέμενος τὸν νόμον. οὗτος δὲ δημιουργὸς καὶ ποιητὴς τοῦδε τοῦ παντός ἐστι κόσμου, καὶ τῶν ἐν αὐτῷ, ἕτερος ὢν παρὰ τὰς τούτων οὐσίας, μέσος τούτων καθεστὼς ἐνδίκως, καὶ τὸ τῆς μεσότητος ὄνομα ἀποφέροιτο ἄν. καὶ εἰ ὁ τέλειος Θεὸς ἀγαθός ἐστι κατὰ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν, ὥσπερ καὶ ἔστιν, (ἕνα γὰρ μόνον εἶναι ἀγαθὸν Θεὸν τὸν ἑαυτοῦ * πατέρα ὁ Σωτὴρ ἡ-

* *Epheſ.* II. 15. † *Rom.* VII. 12. ‡ *Matt.* XIX. 17.

μῶν

μῶν ἀπεφήνατο, ὃν αὐτὸς ἐφανέρωσεν) ἔστι δὲ καὶ ὁ τῆς τοῦ ἀντικειμένου φύσεως, κακός τε καὶ πονηρὸς ἐν ἀδικίᾳ χαρακτηριζόμενος· τούτων δὲ ὢν μέσον καθεστὼς, καὶ μήτε ἀγαθὸς ὢν, μήτε μὴν κακὸς, μήτε ἄδικος, ἰδίως τε λεχθείη ἂν * δίκαιος, τῆς κατ' αὐτὸν δικαιοσύνης ὢν βραβευτής. καὶ ἔσται μὲν καταδεέστερος τοῦ τελείου Θεοῦ, καὶ τῆς ἐκείνου δικαιοσύνης ἐλάττων οὗτος ὁ Θεὸς, ἅτε δὴ καὶ γεννητὸς ὢν, καὶ οὐκ ἀγέννητος. εἷς γάρ ἐστιν ἀγέννητος ὁ Πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα ἰδίως, τῶν πάντων ἠρτημένων ἀπ' αὐτοῦ. μείζων δὲ καὶ κυριώτερος τοῦ ἀντικειμένου γενήσεται, καὶ ἑτέρας οὐσίας τε καὶ φύσεως πεφυκὼς παρὰ τὴν ἑκατέρων τούτων οὐσίαν. τοῦ μὲν γὰρ ἀντικειμένου ἐστὶν ἡ οὐσία, φθορά τε καὶ σκότος· ὑλικὸς * γὰρ οὗτος καὶ [a] πολυχεδής. τῆς δὲ πατρὸς τῶν ὅλων τοῦ ἀγεννήτου ἡ οὐσία ἐστὶν ἀφθαρσία τε καὶ φῶς αὐτόον, ἁπλοῦν τε καὶ μονοειδές. ἡ δὲ τούτων οὐσία διττὴν μέν τινα δύναμιν προήγαγεν, αὐτὸς δὲ τοῦ κρείττονός ἐστιν * εἰκών. μηδέ σε τὰ νῦν τοῦτο θορυβείτω, θέλουσαν μαθεῖν, πῶς ἀπὸ μιᾶς ἀρχῆς τῶν ὅλων οὔσης καὶ ὁμολογουμένης ἡμῖν, καὶ πεπιστευμένης, [b] τοῦ ἀγεννήτου, καὶ ἀφθάρτου, καὶ ἀγαθῆς, συνέστησαν καὶ αὗται αἱ φύσεις, ἥ τε τῆς φθορᾶς καὶ τῆς μεσότητος, ἀνομοούσιαι αὗται καθεστῶσαι· τοῦ ἀγαθοῦ φύσιν ἔχοντος τὰ ὅμοια ἑαυτοῦ καὶ ὁμοούσια γεννᾶν

ruit, quem & ipſe manifeſtavit) eſt autem & contraria natura præditus, malus videlicet ac pravus, qui injuſtitia velut propria nota inſignitur; qui inter ambos illos interjectus eſt, ut neque bonus, neque malus ſit aut injuſtus, peculiari quadam ratione juſtus appellari poteſt, quatenus juſtitiæ ab ipſo conſtitutæ arbiter exiſtit. Atque & perfecto Deo minor, & juſtitiæ illius impar ſit idem ille Deus oportet, utpote non ingenitus, ſed generatione productus. Unus enim eſt ingenitus Pater, à quo propriè ſunt univerſa, & cuncta ab eo dependentia. Erit tamen adverſario illo altero major ac præſtantior, tametſi diverſam ſit ab utroque naturam ſubſtantiamque ſortitus. Nam Adverſarii natura corruptio eſt ac tenebræ: cum materia quippe concretus eſt, ac multiplex. At parentis omnium ingeniti natura corruptionis eſt expers, luxque ipſa per ſemet exiſtens, ſimplex & uniuſmodi. Horum natura duplicem ſanè virtutem peperit: ſed Conditor tamen ipſe imago præſtantioris eſt. Neque verò ea te res perturbet, ſcire cupientem, quomodo cùm unum ſit, & eſſe fateamur ac credamus rerum omnium Principium, generationis æque ac corruptionis expers, idemque bonum, ambæ hæ naturæ conſtare potuerint, corruptionis nimirum, & mediæ cujuſdam conditionis, quæ à ſe invicem naturâ diſcrepant: cùm id bono inſitum ſit, ut ſibi quamſimillima, ejuſdemque ſecum naturæ gignat ac proferat. Tu

a Lege πολυχιδής. b τοῦ] Lege τῆς.

enim

τε καὶ προφέρειν. μαθήσῃ γὰρ, Θεοῦ διδόντος, ἑξῆς καὶ τὴν τούτου ἀρχήν τε καὶ γέννησιν, ἀξιουμένη τῆς Ἀποστολικῆς * παραδόσεως, ἣν ἐκ διαδοχῆς καὶ ἡμεῖς παρειλήφαμεν, μετὰ καὶ τοῦ κανονίσαι πάντας τοὺς λόγους τῇ τοῦ Σωτῆρος διδασκαλίᳳ. ταῦτά σοι, ὦ ἀδελφή μου Φλώρα, δι' ὀλίγων εἰρημένα [a] οὐκ ἠτόνησα, καὶ τὸ τῆς συντομίας προέγραψα· ἅμα μὲν τὸ προκείμενον ἀποχρώντως ἐξέφηνα, ἃ καὶ εἰς τὰ ἑξῆς τὰ μέγιστά σοι συμβαλεῖται, ἐάν γε ὡς καλὴ γῆ καὶ ἀγαθὴ γονίμων σπερμάτων τυχοῦσα, τὸν δι' αὐτῶν καρπὸν ἀναδείξῃς.

enim, opitulante Deo hujus principium ac generationem animo percipies, ubi traditam quandam ab Apostolis doctrinam acceperis, quæ successione quadam ad nos usque pervenit: & omnia dicta ad Salvatoris doctrinam velut regulam exegeris. Hæc tibi, Flora soror carissima, paucis communicare summatimque præscribere haud piguit, ita tamen ut quod erat propositum, quantum satis esset, explicarim: quam rem deinceps magno tibi usui fore confido, si modò, perinde ac bonus ager & fœcundus, excepta semina fructuum ubertate compenses.

Recitatam hactenus epistolam Ptolemæi refutat in sequentibus Epiphanius, quem hîc legendum commendo, ne venenum sine antidoto propinasse videar. Cæterùm aliqua Ptolemæi continentur etiam capite 1. Lib. I. Irenæi adversus Hæreses; sed de his vide quæ ibi notavi.

Heracleon *Hæreticus.*

PRiusquam aliud quippiam de Heracleone dicam, promisso suprà pag. 69. facto me exsolvam, probaturus eum Valentino coævum fuisse. Constat nimirum *hunc Romam venisse sub Hygino, increvisse sub Pio, & prorogasse tempus usque ad Anicetum*, ut Irenæi Lib. III. cap. 4. verba pag. 44. citata sonant; qui ibidem de altero Hæretico, Cerdone ait: Κέρδων δὲ ὁ πρὸ Μαρκίωνος, καὶ αὐτὸς ἐπὶ Ὑγίνου, ὃς ἦν ἔνατος ἐπίσκοπος, εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἐλθών. *Cerdon autem, qui Marcionem antecessit, ipse quoque Hygini tempore, qui nonus Episcopus erat, ad Ecclesiam venit.* Ita & Lib. I. cap. 28. nec non Cyprianus Epist. 74. ad Pompeium, &

a οὐκ ἠτόνησα] οὐκ ἐφθόνησα legere amat *Petavius* in Notis ad hunc locum. Ast ἠτόνησα hîc retineri, ac ita, ut suprà posui, Latinè reddi posse puto, subintellecto scilicet γράφειν vel simili verbo.

Epiphanius

Epiphanius Hæref. XLI. §. ubi tamen loco Ὑγίνε τε ἕνα ϯ κλῆρον ἄγοντος, legendum esse ἔνατον, ex dictis patet. Atqui teste ibidem Epiphanio Κέρδων ϯ Ἡρακλέωνα διαδέχεται, *Cerdo Heracleoni successit*. Et Heracleonem igitur unà cum Valentino Hygini tempore caput extulisse, inde colligo: ac in hac sententia confirmor suffragio Origenis Comment. in Johan. p. 60. de Heracleone scribentis ϯ Οὐαλεντίνε λεγόμενον εἶναι γνώειμον, *pro discipulo Valentini habitum fuisse*. De quo vide Clariss. Dodwelli Dissert. IV. in Irenæum §.43. Clementi Alexandrino insuper ὁ ϯ Οὐαλεντίνε χολῆς δοκιμώτατος, *in schola Valentini lectissimus* dicitur L. IV. Strom. p.502.

Cæterùm nihil amplius de Heracleonis persona in veterum scriptis occurrit: plura verò habet Primasius, aut quisquis est Auctor libri de hæresibus à Jacobo Sirmondo sub titulo *Prædestinati* editus, Lib. I. cap. 16. *Sexta decima hæresis*, (inquit) *Heracleonitarum ab Heracleone adinventa est; quæ baptizatum hominem, sive justum, sive peccatorem, loco sancti computari docebat; nihilque obesse baptizatis peccata memorabat, dicens: Sicut non in se recipit natura ignis gelu, ita baptizatus non in se peccatum recipit. Sicut enim ignis resolvit aspectu suo nives, quantæcunque juxtà sint; sic semel baptizatus non recipit peccatorum reatum, etiam quantavis fuerint operibus ejus peccata permixta. Hic in partibus Siciliæ inchoavit docere. Contra hunc susceperunt Episcopi Siculorum, Eustachius Lilybæorum & Panormenorum Theodorus. Quique omnium, qui per Siciliam erant, Episcoporum Synodum exorantes, gestis eum audire decreverunt: & universas adsertiones ejus dirigentes ad sanctum Alexandrum Urbis Episcopum, rogaverunt, ut ad eum confutandum aliquid ordinaret. Tunc sanctus Alexander ad singula quæque capita hydri, singulos gladios Dei verbi de vagina divinæ legis eiciens, librum contra Heracleonem ordinans, ferventissimum in ingenio Sabinianum Presbyterum destinavit, qui & scriptis Episcopi & adsertione suâ ita eum confutaret, ut nocte media navis præsidio fugeret, & ultra, ubinam devenisset, penitus nullus sciret.* Sed nullam

auctor iste meretur fidem in his, quæ de Heracleone tradidit, quod tempora nullatenus congruant. Ait nempe sub Alexandro Episcopo Romano eum virus in Sicilia sparsisse. At verò jam ex Irenæo aliisque probatum est, hydram istam sub Hygino demum emersisse, quem satis longo intervallo Alexander præcessit. Nam, ut iterum Irenæus nos certiores reddit Lib. III. cap. 3. Τὸν Κλήμεντα διαδέχεται Εὐάρεστος, καὶ τὸν Εὐάρεστον Ἀλέξανδρος, εἶθ' οὕτως ἕκτος ἀπὸ τῶν ἀποστόλων καθίσταται Ξύστος· μετὰ δὲ τοῦτον Τελέσφορος, ὃς καὶ ἐνδόξως ἐμαρτύρησεν· ἔπειτα Ὑγῖνος. *Clementi succedit Euaristus, & Euaristo Alexander, ac deinceps sextus ab Apostolis constitutus est Sixtus, & ab hoc Telesphorus* (vel ut plurima MSS. habent: *Telesiphorus*) *qui etiam gloriosissimè martyrium fecit; ac deinceps Hyginus.* Unde inter obitum Alexandri & initium Pontificatûs Hygini XXI. anni & quod excurrit, juxta calculum doctissimorum Chronologorum Pearsonii & Dodwelli, intercessere. Grandior adhuc est parachronismus hujus Auctoris, ubi Marcum hæreticum ad ipsa Clementis Romani tempora refert, narratque illum ab hoc coram omni plebe in Ecclesia detectum & æterna damnatione punitum esse. Mirari itaque subit, Doctissimum Baluzium impostoris hujus fidei tantum tribuisse, ut ipso solo auctore, in Novæ Conciliorum collectionis prima fronte collocarit *Concilium Siculum, circa annum Christi 125. habitum*, cùm nec hujus Concilii, nec eorum qui illud convocasse dicuntur Episcoporum, Eustachii Lilybæorum, & Theodori Panormenorum, ulla in antiquorum monumentis facta sit mentio.

Certiora sunt, quæ de erroribus Heracleonis legimus apud Irenæum, Clementem Alex. Origenem, Epiphanium, &c. Quoniam autem de his partim in nova Irenæi editione, partim infrà in recensione fragmentorum & in Notis ad illa agitur, hîc camerinam istam non moveo; sed pauca solùm de libris Heracleonis addo. Heracleonem in Evangelium *Matthæi*, saltem in c. 10. commentatum esse eruditi quidam collegere ex illo, quod Clemens Alex. loco citato habet, fragmento; sed istud explicationem verborum *Lucæ*,

non

non *Matthæi* continet. Ultimum enim, quod post Matthæi & Marci verba Clemens adducit dictum, est versus 11. cap. 12. Lucæ, quo allegato immediatè addit: Τοῦτον ἐξηγούμενος τὸν τόπον Ἡρακλέων, *Hunc locum exponens Heracleon*, &c. Id quod insuper patet ex ipso fragmento, ubi semel atque iterum loquitur de confessione ἐπὶ τῶν ἐξουσιῶν, *coram potestatibus*. Atqui de his Lucas dicto loco: ὅταν δὲ προσφέρουσι ὑμᾶς ἐπὶ τὰς συναγωγὰς, καὶ τὰς ἀρχὰς, καὶ τὰς ἐξουσίας. Ast in loco parallelo Matthæi cap. x. v. 17. & 18. vox ἐξουσιῶν non extat. In *Lucæ* igitur Evangelium Commentaria edidit Heracleon, ex quibus non modò dictum fragmentum, sed & aliam sententiam à Clemente in Eclogis ἐκ τῶν προφητικῶν, excerptam esse puto: utraque autem infrà recensebo. At verò plures Commentarii Heracleonis in *Joannem* particulas nobis conservavit Origenes in suis expositionum dicti Evangelii Tomis, quas, adjuncta sæpe hujus censura, inde collectas hîc sistam; Græcum textum ex Codd. MSS. Bibliothecæ Bodleianæ 2280. 2281. & 2282. nec non Latinam *Ferrarii* versionem ab Huetio servatam subinde correcturus.

Fragmenta Heracleonis *Commentariorum in S. Lucæ Evangelium.*

Ex Clementis Alexandrini Lib. IV. *Stromat. pag.* 502.

ΤΟῦτον ἐξηγούμενος, τὸν τόπον Ἡρακλέων, ὁ τῆς Οὐαλεντίνου σχολῆς δοκιμώτατος, κατὰ λέξιν φησίν, ὁμολογίαν εἶναι, τὴν μὲν ἐν τῇ πίστει καὶ πολιτείᾳ· τὴν δὲ ἐν φωνῇ. ἡ μὲν οὖν ἐν φωνῇ ὁμολογία καὶ ἐπὶ τῶν ἐξουσιῶν γίνεται· ἣν μόνην, φησίν, ὁμολογίαν ἡγοῦνται εἶναι οἱ πολλοί· οὐχ ὑγιῶς· δύνανται δὲ ταύτην τὴν ὁμολογίαν καὶ οἱ ὑποκριταὶ ὁμολογεῖν. Ἀλλ᾽ οὐδὲ εὑρεθήσεται οὗτος ὁ λόγος καθολικῶς εἰρημένος.

HUnc locum exponens Heracleon, cujus in Schola Valentini fuit maxima existimatio, his verbis dicit, confessionem quidem unam esse fide & vitæ institutione, alteram verò voce. Atque quæ fit quidem voce confessio, fit etiam apud Potestates, quam solam, inquit, multi non rectè confessionem esse existimant: possunt autem hac confessione uti etiam Hypocritæ. Sed neque hæc res universè prolata ita se habere deprehendetur.

Non enim omnes, qui ſalvi fiunt, ea confeſſione, quæ voce fit, uſi ſunt, & exceſſere: ex quibus eſt Matthæus, Philippus, Thomas, Levis, & alii multi. Accedit quod ea, quæ voce fit confeſſio, non univerſa complectatur, ſed partem ſolam (*Chriſtianæ religionis*) ſpectet: generalem autem nunc dicit (*Servator*) eam quæ fit factis & operibus, ei quæ eſt in ipſum fidei congruentibus. Hanc autem confeſſionem ſequitur etiam particularis quæ fit apud poteſtates, ſi opus fuerit, & ratio id exegerit. Nam is voce quoque rectè confitebitur, ubi affectione prius rectè fuerit confeſſus. Pulchrè autem de iis, qui confitentur quidem, *in me*, dixit: de iis autem qui negant, *me* (ſimpliciter) appoſuit. Nam ii, etſi ipſum voce confeſſi fuerint, ipſum negant, actione minime confitentes. Ii autem ſoli in ipſo confitentur, qui in ea quæ eſt in ipſum confeſſione & actione vivunt: [1] in quibus ipſe confitetur, utpote qui habitat in illis, & ab iis tenetur. Quocirca * *nunquam poteſt ſeipſum negare*. Eum autem negant qui non ſunt in ipſo. Non enim dixit, qui negaverit *in me*, ſed *me*. Nullus enim unquam qui eſt in

*οὐ γὰρ πάντες οἱ σωζόμενοι ὡμολογήκασι τὴν διὰ τῆς φωνῆς ὁμολογίαν, καὶ ἐξῆλθον· ἐξ ὧν Ματθαῖος, Φίλιππος, Θωμᾶς, Λευῒς, * καὶ ἄλλοι πολλοί. Καὶ ἔστιν ἡ διὰ τῆς φωνῆς ὁμολογία οὐ καθολικὴ, ἀλλὰ μερική· καθολικὴ δὲ, ἣν νῦν λέγει, τὴν ἐν ἔργοις καὶ πράξεσι καταλλήλοις τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως. ἕπεται δὲ ταύτῃ τῇ ὁμολογίᾳ καὶ ἡ μερικὴ ἡ ἐπὶ τῶν ἐξουσιῶν, ἐὰν δέῃ, καὶ ὁ λόγος [a] αἱρῇ· ὁμολογήσει γὰρ οὗτος καὶ τῇ φωνῇ ὀρθῶς, προομολογήσας πρότερον τῇ διαθέσει. καὶ καλῶς, ἐπὶ μὲν τῶν ὁμολογούντων, ἐν ἐμοὶ * εἶπεν· ἐπὶ δὲ τῶν ἀρνουμένων, τὸ ἐμὲ προσέθηκεν. οὗτοι γὰρ, κἂν τῇ φωνῇ ὁμολογήσωσιν αὐτὸν, ἀρνοῦνται αὐτὸν, τῇ πράξει μὴ ὁμολογοῦντες· μόνοι δ' ἐν αὐτῷ ὁμολογοῦσιν οἱ ἐν τῇ κατ' αὐτὸν ὁμολογίᾳ καὶ πράξει βιοῦντες· ἐν οἷς καὶ αὐτὸς ὁμολογεῖ, ἐνειλημμένος [b] αὐτοὺς καὶ ἐχόμενος ὑπὸ τούτων. Διόπερ ἀρνήσασθαι ἑαυτὸν οὐδέποτε δύναται. ἀρνοῦνται δὲ αὐτὸν οἱ μὴ ὄντες ἐν αὐτῷ· οὐ γὰρ εἶπεν, ὃς ἀρνήσηται ἐν ἐμοὶ, ἀλλ' ἐμέ· οὐδεὶς γάρ ποτε ὢν ἐν αὐτῷ,*

a *Αἰτῇ* legendum fruſtra monet Sylburgius in margine & notis. Ego ſpiritum & accentum ſolùm mutans *αἱρῇ* reponerem. Uſitata enim eſt phraſis ὁ λόγος αἱρεῖ, velut apud Plutarchum in Conſolatione ad Apollonium, ὅπη λόγος αἱρεῖ βέλτιστ' ἔχειν. *Prout ratio dictaverit, optimè ſe habere.* Et apud Herodotum in Euterpe ſive Lib. II. *καὶ δὴ καὶ ὁ λόγος οὕτως αἱρέει. Et ſane ipſa ratio ita exigit.* b *Lege αὐτοῖς.*

1 Hîc omnino corrigenda mihi fuit Gentiani Herveti verſio, quæ habet: *Utpote quod & ipſe iis complicetur* (Græco-Latino Pariſ. *implicetur) qua confitetur.* Quam interpretationem ſequentia plane confutant, meamque confirmant.

* 2 Timoth. II. 13.

ἀρνεῖται

ἀρνεῖται αὐτόν. Τὸ δὲ ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, καὶ τῶν σωζομένων, καὶ τῶν ἐθνικῶν δὲ ὁμοίως· παρ' οἷς μὲν, καὶ τῇ πολιτείᾳ· παρ' οἷς δὲ, καὶ τῇ φωνῇ. Διόπερ ἀρνήσασθαι αὐτὸν οὐδέποτε δύνανται· ἀρνοῦνται δὲ αὐτὸν, οἱ μὴ ὄντες ἐν αὐτῷ.

illo, ipſum negat. Illud autem, *coram hominibus*, & iis qui ſalvi fiunt, & etiam gentilibus ſimiliter; apud alios quidem vitæ inſtitutione, apud alios verò etiam voce. Quamobrem nunquam poſſunt ipſi negare: eum autem negant qui non ſunt in ipſo.

Ex Eclogis Propheticis Clementis Alex. ante medium. p. 202. Auctarii noviſſimi Bibliothecæ Patrum Combefiſii.

Ἔνιοι δὲ, ὥς φησιν Ἡρακλέων, πυρὶ τὰ ὦτα τῶν σφραγιζομένων κατεσημήναντο, * οὕτως ἀκούσαντες τὸ Ἀποστολικόν.

Quidam verò ut ait Heracleon, igne ſignarunt aures eorum, qui baptiſmatis ſigillum acceperunt, ita intelligentes iſtud Apoſtolicum.

Præceſſerat nempe ante hæc verba verſus 16. & paulo pòſt allegatur verſus 17. capitis III. Lucæ, in quem locum commentans Heracleon hæc mihi protuliſſe videtur. Nam quod Lucas, non autem parallelus locus Matthæi ibi citatus ſit, ex verbis ὁ βαπτίζων ὑμᾶς ἐν πνεύματι καὶ πυρὶ, dupliciter colligere eſt. Primo omittitur τοῦ ἁγίου, quod in Matthæi Evangelio conſtanter lectum fuit; ſed in vetuſtis quibuſdam Lucæ exemplaribus defuiſſe patet ex Auguſtini Lib. II. de conſenſu Evangeliſtarum cap. 12. ubi ait: *Lucas non addit* (vocem) *ſancto*. Contrà verò πυρὶ in omnibus Lucæ Codicibus legitur, à pluribus verò Matthæi abeſt, nec ibi habent Theophylactus & Euthymius. Cæterùm de uſu ignis in baptiſmo vide Notas in fine hujus Tomi. *

Fragmenta Commentarii Heracleonis *in S. Joannis Evangelium.*

Ex Origenis Tomis in dictum Evangelium. Tom. II. *p.* 60.

Βιαίως οἶμαι καὶ χωρὶς μαρτυρίου, τὸν Οὐαλεντίνου λεγόμενον εἶναι γνώριμον Ἡρακλέωνα διηγούμενον τό· πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, ἐξει-

ARbitror Heracleonem, qui dicitur eſſe diſcipulus Valentini, enarrantem hoc dictum. *Omnia per ipſum facta ſunt*, (cap. I. v. 3) coactè, & ſine teſtimonio

testimonio *(Patrum)* excepisse mundum, & quæ in ipsa sunt; ac vocabulo, *Omnia*, exclusisse, quantum ipsius fert Hypothesis, [1] ista quæ mundo inque eo existentibus sunt præstantiora. *Per verbum enim*, inquit, *non seculum, nec quæ in seculo sunt, facta fuere*; existimans illa ante verbum extitisse. Impudentiùs etiam instans ad illud: *Sine eo factum est nihil* (neque veritus illud: * *Ne addideris sermonibus ejus, ne te redarguat, & mendax sis*) illi *nihil* addit, *eorum, quæ in mundo sunt, & in hac conditione*. Et quoniam apertum est, dicta ipsius valde coacta esse, præterque evidentiam pronunciata, si quæ ipse Divina opinatur, excludantur à voce *omnium*, quæ vero sunt opinione suâ omnino corruptibilia, propriè dicantur *omnia*; non immorandum nobis est his confutandis, quæ ex se absurda apparent. Quale est illud etiam, quod scripturâ dicente: *Et sine ipso factum est nihil*, ipse addit sine authoritate Scripturæ, *eorum quæ sunt in mundo & creatione*; quod neque cum probabilitate pronunciat; sed dignum se putat, cui nón secus atque Prophetis vel Apostolis credatur, qui cum auctoritate, & inculpatè sui similibus ac posteris suis salutaria scripta reliquerunt. Jam verò & hoc dictum: *Omnia per ipsum facta sunt*, secus quàm alii ex-

ληφέναι πάντα τὸν κόσμον καὶ τὰ ἐν αὐτῷ, ἐκκλείοντα τῶν πάντων τὸ ὅσον ἐπὶ τῇ ὑποθέσει αὐτοῦ τὰ τοῦ κόσμου, καὶ τῶν ἐν αὐτῷ διαφέροντα. φησὶ γὰρ, οὐ τὸν αἰῶνα ἢ τὰ ἐν τῷ αἰῶνι γεγονέναι διὰ τοῦ λόγου, ἅτινα οἴεται πρὸ τοῦ λόγου γεγονέναι· ἀναιδέστερον δὲ ἱστάμενος πρὸς τό· καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν· μὴ εὐλαβούμενος τὸ, μὴ προσθῇς τοῖς λόγοις αὐτοῦ, ἵνα μὴ ἐλέγξῃ σε, καὶ ψευδὴς γένῃ, προστίθησι τῷ. οὐδὲ ἕν, τῶν ἐν τῷ κόσμῳ, καὶ τῇ κτίσει. καὶ ἐπεὶ προφανῆ ἐστι τὰ ὑπ' αὐτοῦ λεγόμενα σφόδρα βεβιασμένα, καὶ παρὰ τὴν [a] ἐνάργειαν ἐπαγγελλόμενα, εἰ τὰ νομιζόμενα αὐτῷ θεῖα ἐκκλείεται τῶν πάντων, τὰ δὲ, ὡς ἐκεῖνος οἴεται, παντελῶς φθειρόμενα κυρίως πάντα καλεῖται, οὐκ ἐπιδιατριπτέον τῇ ἀνατροπῇ τῶν αὐτόθεν τὴν ἀτοπίαν ἐμφαινόντων· οἷον δὲ καὶ τὸ τῆς γραφῆς [b] λεγούσης, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν, προστιθέντα αὐτὸν ἄνευ παραμυθίας τῆς ἀπὸ τῆς γραφῆς τό· τῶν ἐν τῷ κόσμῳ καὶ τῇ κτίσει, μηδὲ μετὰ πιθανότητος ἀποφαίνεσθαι, πιστεύεσθαι ἀξιοῦντα ὁμοίως Προφήταις ἢ Αποστόλοις, τοῖς μετ' ἐξουσίας καὶ ἀνυπευθύνως καταλείπουσι τοῖς καθ' αὐτοὺς καὶ μεθ' αὐτοὺς σωτήρια γράμματα. ἔτι δὲ ἰδίως καὶ τό· πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, ἐξήκουσε,

a Ita Cod. 2280. fol. 69. pag. 1. & Huetius in margine, sed vitiosè in textu ἐνέργειαν. b Duas has voces in editione Huetii omissas ex Cod. 2280. addidi.

1 Ita hæc correxi, minùs rectè tam à Ferrario & Perionio, quàm à Cl. Huetio versa. * *Proverb.* xxx. 6.

φάσκων

φράσεων τὴν αἰτίαν παρασχόντα τῆς γενέσεως τοῦ κόσμου τῷ δημιουργῷ τὸν λόγον ὄντα, οὐ τὸν ἀφ' οὗ, ἢ ὑφ' οὗ, ἀλλὰ τὸν δι' οὗ, παρὰ τὴν ἐν τῇ συνηθείᾳ, [a] φράσιν ἐκδεχόμενος τὸ γεγραμμένον. εἰ γὰρ, ὡς νοεῖ, ἡ ἀλήθεια τῶν πραγμάτων ἦν, ἔδει διὰ τοῦ δημιουργοῦ γεγράφθαι πάντα γεγονέναι ὑπὸ τοῦ λόγου, οὐχὶ δὲ ἀνάπαλιν διὰ τοῦ λόγου ὑπὸ τοῦ δημιουργοῦ. καὶ ἡμεῖς μὲν τῇ, δι' οὗ, χρησάμενοι ἀκολούθως τῇ συνηθείᾳ, οὐκ ἀμάρτυρον τὴν ἐκδοχὴν ἀφήκαμεν. Ἐκεῖνος δὲ πρὸς τὸ μὴ [b] παραμεμυθῆσθαι ἀπὸ τῶν θείων γραμμάτων τὴν καθ' ἑαυτὸν [c] νῦν, φαίνεται καὶ ὑποπτεύσας τὸ ἀληθὲς, καὶ ἀναιδῶς αὐτῷ ἀντιβλέψας· φησὶ γὰρ, ὅτι οὐχ ὡς ὑπ' ἄλλου ἐνεργοῦντος αὐτὸς ἐποίει ὁ λόγος, (ἵν' οὕτω νοηθῇ τὸ, δι' αὐτοῦ) ἀλλ' αὐτοῦ ἐνεργοῦντος ἕτερος ἐποίει *.

posuit, dicens: *Verbum illud esse, quod causam generationis mundi præbuerit opifici, nec tamen verbo competere particulam, à quo, vel ex quo, sed per quem,* [1] ex communi loquendi consuetudine Scripturam exponens. Sed si rerum veritas erat ut ipse putat, scriptum fuisse oportuit, omnia per opificem facta fuisse à verbo, non viceversa per verbum ab opifice. Et nos quidem cum usi sumus vocabulis, *per quem,* prout in communi feruntur usu, non sine teste expositionem dimisimus. At verò ille præterquam quod suam opinionem è divinis scripturis non confirmat, videtur & suspicatus fuisse veritatem, & impudenter illi adversatus dicens: *non enim faciebat ipsum verbum tanquam alio operante,* (ut sic intelligeretur vocula, *per quem*) *sed ipso operante alius faciebat.*

Ex Tom. III. *pag.* 68.

Πάνυ δὲ βιαίως κατὰ τὸν τόπον γενόμενος ὁ Ἡρακλέων, τό· ὃ γέγονεν ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν, ἐξείληφεν ἀντὶ τοῦ, ἐν αὐτῷ, εἰς τοὺς ἀνθρώπους τοὺς πνευματικούς· οἱονεὶ ταυτὸν νομίσας εἶναι τὸν λόγον καὶ τοὺς πνευματικοὺς, εἰ καὶ μὴ σαφῶς ταῦτ' εἴρηκε. Καὶ ὡσπερεὶ αἰτιολογῶν φησίν· αὐτὸς γὰρ τὴν πρώτην μόρφωσιν * τὴν κατὰ τὴν γέ-

Cæterùm valde coactè ad hunc contextum veniens Heracleon: *Quod factum est in ipso, vita erat,* *in ipso* interpretatus est, *in hominibus spiritualibus*: quasi verbum & spirituales idem esse arbitratus fuerit, etsi non apertè id dixerit. At veluti causam reddens, inquit: *Illud enim primam formationem, quoad ortum*

a Ita Cod. Bodl. fol. 69. pag. 2. nec non Ferrarius, sed male legit Perionius & Codex Regis Galliæ φάσιν, teste Huetio in Notis ad hunc locum. b Hujus verbi genuinam lectionem iterum confirmat Cod. Bodl. ibidem. c ὖν pro νῦν legendum rectè conjecit Cl. Huetius, conjecturam confirmat Cod. Bodl.

1 Hic versionem correxi, quæ haud bene se habet in editis.

ipsis præbuit, ab alio prætermissa in formam & illuminationem, & delineationem propriam ducens & ostendens.

νεσιν αὐτοῖς παρέχει, τὰ ὑπ' ἄλλου παρέντα εἰς μορφὴν καὶ εἰς φωτισμὸν καὶ περιγραφὴν ἰδίαν ἀγαγὼν καὶ ἀναδείξας.

Ex Tomo VI. *pag.* 94 *seq.*

Non rectè verò Heracleon suspicatur verba illa, ***Deum nemo vidit unquam***, & quæ sequuntur, dicta fuisse non à Baptista, sed à discipulo.

Οὐχ ὑγιῶς δὲ ὁ Ἡρακλέων ὑπολαμβάνει· οὐδεὶς τὸν Θεὸν ἑώρακεν πώποτε, καὶ τὰ ἑξῆς, φάσκων εἰρῆσθαι οὐκ ἀπὸ τοῦ μαθητοῦ, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ Βαπτιστοῦ. *

Ex Tom. VII. *pag.* 112.

Maledicentiùs autem Heracleon de Joanne & Prophetis disserens inquit, *verbum esse Servatorem; Joannem per vocem intelligi; Sonum verò esse universum Prophetarum ordinem.*

Δυσφημότερον δὲ ὁ Ἡρακλέων περὶ Ἰωάννου καὶ τῶν Προφητῶν διαλαμβάνων, φησὶν ὅτι ὁ λόγος μὲν ὁ Σωτήρ ἐστιν, φωνὴ δὲ ἡ ἐν τῇ ἐρήμῳ ἡ διὰ Ἰωάννου διανοουμένη, ἦχος δὲ πᾶσα Προφητικὴ τάξις.

Et pag. 113.

Nescio etiam quomodo absque ulla probatione enuntiet, *vocem sermoni propinquam, sermonem fieri*, sicuti mulier in virum transmutatur. Præterea quasi potestatem habens condendi dogmata, & fidem sibi acquirendi, & proficiendi, *futurum*, inquit, *ut sonitus mutetur in vocem*, loco discipuli statuens vocem transeuntem in verbum, loco vero servi sonitum transeuntem in vocem.

Οὐκ οἶδα δ' ὅπως χωρὶς πάσης κατασκευῆς ἀποφαίνεται, τὴν φωνὴν οἰκειοτέραν οὖσαν τῷ λόγῳ, λόγον γίνεσθαι, ὡς καὶ τὴν γυναῖκα εἰς ἄνδρα μετατίθεσθαι. Καὶ ὡς ἐξουσίαν ἔχων τοῦ δογματίζειν, καὶ πιστεύεσθαι, καὶ προκόπτειν, τῷ ἤχῳ φησὶν ἔσεσθαι τὴν εἰς φωνὴν μεταβολήν, μαθητοῦ μὲν χώραν διδοὺς τῇ μεταβαλλούσῃ εἰς λόγον φωνῇ, ἡ δούλου δὲ τῇ ἀπὸ ἤχου εἰς φωνήν.

Et post pauca:

Præterea Prophetam & Heliam *cum Servator ipsum dicit*, inquit, *non ipsum declarat, sed quæ sunt circa ipsum*: cum verò majorem Prophetis, & his qui sunt inter natos mulierum, tunc

Καὶ Προφήτην μὲν, καὶ Ἠλίαν ὁ Σωτὴρ ἐπὰν αὐτὸν λέγῃ, οὐκ αὐτὸν, ἀλλὰ τὰ περὶ αὐτοῦ, φησὶ, διδάσκει· ὅταν δὲ μείζονα Προφητῶν καὶ ἐν γεννητοῖς γυναικῶν, τότε αὐτὸν τὸν Ἰωάν-

νην

νην χαρακτηρίζει· αὐτὸς δέ, φησί, περὶ ἑαυτοῦ ἐρωτώμενος ἀποκρίνεται ὁ Ἰωάννης, οὐ τὰ περὶ αὐτόν.*

ipsum Joannem designat. Proinde, inquit Heracleon, *Joannes ipse interrogatus, de se ipso respondet, non de his, quæ circa ipsum sunt.*

Ex Tomo VIII. *pag.* 129. *& seqq.*

Ὁ Ἡρακλέων τό· μέσος ὑμῶν ἕστηκε, φησίν, ἀντὶ τοῦ, ἤδη πάρεστι, καὶ ἔστιν ἐν τῷ κόσμῳ, καὶ ἐν ἀνθρώποις, καὶ ἐμφανής ἐστιν ἤδη πᾶσιν ὑμῖν. Οὐκ ἀπιθάνως δὲ παρ' αὐτῷ λέγεται, ὅτι τό· ὀπίσω μου ἐρχόμενος, τὸ πρόδρομον εἶναι τὸν Ἰωάννην τοῦ Χριστοῦ δηλοῖ· ἀληθῶς γὰρ ὡσπερεὶ οἰκέτης ἐστὶ προτρέχων τοῦ κυρίου. πολὺ δὲ ἁπλούστερον τό· οὐκ εἰμὶ ἄξιος, ἵνα λύσω αὐτοῦ τὸν ἱμάντα τοῦ ὑποδήματος, ἐξείληφεν, ὅτι οὐδὲ τῆς ἀτιμοτάτης ὑπηρεσίας τῆς πρὸς τὸν Χριστὸν ἄξιος εἶναι διὰ τούτων ὁ βαπτιστὴς ὁμολογεῖ. πλὴν μετὰ ταύτην τὴν ἐκδοχὴν οὐκ ἀπιθάνως ὑποβέβληκε τό· οὐκ ἐγώ εἰμι ἱκανὸς, ἵνα δι' ἐμὲ κατέλθῃ ἀπὸ μεγέθους, καὶ σάρκα λάβῃ, ὡς ὑπόδημα, περὶ ἧς ἐγὼ λόγον ἀποδοῦναι οὐ δύναμαι, οὐδὲ διηγήσασθαι, ἢ ἐπιλῦσαι τὴν περὶ αὐτῆς οἰκονομίαν. ἁδρότερον δὲ καὶ μεγαλοφυέστερον ὁ αὐτὸς Ἡρακλέων κόσμον τὸ ὑπόδημα ἐκδεξάμενος, μετέστη ἐπὶ τὸ ἀσεβέστερον ἀποφήνασθαι, ταῦτα πάντα δεῖν ἀκούεσθαι καὶ περὶ τοῦ προσώπου τούτου διὰ τοῦ Ἰωάννου νοουμένου· οἴεται γὰρ τὸν δημιουργὸν τοῦ κόσμου ἐλάττονα ὄντα τοῦ Χριστοῦ, τοῦτο ὁμολογεῖν διὰ τούτων τῶν λέξεων, ὅπερ ἐστὶ πάντων ἀσεβέστατον. ὁ γὰρ πέμ-

Heracleon, *in medio vestri stat*, interpretatur: *jam adest, & est in mundo, atque inter homines, & omnibus vobis jam visibilis est.* Non absurdè tamen apud eum dicitur, quod verba illa: *qui post me venit*, declarent *Joannem præcursorem Christi existere*: Verè enim non secus atque famulus præcurrit Dominum. Longe verò simpliciùs ea verba interpretatus est: *Non sum ego dignus, ut solvam ejus corrigiam calceamenti*, perinde quasi fateatur Baptista his verbis, *se neque dignum, qui ultima officia in Christum conferat.* Attamen post hanc expositionem satis probabiliter subjunxit, *non sum ego idoneus, ut mei gratiâ descendat à magnitudine, & carnem accipiat, ceu calceamentum, de qua rationem reddere ego non valeo, neque enarrare, vel solvere de ipsa dispensationem.* Rursus minùs prudenter, atque animosiùs Heracleon ipse cum *per calceum interpretatus esset mundum*, ad rem magis impiam transit, nempe ad enunciandum, *hæc omnia intelligi etiam oportere de persona per Joannem intellecta* (nempe *Demiurgo.*) Existimat enim mundi opificem inferiorem Christo existentem, hoc per hæc verba fateri, quod est omnium impiissimum. Nam Pater

Pater qui misit filium, Deus viventium (ut etiam ipse Jesus testatur) nempe Abrahami, Isaaci & Jacobi, & idcirco Dominus cœli & terræ, quod ea fecerit, hic etiam solus bonus & major est missô. Quod si minus prudenter, ut antea diximus, ab Heracleone excogitatum est, omnem etiam mundum esse calceamentum Jesu, non arbitror oportere ut illi assentiamur.

ψας αὐτὸν πατὴρ, ὁ τῶν ζώντων θεὸς, ὡς αὐτὸς Ἰησοῦς μαρτυρεῖ, τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ τοῦ Ἰσαὰκ, καὶ τοῦ Ἰακὼβ, ὁ διὰ τοῦτο κύριος τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, ὅτι πεποίηκεν αὐτὰ, οὗτος καὶ μόνος ἀγαθὸς, καὶ μείζων τοῦ πεμφθέντος. εἰ δὲ καὶ, ὡς προειρήκαμεν, ἁδρότερον νενόηται καὶ πᾶς ὁ κόσμος ὑπόδημα εἶναι τῷ Ἰησοῦ τῷ Ἡρακλέωνι, ἀλλ' οὐκ οἶμαι δεῖν συγκατατίθεσθαι.

Sub finem Tomi IX. *pag*. 148.

Ad hunc locum Heracleon veniens, absque aliqua approbatione & appositione testimoniorum, enunciat Joannem tanquam Prophetam dicere, *Agnus Dei*, & velut excellentiorem Prophetâ dicere, *qui aufert peccatum mundi.* Quorum primum existimat de corpore ejus dici, secundum verò de eo, quod est in corpore, quia Agnus imperfectus sit in ovium genere: atque tale etiam sit corpus comparatione inhabitantis in ipso. *Perfectionem verò*, inquit, *si volebat corpori attribuere, arietem ipsum immolandum dixisset.*

Εν τῷ τόπῳ ὁ Ἡρακλέων γενόμενος, χωρὶς πάσης κατασκευῆς, καὶ παραθέσεως μαρτυρίων, ἀποφαίνεται ὅτι τὸ μὲν· ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὡς Προφήτης, φησὶν ὁ Ἰωάννης· τὸ δὲ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, ὡς [a] περισσότερον Προφήτου. καὶ οἴεται τὸ μὲν πρότερον περὶ τοῦ σώματος αὐτοῦ λέγεσθαι, τὸ δὲ δεύτερον περὶ τοῦ ἐν τῷ σώματι, τῷ τὸν ἀμνὸν ἀτελῆ εἶναι ἐν τῷ τῶν προβάτων γένει· οὕτω δὲ καὶ τὸ σῶμα παραθέσει τοῦ ἐνοικοῦντος αὐτῷ. τὸ δὲ τέλειον εἰ ἐβούλετο, φησὶ, [b] τῷ σώματι μαρτυρῆσαι, κριὸν [c] εἰπεῖν αὐτὸ τὸ μέλλον θύεσθαι.

Sub finem Tomi X. *pag*. 167.

Heracleon, *hæc magna*, inquit, *est festivitas*, (de Paschate loquitur) *figura enim passionis Servatoris erat, quando non solùm interficiebatur ovis, verùm etiam comesa præbebat requiem.*

Ο Ἡρακλέων, αὕτη, φησὶν, ἡ μεγάλη ἑορτὴ, τοῦ γὰρ πάθους τοῦ Σωτῆρος τύπος ἦν, ὅτε οὐ μόνον ἀνῃρεῖτο τὸ πρόβατον, ἀλλὰ καὶ ἀνάπαυσιν παρεῖχεν ἐσθιόμενον. Καὶ θυόμενον

a *Lege* περισσότερος. In Cod. Bodl. ultima syllaba est abbreviata. b Ita Cod. Bodl. fol. 161. pag. 1. & Ferrarii, perperam verò Cod. Reg. Gall. ex quo Clariss. Huetius excudi fecit τὸ σῶμα τὸ μαρτ'. c forte εἴπει legendum.

a τὸ

[a] τὸ πάθος τοῦ Σωτῆρος τὸ ἐν κόσμῳ ἐσήμαινεν, ἐσθιόμενον δὲ τὴν ἀνάπαυσιν τὴν ἐν γάμῳ.

Et immolata quidem passionem Servatoris in mundo significabat; comesa vero requiem futuram in nuptiis.

Prope finem Tom. XI. *pag.* 181. *& seqq.*

Ἴδωμεν τὰ Ἡρακλέωνος, ὅς φησι τὴν [b] Ἱεροσόλυμα ἄνοδον σημαίνειν", τὴν ἀπὸ τῶν ὑλικῶν εἰς τὸν ψυχικὸν τόπον, τυγχάνοντα εἰκόνα τῆς Ἱερουσαλὴμ, ἀνάβασιν τοῦ κυρίου. τὸ δὲ· εὗρεν ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ οὐχὶ τῶν ἄνω οἴεται εἰρῆσθαι, ὑπὲρ τοῦ μὴ τὴν κλῆσιν μόνην νοηθῆναι τὴν χωρὶς πνεύματος βοηθεῖσθαι ὑπὸ τοῦ κυρίου *. ἡγεῖται γὰρ τὰ μὲν ἅγια τῶν ἁγίων εἶναι τὸ ἱερὸν, εἰς ὃ μόνος ὁ ἀρχιερεὺς εἰσῄει, ἔνθα οἶομαι αὐτὸν λέγειν τοὺς πνευματικοὺς χωρεῖν· τὰ δὲ τοῦ προναοῦ, ὅπου καὶ οἱ λευῖται, σύμβολον εἶναι τῶν ἔξω τοῦ πληρώματος ψυχικῶν, εὑρισκομένων ἐν σωτηρίᾳ *. πρὸς τούτοις τοὺς εὑρισκομένους ἐν τῷ ἱερῷ, πωλοῦντας βόας, καὶ πρόβατα, καὶ περιστερὰς, καὶ τοὺς καθημένους κερματιστὰς, ἐξεδέξατο λέγεσθαι ἀντὶ τῶν μηδὲν χάριτι διδόντων, ἀλλ' ἐμπορείαν καὶ κέρδος τὴν τῶν ξένων εἰς τὸ ἱερὸν εἴσοδον νομιζόντων, τοῦ ἰδίου κέρδους καὶ φιλαργυρείας ἕνεκεν, τὰς εἰς τὴν λατρείαν τοῦ Θεοῦ θυσίας χορηγούντων. Καὶ τὸ φραγγέλιον δὲ πεποιῆσθαι ἐκ σχοινίων ὑπὸ τοῦ Ἰησοῦ, οὐχὶ παρ' ἄλλου λαβόντος, ἰδιοτρόπως

Videamus, quæ Heracleon dicat, inquiens, *Domini ascensum ad Hierosolymam significare ascensum à materialibus ad animalem locum, imaginem existentem Hierosolymæ.* Illud etiam, *invenit in templo*, non dictum fuisse existimans de locis supernis, ne intelligeremus vocationem solam sine spiritus ope adjuvari à Domino. Existimat enim templum esse sancta sanctorum, in quæ solus summus Pontifex ingrediebatur, quò etiam proficisci spirituales arbitror illum dicere; vestibulum verò, ubi etiam Levitæ erant, arbitratur symbolum esse earum animarum, quæ inveniuntur in salute extra pleroma. Adhæc inventos in templo vendentes boves, oves & columbas, & sedentes mensarios dici exposuit pro his, qui nihil gratiæ tribuunt, sed mercaturam putant & lucrum, ingressum extraneorum in templum; victimas proprii lucri, & avaritiæ causâ ad cultum Dei suppeditantes. Quin etiam Jesum è funiculis fecisse flagellum, non ab alio illud accepisse, suo more pronunciat: flagellum i-

a Ita Cod. 2280. Bodl. fol. ult. pag. 2. Ast editio Paris perperam habet τοῦ πάθους. b Ita Cod. Bodl. 2281. fol. 18. pag. 2. confirmans conjecturam Huetii quoad verbum σημαίνειν. Sed & εἰς Ἱεροσόλυμα legendum videtur.

maginem esse dicens potentiæ, & operationis Spiritûs sancti flatu expellentis malos. *Et*, inquit, *flagellum*, *Linum*, *Sindonem*, *& cætera talia*, *imaginem esse potentiæ & operationis Spiritus sancti.* Postea sibi sumit quod scriptum non est, nimirum quod flagellum ad lignum ligatum fuerit; quod lignum interpretatus est figuram esse crucis. *Et*, inquit, *hoc ligno consumptos & deletos aleatores*, *mercatores*, *omnemque malitiam.* Nec scio quomodo nugans dicat flagellum ex hisce duabus rebus paratum fuisse, quærens, quomodo à Jesu factum fuerit illud; *neque enim ex pelle*, inquit, *mortuâ illud fecit*, *ut Ecclesiam præpararet non amplius speluncam latronum & mercatorum*, *sed domum patris sui.*

ἀπαγγέλλει, λέγων τὸ φραγγέλιον εἰκόνα [a] τυγχάνειν τῆς δυνάμεως, καὶ ἐνεργείας τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐκφυσῶντος τοὺς χείρονας. Καὶ, φησὶ, τὸ φραγγέλιον, καὶ τὸ λίνον, καὶ τὴν σινδόνα, καὶ ὅσα τοιαῦτα, εἰκόνας τῆς δυνάμεως καὶ τῆς ἐνεργείας εἶναι τοῦ ἁγίου πνεύματος. εἶτα ἑαυτῷ προσείληφε τὸ μὴ γεγραμμένον, ὡς ἄρα εἰς [b] ξύλον ἐδέδετο τὸ φραγγέλιον, ὅπερ ξύλον τύπον ἐκλαβὼν εἶναι τοῦ σαυροῦ, φησὶ τούτῳ τῷ ξύλῳ ἀνηλῶσθαι, καὶ ἠφανίσθαι τοὺς κυβευτὰς, ἐμπόρους, καὶ πᾶσαν τὴν κακίαν. καὶ οὐκ οἶδ᾽ ὅπως φλυαρῶν φησιν ἐκ δύο τούτων πραγμάτων φραγγέλιον κατασκευάζεσθαι, ζητῶν τὸ ὑπὸ τοῦ Ιησοῦ γινόμενον· οὐ γὰρ ἐκ δέρματος, φησὶ, νεκροῦ ἐποίησεν αὐτὸ, ἵνα τὴν Εκκλησίαν κατασκευάσῃ οὐκέτι λῃστῶν καὶ ἐμπόρων σπήλαιον, ἀλλὰ οἶκον τοῦ πατρὸς αὐτοῦ.

Et in ipso fine Tomi XI. *pag.* 183.

Inobservanter Heracleon illud: *Zelus domus tuæ comedit me*, dici putat ex persona earum potentiarum, quæ ejectæ fuerunt & consumtæ à Servatore, non valens seriem Prophetiæ in Psalmo (LXIX. v. 9.) servare. Nam intelligentibus hæc ex ejectarum & consumtarum potentiarum persona dici, consequens est juxta ejus opinionem, ab ipsis etiam dici illa: *Dederunt in escam meam fel*,

Απαραφυλακτικῶς ὁ Ηρακλέων οἴεται τό· ὁ ζῆλος τοῦ οἴκου σου καταφάγεταί με, ἐκ προσώπου τῶν ἐκβληθέντων καὶ ἀναλωθέντων ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος δυνάμεων λέγεσθαι, μὴ δυνάμενος τὸν εἱρμὸν τῆς ἐν τῷ Ψαλμῷ προφητείας τηρῆσαι.[c] Νοουμένων γὰρ, ἐκ προσώπου τῶν ἐκβληθέντων, καὶ ἀναλωθέντων δυνάμεων λέγεσθαι, ἀκόλουθον δέ ἐστι κατ᾽ αὐτὸν καὶ τό· ἔδωκαν εἰς τὸ βρῶμά μου χολὴν, καὶ ἐπ᾽ ἐκείνων λέγεσθαι, ἐν

a Ita Cod. 2281. Bodl. sicut & legendum conjecit Cl. Huetius in margine, licet in textu excudi fecerit τυγχάνει. b Quinque hæc verba in editis omissa ex Cod. Bodl. 2281. fol. 19. pag. 1. inseruimus. c Ita Cod. Bodl. sed malè in editis νοούμενον sine γάρ.

τῷ

τῷ αὐτῷ ἀναγεγραμμένον Ψαλμῷ. ἀλλ' ὡς εἰκὸς, ἐτάραξεν αὐτὸν τό· καταφάγεταί με, ὡς μὴ δυνάμενον ὑπὸ Χριστοῦ ἀπαγγέλλεσθαι, οὐ χωροῦντα τὸ ἔθος τῶν ἀνθρωποπαθῶν περὶ Θεοῦ καὶ Χριστοῦ λόγων.

quæ in eodem ſcripta ſunt Pſalmo. Sed ut probabile eſt, illum turbavit vox, *comedit*, (perinde quaſi à Chriſto dici non poſſet) non videntem morem ſcripturarum, hominum affectus Deo & Chriſto tribuentium.

Ex Tomo XII. *pag*. 187.

Ὁ Ἡρακλέων τὸ, ἐν τρισὶ φησὶν, ἀντὶ τοῦ, ἐν τρίτῃ, μὴ ἐρευνήσας, καίτοιγε ἐπιστήσας [a] τῷ ἐν τρισὶ, πῶς ἐν τρισὶν ἡ ἀνάστασις ἐνεργεῖται ἡμέραις· ἔτι δὲ καὶ τὴν τρίτην φησὶ τὴν πνευματικὴν ἡμέραν, ἐν ᾗ οἴονται δηλοῦσθαι τὴν τῆς Ἐκκλησίας ἀνάστασιν. τούτων δὲ ἀκόλουθόν ἐστι, πρώτην λέγειν εἶναι τὴν * χοϊκὴν ἡμέραν, καὶ τὴν δευτέραν τὴν ψυχικὴν, οὐ γεγενημένης τῆς Ἐκκλησίας τῆς ἀναστάσεως ἐν αὐταῖς.

Heracleon, *in tribus*, inquit, *pro eo quod eſt*, *in tertia*, non perſcrutatus (quamvis notârit voculam *tribus*) quomodo in tribus diebus peragatur reſurrectio. Atque etiam præterea *tertiam diem appellat ſpiritualem*, in qua declarari putant Eccleſiæ reſurrectionem. His conſequens eſt, ut prima dies terreſtris, ſecunda animalis dicatur, non factâ Eccleſiæ reſurrectione in ipſis.

Et paulo pòſt, *pag*. 189.

Ὁ Ἡρακλέων μηδὲ ἐπιστήσας τῇ ἱστορίᾳ φησὶ τὸν Σολομῶντα τεσσαράκοντα καὶ ἓξ ἔτεσι κατεσκευακέναι τὸν ναὸν, εἰκόνα τυγχάνοντα τοῦ Σωτῆρος. καὶ τὸν ς'. ἀριθμὸν εἰς τὴν ὕλην, τουτέστι τὸ πλάσμα, ἀναφέρει· τὸν δὲ τῶν τεσσαράκοντα, [b] ὅ" τετράς ἐστι, φησὶν, ἡ ἀπρόσπλοκος, εἰς τὸ ἐμφύσημα, καὶ τὸ ἐν τῷ ἐμφυσήματι σπέρμα *.

Heracleon ne inſpecta quidem hiſtoria, Solomonem inquit quadraginta & ſex annis ædificaſſe templum, imaginem Servatoris referens. Et numerum ſenarium ad materiam, hoc eſt ad plaſma refert: numerum quadragenarium autem (*Quaternarius*, inquit, *numerus eſt*, *qui non implicatur*) ad flatum, & illud ſemen, quod eſt in flatu.

a Hîc iterum Cod. Bodl. conjecturam Cl. Huetii confirmat. Pro quo ejus editio in textu perperam habet τὸ. b forte ἔτι. Aut hæc verba tanquam in parentheſi ſunt accipienda.

Ex

Ex Tomo XIII. *pag.* 205. *& seqq.*

Sed jam videamus Heracleonis in hunc locum dicta, qui ait, (*Fontem illum*) imbecillem, & temporariam, & deficientem fuisse vitam, illiusque gloriam; *mundana enim*, inquit, *erat*: & existimat se demonstrationem afferre (per fontem significari vitam mundanam) eo quod pecora Jacob ex illo biberint. Et siquidem imbecillem, & temporariam, & deficientem accepisset cognitionem eam, quæ est ex parte, nempe cognitionem è Scripturis provenientem, comparatione verborum ineffabilium, & quæ ad hominem eloqui non est fas, omnem scilicet præsentem cognitionem, quæ per speculum est, & per ænigma, & quæ destruitur, cum venerit illud, quod perfectum est, haudquaquam illud reprehendissemus: sin vero istud agit, ut reprehendat vetera, reprehendendus est ipse. Porro quod ait *aquam, quam dat Servator, ex spiritu esse, & ex ipsius potentia*, vera dicit. Et istud: *Non sitiet in æternum*, hisce verbis interpretatus est dicens: *Vita æterna est vita ipsius, & quæ nunquam corrumpitur, (sicut quidem prima illa aqua, quæ est ex puteo,) sed manens: nequit enim auferri donum & gratia Servatoris nostri, quæ neque consumitur, neque corrumpitur in eo qui particeps ipsius fuerit.* Porro autem cum primam vitam corruptibilem supposuit, [1] siquidem de ea locu-

Ἰδωμεν δὲ καὶ τὰ Ἡρακλέωνος εἰς τοὺς τόπους, ὅστις φησὶν ἄτονον, καὶ πρόσκαιρον, καὶ ἐπιλείπουσαν ἐκείνην γεγονέναι τὴν ζωὴν, καὶ τὴν κατ' αὐτὴν δόξαν. κοσμικὴ γάρ, φησίν, ἦν· καὶ οἴεται τοῦ κοσμικὴν αὐτὴν εἶναι ἀπόδειξιν φέρειν ἐκ τοῦ θρέμματα τοῦ Ἰακὼβ ἐξ αὐτῆς πεπωκέναι. καὶ εἰ μὲν ἄτονον, καὶ πρόσκαιρον, καὶ ἐπιλείπουσαν ἐλάμβανε τὴν ἐκ μέρους γνῶσιν, ἤτοι τῇ ἀπὸ τῶν γραφῶν συγκρίσει τῶν ἀῤῥήτων ῥημάτων, ἃ οὐκ ἐξὸν ἀνθρώπῳ λαλῆσαι, πᾶσαν τὴν νῦν δι' ἐσόπτρου καὶ αἰνίγματος γινομένην γνῶσιν, καταργουμένην ὅταν ἔλθῃ τὸ τέλειον, οὐκ ἂν αὐτὸ ἐνεκαλέσαμεν· εἰ δὲ ὑπὲρ τοῦ διαβάλλειν τὰ παλαιὰ, τοῦτο ποιεῖ, ἐγκλητέος ἂν εἴη. ὃ δὲ δίδωσιν ὕδωρ ὁ σωτὴρ, φησὶν εἶναι ἐκ τοῦ πνεύματος, καὶ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, οὐ ψευδόμενος. καὶ εἰς τό· οὐ μὴ διψήσει δὲ εἰς τὸν αἰῶνα, ἀποδέδωκεν αὐταῖς λέξεσιν οὕτως· αἰώνιος γὰρ ἡ ζωὴ αὐτοῦ, καὶ μηδέποτε φθειρομένη, ὡς καὶ ἡ πρώτη ἡ ἐκ τοῦ φρέατος, ἀλλὰ μένουσα· ἀναφαίρετος γὰρ ἡ χάρις καὶ ἡ δωρεὰ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν, καὶ μὴ ἀναλισκομένη, μηδὲ φθειρομένη ἐν τῷ μετέχοντι αὐτῆς. φθειρομένην δὲ τὴν πρώτην διδοὺς εἶναι ζωὴν, εἰ

1 In hac periodo versionem Ferrarii sensui Origenis haud congruam censui, ideoque eam correxi.

μὲν τὸ κατὰ τὸ γράμμα ἔλεγε, ζητῶν τὴν
περιαιρέσει τοῦ καλύμματος γινο-
μένην, ἡ κατὰ τὸ πνεῦμα, καὶ εὑρί-
σκων, ὑγιῶς ἂν ἔλεγεν. εἰ δὲ πάν-
τη φθορὰν κατηγορεῖ τῶν παλαιῶν,
δῆλον ὅτι τοῦτο ποιεῖ, ὡς μὴ ὁρῶν
τὰ ἀγαθὰ τῶν μελλόντων a ἔχειν
ἐκεῖνα τὴν σκιάν· οὐκ ἀπιθάνως δὲ
τὸ, ἀλλομένου, διηγήσατο, καὶ τοὺς
μεταλαμβάνοντας τοῦ ἄνωθεν ἐπι-
χορηγουμένου πλουσίως, καὶ αὐτοὺς ἐκ-
βλύσαι εἰς τὴν ἑτέρων αἰώνιον ζωὴν
τὰ ἐπικεχορηγημένα αὐτοῖς. ἀλλὰ
καὶ ἐπαινεῖ τὴν σαμαρεῖτιν, ὡς ἀν-
ενδειξαμένην τὴν ἀδιάκριτον καὶ κα-
τάλληλον τῇ φύσει ἑαυτῆς πίστιν,
μὴ διακριθεῖσαν ἐφ' οἷς ἔλεγεν αὐ-
τῇ. εἰ μὲν οὖν τὴν προαίρεσιν ἀπεδέ-
χετο, μηδὲν περὶ φύσεως αἰνιττόμε-
νος, ὡς διαφερούσης, καὶ ἡμεῖς ἂν
συγκατεθέμεθα· εἰ δὲ τῇ * φυ-
σικῇ κατασκευῇ ἀναφέρει τὴν τῆς
συγκαταθέσεως αἰτίαν, ὡς οὐ πᾶσι
ταύτης παρούσης, ἀνατρεπτέον αὐτοῦ
τὸν λόγον. οὐκ οἶδα δὲ, πῶς ὁ Ἡ-
ρακλέων, τὸ μὴ γεγραμμένον ἐκλα-
βὼν, φησὶ πρὸς τό· δός μοι τοῦτο
τὸ ὕδωρ, ὡς ἄρα βραχέα διανυ-
χθεῖσα ὑπὸ τοῦ λόγου, ἐμίσησε λοι-
πὸν καὶ τὸν τόπον ἐκείνου τοῦ λεγο-
μένου b Ἰακὼβ φρέατος. ἔτι δὴ
καὶ πρὸς τό· δός μοι τοῦτο τὸ ὕδωρ,
ἵνα μὴ διψῶ, μηδὲ διέρχωμαι ἐν-
θάδε ἀντλεῖν, φησὶν ὅτι ταῦτα λέ-

tus eſt quæ eſt ſecundum literam,
quærens eam quæ ex ablatione
velaminis ortum cepit, quæ-
que eſt ſecundum Spiritum,
& inveniens eam, recte dixit.
Sin verò corruptionis omni-
no accuſat veteres, perſpicuum
eſt, eum hoc facere, tamquam
qui non videat bona illa um-
bram habere futurorum illorum.
Cæterùm non inſcitè interpre-
tatus eſt vocem *ſalientis aquæ*,
dicens eos qui è ſupernis illam
abundanter participarent ſuppe-
ditatam, viciſſim etiam ea ad a-
liorum ſalutem æternam ſcatu-
rire quæ ſibi ſuppeditata fuerint.
Sed & Samaritidem laudat, ut
quæ fidem inſeparabilem ac ſuæ
ipſius naturæ convenientem o-
ſtenderit: non motam ob ea,
quæ illi dicebat (Servator.) Cui
etiam nos annuimus, ſi electio-
nem laudat, nihil de natura ve-
luti meliori innuens; ſin vero
ad naturalem conſtitutionem re-
fert, quod Salvatori obtempera-
rit Samaritis, quaſi ea non omni-
bus inſit, ſubvertenda eſt illius
oratio. Neſcio verò, quomodo
Heracleon, quod ſcriptum etiam
non eſt, aſſumens, dixerit in
hoc: *Da mihi hanc aquam*, brevi
à verbo Dei filio ſtimulatam mu-
lierem odio habuiſſe etiam lo-
cum illius putei, qui dicebatur
Jacob. Præterea in illud: *Da
mihi aquam hanc, ut non ſiti-
am, neque veniam huc ad hau-
riendum*, inquit mulierem hæc

a Ita rectè habet Cod. Bodl. 2281. fol. 48. pag. 1. pro ἔχει, quod eſt in editis.
b Sic Ferrarium legiſſe notat Cl. Huetius ad hanc locum, cujus lectionem quoque confirmat dictus Cod. Bodl. fol. 48. p. 2. Malè autem Perionius & Cod. Regis Galliæ habent λεγομένου ζῶντος ὕδατος.

dicere

dicere ostendentem ægre hauriri, & cum difficultate parari aquam illam, nec nutritioni aptam esse. Unde enim potest ostendere, aquam Jacob nutritioni haud conducere? Adhuc in hæc duo verba: *Dicit illi*, inquit Heracleon, *scilicet tale quid dicens*: *si vis accipere hanc aquam, vade, voca virum tuum*: & existimat virum, quem Samaritidis esse Servator dicit, pleroma Samaritidis esse, ut profecta cum illo ad Servatorem, reportare ab ipso potentiam, & unionem, & commixtionem ad pleroma suum posset. *Ast Christus non dixit*, inquit Heracleon, *mulieri de homine mundano, ut vocaret, quia non ignorabat, eam legitimum virum non habere.* Cæterùm manifestè hoc in loco urgetur dicens, quod mulieri Servator dixerit: *Vade, voca virum tuum, & veni huc*, significans maritum, quem ex pleromate habebat: nam si hoc sic se habebat, oportuerat virum dicendo, modum etiam, quo vocandus erat, dicere, ut cum ipso ad Servatorem pergeret. Sed *quoniam* (ut Heracleon inquit) *juxta intelligentiam spiritualem ignorabat virum suum, secundum vero simplicem intelligentiam erubescebat dicere, quod mæchum haberet, non virum*, quomodo non frustra imperavit dicens: *Vade, voca virum tuum & veni huc*? Deinde ad id: *Vere dixisti, quia virum non habes*, inquit: *Quoniam in mundo virum non habebat Samaritis, viro*

γει ἡ γυνὴ ἐμφαίνουσα τὸ ἐπίμοχθον, καὶ δυσπόριστον, καὶ ἄτροφον ἐκείνου τοῦ ὕδατος. πόθεν γὰρ δεικνύναι ἔχει ἄτροφον εἶναι τὸ τοῦ Ἰακὼβ ὕδωρ; ἔτι δὲ ὁ Ἡρακλέων πρὸς τό· λέγει αὐτῇ, φησὶ δῆλον, ὅτι τοιοῦτό τι λέγων· εἰ θέλεις λαβεῖν τοῦτο τὸ ὕδωρ, ὕπαγε φώνησον τὸν ἄνδρα σου· καὶ οἴεται τῆς Σαμαρείτιδος τὸν λεγόμενον ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος ἄνδρα, τὸ πλήρωμα εἶναι αὐτῆς, ἵνα σὺν ἐκείνῳ γενομένη πρὸς τὸν Σωτῆρα, [a] κομίζεσθαι παρ' αὐτοῦ τὴν δύναμιν, καὶ τὴν ἕνωσιν, καὶ τὴν ἀνάκρασιν τὴν πρὸς τὸ πλήρωμα αὐτῆς δυνηθῇ. οὐ γὰρ περὶ ἀνδρὸς, φησὶ, κοσμικοῦ ἔλεγεν αὐτῇ, ἵνα καλέσῃ, ἐπείπερ οὐκ ἠγνόει, ὅτι οὐκ εἶχε νόμιμον ἄνδρα. περιδήλως δὲ ἐνταῦθα βιάζεται λέγων, αὐτῇ τὸν Σωτῆρα εἰρηκέναι· φώνησόν σου τὸν ἄνδρα, καὶ ἐλθὲ ἐνθάδε, δηλοῦντα τὸν ἀπὸ τοῦ πληρώματος * σύζυγον· εἴπερ γὰρ τοῦθ' οὕτως εἶχεν, ἐχρῆν τὸν ἄνδρα καὶ τίνα τρόπον φωνητέον ἔσται αὐτὸν b, ἵνα σὺν αὐτῷ γένηται πρὸς τὸν Σωτῆρα· ἀλλ' ἐπεὶ, ὡς Ἡρακλέων φησὶ, κατὰ τὸ νοούμενον ἠγνόει τὸν ἴδιον ἄνδρα, κατὰ δὲ τὸ ἁπλοῦν ἠσχύνετο εἰπεῖν, ὅτι μοιχὸν, οὐχὶ δὲ ἄνδρα, εἶχε, πῶς οὐχὶ μάτην ἔσται προστάσσων ὁ λέγων; ὕπαγε, φώνησον τὸν ἄνδρα σου, καὶ ἐλθὲ ἐνθάδε. εἶτα πρὸς τοῦτο· ἀληθὲς εἴρηκας, ὅτι ἄνδρα οὐκ ἔχεις, φησὶν, ἐπεὶ ἐν τῷ κόσμῳ οὐκ εἶχεν ἄνδρα ἡ Σαμαρεῖτις, ἦν γὰρ

a Forte κομίζεσθαι. b Hic addendam conjicit Cl. Huetius vocem εἰπεῖν, quæ tamen nec in Cod. Bodl. legitur.

αὐτῆς

αὐτῆς ὁ ἀνὴρ ἐν τῷ Αἰῶνι. ἡμεῖς μὲν οὖν ἀνέγνωμεν· πέντε ἄνδρας ἔχεις. παρὰ δὲ τῷ Ηρακλέωνι εὕρομεν· ἓξ ἄνδρας ἔχεις· καὶ ἑρμηνεύει γε τὴν ὑλικὴν πᾶσαν κακίαν δηλοῦσθαι διὰ τῶν ἓξ ἀνδρῶν, ᾗ συνεπέπλεκτο καὶ ἐπλησίαζεν, παρὰ λόγον πορνεύουσα, καὶ ἐνυβριζομένη, καὶ ἀθετουμένη, καὶ ἐγκαταλειπομένη ὑπ' αὐτῶν. λεκτέον δὲ πρὸς αὐτὸν, ὅτι εἴπερ ἐπόρνευεν ἡ πνευματικὴ, ἡμάρτανεν ἡ πνευματική· εἰ δὲ ἡμάρτανε πνευματικὴ, δένδρον ἀγαθὸν οὐκ ἦν ἡ πνευματική. κατὰ γὰρ τὸ Εὐαγγέλιον, οὐ δύναται δένδρον ἀγαθὸν καρποὺς πονηροὺς ἐνεγκεῖν· καὶ δῆλον, ὅτι οἴχεται αὐτοῖς τὰ τῆς μυθοποιΐας.

suo existente in Æone. Atque nos quidem legimus : *quinque enim viros habuisti* : apud Heracleonem vero invenimus : *Sex viros habuisti* : interpretaturque per viros sex universam malitiam materialem declarari, cui complicata fuerat, cuique approximarat, præter rationem fornicans, contumeliis affecta, & rejecta, & derelicta ab illis. Sed ipsi Heracleoni dicendum est, si fornicata est spiritualis, peccasse spiritualem ; si verò peccavit spiritualis, arborem bonam non fuisse istam spiritualem. Juxta enim Evangelium, * *Non potest arbor bona malos fructus ferre* : proinde apertè perire, quæ finxerunt.

Pag. 209. *& sequ.*

Ο Ηρακλέων εἰς τὰ αὐτὰ ῥήματα λέγει, εὐσχημόνως ὡμολογηκέναι τὴν Σαμαρεῖτιν τὰ ὑπ' αὐτοῦ πρὸς αὐτὴν εἰρημένα. Προφήτου γὰρ μόνου, φησὶν, ἐστὶν εἰδέναι τὰ πάντα· ψευδόμενος ἑκατέρως. Καὶ γὰρ οἱ ἄγγελοι τὰ τοιαῦτα δύνανται εἰδέναι, καὶ ὁ Προφήτης οὐ πάντα οἶδεν· ἐκ μέρους γὰρ γινώσκομεν, καὶ ἐκ μέρους προφητεύομεν, κἂν προφητεύομεν καὶ γινώσκομεν. μετὰ δὲ ταῦτα ἐπαινεῖ ὡς πρεπόντως τῇ αὐτῆς φύσει ποιήσασαν τὴν Σαμαρεῖτιν, καὶ μήτε ψευσαμένην, μήτε ἄντικρυς ὁμολογήσασαν τὴν ἑαυτῆς ἀσχημοσύνην, πεπεισμένην τέ φησιν αὐτὴν, ὅτι Προφήτης εἴη, ἐρωτᾷν αὐτὸν, ἅμα

Heracleon in hæc verba (*Patres nostri in hoc monte adoraverunt*) ait, honestè Samaritidem fassam fuisse, quæ sibi Jesus dixisset. *Solius enim Prophetæ* (inquit Heracleon) *est omnia cernere* : dupliciter mentiens. Nam etiam Angeli hujusmodi cernere queunt, & Propheta non videt omnia : † *Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus* ; etiam si prophetemus vel cognoscamus. Deinde Samaritidem laudat, tamquam quæ decenter naturæ suæ fecerit, quæ neque mentita sit, neque continuò fassa turpitudinem suam : & persuasam inquit ipsam, Jesum Prophetam esse, interrogare eum, ostendentem si-

* *Matt.* VII. 18. † 1 *Corinth.* XIII. 9.

mul etiam causam, propter quam fornicata fuerit; nimirum [1] quod propter ignorantiam Dei, & divinum cultum neglexisset, & omnia sibi ad præsentem vitam necessaria, aliter victum acquirens. *Neque enim* (inquit) *venisset ipsa ad puteum, qui erat extra urbem.* Hisce addit, 'eam 'volentem discere, quomodo 'Deum adorans, & illi accepta, 'liberaretur à fornicatione, illud 'dixisse: *Patres nostri in hoc 'monte adoraverunt*, & ea, quæ 'sequuntur.' Sed facilè admodum redarguuntur hæc dicta: unde enim liquet eam discere velle, quo pacto Deo grata liberaretur à fornicatione? Dicit illi Jesus. *Crede mihi mulier, venit hora, quando neque in hoc monte, neque Hierosolymis adorabitis Patrem.* Quando visus est Heracleon aptissimè in hæc observasse, in præcedentibus non dictum fuisse illi: *Mulier crede mihi*; nunc autem hoc illi injunctum fuisse: tunc non inscitam observationem observavit, cum dixisset 'per 'montem intelligi diabolum, 'vel mundum ejus: quando-

τὴν αἰτίαν ἐμφαίνουσαν, δι' ἣν ἐξεπόρνευσεν, ὅτι [a] διάνοιαν" Θεοῦ, καὶ τῆς κατὰ τὸν Θεὸν λατρείας ἀμελήσασαν, καὶ πάντων τῶν κατὰ τὸν βίον αὐτῇ ἀναγκαίων, καὶ ἄλλως ἀεὶ τῶν ἐν τῷ βίῳ τυγχάνουσαν. οὐ γὰρ ἄν, φησίν, αὐτὴ ἤρχετο ἐπὶ τὸ φρέαρ ἔξω τῆς πόλεως τυγχάνον. προστίθησι [b] τε" τούτοις, ὅτι βουλομένη μαθεῖν, πῶς καὶ τίνι [c] τρόπῳ" εὐαρεστήσασα, καὶ Θεῷ προσκυνήσασα ἀπαλλαγείη τῆς πορνείας, λέγει τό· οἱ πατέρες ἡμῶν ἐν τῷ ὄρει τούτῳ προσεκύνησαν, καὶ τὰ ἑξῆς. σφόδρα δέ ἐστιν εὐέλεγκτα τὰ εἰρημένα· πόθεν γὰρ [d] δῆλον", ὅτι βούλεται μαθεῖν τίνι εὐαρεστήσασα ἀπαλλαγείη τῆς πορνείας. λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· πίστευέ μοι γύναι, ὅτι ἔρχεται ὥρα, ὅτε [e] οὔτε" ἐν ὄρει τούτῳ, οὔτε ἐν Ἱεροσολύμοις προσκυνήσετε τῷ πατρί. ὅτε ἔδοξε πιθανώτατα τετηρηκέναι ὁ Ἡρακλέων ἐν τούτοις, τὸ ἐπὶ μὲν τῶν προτέρων μὴ εἰρῆσθαι αὐτῇ, πίστευέ μοι γύναι, νῦν δὲ τοῦτο αὐτῇ προστετάχθαι· τότε ἐπεθόλωσε τὸ μὴ ἀπίθανον παρατήρημα, εἰπὼν * ὄρος μὲν τὸν διάβολον λέγεσθαι, ἢ τὸν κόσμον * αὐτοῦ· ἐπείπερ

a Male ita habet Cod. Reg. Gall. nec meliùs Bodl. 2281. fol. 52. pag. 2. δι' εὔγνοιαν. Rectè autem legit Ferrarius, δι' ἄγνοιαν, prout & ad marginem suæ editionis excudi fecit Huetius. Nam mox Origenes in hæc animadvertens ait: ἣ ἄγνοιαν αἰτίαν γεγονέναι, &c. At neque sic textus integer est, sed ἅτε pro ὅτι legi debet, & τῶν ἐν τῷ βιῷ pro τῶν ἐν τῷ βίῳ. b Ita rectè Cod. Bodl. pro περὶ quod est in edit. Huetii. c Hanc vocem in editis omissam ex sæpe dicto Cod. Bodl. restitui. d Et hoc verbum, quod in editione Cl. Huetii deest, ex Cod. Bodl. inserui. e Hanc particulam iterum rectè habet Cod. Bodl.

1 Hîc necesse fuit Ferrarii versionem corrigere, & sensum Origenis vel potiùs Heracleonis, conjectando assequi, quia Græcus textus mancus est vel corruptus. Omnino autem id voluisse videtur, quod mulier ista, nec æternæ, nec temporalis vitæ debitam habens rationem, corpore quæstum facere coacta fuerit, ad summam quippe paupertatem redacta. *Neque enim, ut sequitur, ad puteum extra urbem ipsa venisset.* Quæ ad sensum, quem ego dedi, aptissimè quadrant.

μέρος

μέρος [a] ἓν ὁ διάβολος ὅλης τῆς ὕλης *, φησὶν, ἦν, ὁ δὲ κόσμος τὸ σύμπαν τῆς κακίας ὄρος, ἔρημον οἰκητήριον θηρίων, [b] ᾧ προσεκύνουν πάντες οἱ πρὸ νόμου καὶ οἱ ἐθνικοί· Ἱεροσόλυμα δὲ τὴν κτίσιν, ἢ τὸν κτίστην, ᾧ προσεκύνουν οἱ Ἰουδαῖοι. Ἀλλὰ καὶ δευτέρως ὄρος μὲν ἐνόμισεν εἶναι τὴν κτίσιν, ᾗ ἐθνικοὶ προσεκύνουν· Ἱεροσόλυμα δὲ, τὸν κτίστην, ᾧ Ἰουδαῖοι ἐλάτρευον. ὑμεῖς οὖν, φησὶν, οἱονεὶ οἱ πνευματικοὶ, οὔτε τῇ κτίσει, οὐδὲ τῷ δημιουργῷ προσκυνήσετε, ἀλλὰ τῷ πατρὶ τῆς ἀληθείας· καὶ συμπαραλαμβάνει γε, φησὶν, αὐτὴν, ὡς ἤδη πιστὴν καὶ συναριθμουμένην τοῖς κατ' ἀλήθειαν προσκυνηταῖς.

'quidem pars una est, inquit, 'diabolus totius materiæ; mundus verò universus malitiæ 'mons, & deserta habitatio ferarum, quem adorabant omnes 'ante legem, & Gentiles: per 'Hierosolymam verò intelligi 'dicit creationem, vel Creatorem, quem adorabant Judæi.' Quin secunda vice existimavit montem esse creationem, quam Gentiles adorarent; Hierosolymam autem Creatorem, quem Judæi colerent. 'Vos ergo, inquit, veluti spirituales, neque 'creationem, neque mundi opificem adorabitis, sed patrem 'veritatis: ac illam sane adjuvat, inquit, tanquam jam fidelem, & quæ annumeretur adorantibus eum in veritate.

Ex Tomo XIV. *pag.* 213. *& sequ.*

Τὸ μέντοιγε, ἡμεῖς προσκυνοῦμεν, ὁ Ἡρακλέων οἴεται εἶναι, ὁ ἐν αἰῶνι *, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ ἐλθόντες· οὗτοι γὰρ, φησὶν, ᾔδεσαν τίνι προσκυνοῦσι, κατὰ ἀλήθειαν προσκυνοῦντες. ἀλλὰ καὶ τό· ὅτι ἡ Σωτηρία ἐκ τῶν Ἰουδαίων ἐστὶν, ἐπεὶ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, φησὶν, ἐγεννήθη, ἀλλ' οὐκ ἐν αὐτοῖς. οὐ γὰρ εἰς πάντας αὐτοὺς εὐδόκησε· καὶ ὅτι ἐξ ἐκείνου τοῦ ἔθνους ἐξῆλθεν ἡ Σωτηρία καὶ ὁ λόγος εἰς τὴν οἰκουμένην. κατὰ δὲ τὸ νοούμενον ἐκ τῶν Ἰουδαίων τὴν σωτηρίαν διηγεῖται γεγονέναι, ἐπείπερ εἰκόνες * οὗτοι τῶν ἐν τῷ πληρώματι, αὐτῷ εἶναι νομίζον-

Sane istis verbis: *nos adoramus*, Heracleon intelligi vult eum, qui est in æone, & qui cum ipso venerunt: *nam hi*, inquit, *noverunt quem adorant*, *secundum veritatem adorantes.* Quin illud etiam: *Salus ex Judæis est*, 'quoniam in Judæa genitus est, inquit, sed non inter 'ipsos: quia non in omnes ipsos 'animi propensionem habuit; '& quoniam ex illa gente egressa est Salus & sermo in orbem terrarum.' Juxta intelligentiam verò spiritualem ex Judæis narrat factam fuisse salutem, quoniam hi imagines ipsi videntur esse eorum, qui sunt in plero-

a Hoc comma è Cod. Bodl. fol. 53. pag. 1. correxi. b Ita iterum Cod. Bodl. loco citato, sicut & paulo post ᾗ & iterum ᾧ.

mate. Sed ostenderet ipse, necesse erat, ejusque sequaces, quomodo unusquisque eorum, qui veræ religioni sunt addicti, sit similitudo eorum, qui sunt in pleromate; modò non solâ voce hoc dicant, sed verè hoc sentiant. Præterea enarrans illud, *in spiritu & veritate adorari Deum*, ‘priores adoratores, inquit, carne & errore adoraverunt eum, qui pater non erat: ‘Quare eâdem quoque ratione ‘decepti fuere omnes, qui adorarunt mundi opificem. Subjungitque Heracleon, eos servisse ‘creaturæ, non ei, qui in veritate ‘Creator erat, qui est Christus: ‘quandoquidem * *omnia per ipsum facta sunt & sine ipso factum est nihil.* Etenim *pater tales quærit, qui ipsum adorarent.* Si quærit pater, per filium quærit, qui † *venit ad quærendum & servandum quod perierat*: quos purificans & erudiens ratione, & sanis dogmatibus, præparat esse veros adoratores. *Periisse autem*, Heracleon inquit, *in profundâ materia erroris id quod proprium erat patris, quod ideo quæritur, ut à suis adoretur.* Itaque hunc quidem sermonem si intellexisset de ovium perditione, & de filio, qui patriis bonis exciderit, sic admisissemus ipsius enarrationem. Sed quandoquidem nescio quid tandem apertè doceant de perditione spiritualis naturæ, qui ipsum sequuntur fabulantes, &

τωι. ἐχρῆν δὲ αὐτὸν καὶ τοὺς ἀπ' αὐτοῦ ἕκαστον τῶν ἐν τῇ λατρείᾳ δεικνῦναι, πῶς ἐστιν εἰκὼν τῶν ἐν τῷ πληρώματι, εἴγε μὴ μόνον φωνῇ τοῦτο λέγουσιν, ἀλλὰ καὶ ἀληθείᾳ φρονοῦσιν αὐτό. πρὸς τούτοις τό· ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ προσκυνεῖσθαι τὸν Θεὸν, [a] ἡγούμενος λέγει, ὅτι οἱ πρότεροι προσκυνηταὶ ἐν σαρκὶ καὶ πλάνῃ προσεκύνουν τῷ μὴ πατρὶ, ὥστε καὶ ταυτὸν πεπλανῆσθαι πάντας τοὺς προσκεκυνηκότας τῷ δημιουργῷ. Καὶ ἐπεφέρει γε ὁ Ἡρακλέων, ὅτι ἐλάτρευον τῇ κτίσει, καὶ οὐ τῷ κατ' ἀλήθειαν κτίστῃ, ὅς ἐστι Χριστὸς, * εἴ γε πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδέν. Καὶ γὰρ ὁ πατὴρ τοιούτους ζητεῖ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτόν· [b] Εἰ ζητεῖ ὁ πατὴρ διὰ τοῦ υἱοῦ ζητεῖ, τοῦ ἐληλυθότος ζητῆσαι καὶ σῶσαι τὸ ἀπολωλὸς, οὓς τινας καθαίρων, καὶ παιδεύων τῷ λόγῳ καὶ τοῖς ὑγιέσι δόγμασι κατασκευάζει ἀληθεῖς τοὺς προσκυνητάς. ἀπολωλέναι δὲ, φησὶν ὁ Ἡρακλέων, ἐν τῇ βαθείᾳ ὕλῃ τῆς πλάνης τὸ οἰκεῖον τῷ πατρὶ, ὅπερ ζητεῖται, ἵνα ὁ πατὴρ ὑπὸ τῶν οἰκείων προσκυνῆται. εἰ μὲν οὖν ἑώρα τὸν περὶ τῆς ἀπωλείας τῶν προβάτων λόγον, καὶ τὸν τοῦ ἀποπεσόντος τῶν τοῦ πατρὸς υἱοῦ, κἂν ἀπεδεξάμεθα αὐτοῦ τὴν διήγησιν. ἐπεὶ δὲ μυθοποιοῦντες οἱ ἀπὸ τῆς γνώμης αὐτοῦ, οὐκ οἶδ' ὅ, τι ποτε σαφῶς παριστᾶσι περὶ τῆς ἀπολωλύας πνευματικῆς φύσεως, οὐδὲν σαφὲς

a διηγούμενος legendum conjicit Cl. Huetius. b Ita rectè Cod. Bodl. juxta conjecturam Huetii. * Joh. I. 3. † Matth. XVIII. 11.

διδάσκοντες

διδάσκοντες ἡμᾶς περὶ τῆς πρὸ τῆς ἀπωλείας αὐτῆς χρόνων, ἢ αἰώνων· οὐδὲ γὰρ τρανοῦν δύνανται ἑαυτῶν τὸν λόγον· διὰ τοῦτο αὐτοὺς ἑκόντες παραπεμψόμεθα, τοσοῦτον ἐπαπορήσαντες.

nihil apertum nos docentes de ſeculis, vel temporibus quæ fuere ante ipſam perditionem,(neque enim propria dicta declarare poſſunt) hanc ob cauſam prætermiſimus ipſos ſponte, hucuſque diſputâſſe contenti.

Et pag. 217. *& ſequ.*

Εἰς μέντοιγε τό· πνεῦμα ὁ Θεὸς, ὁ Ηρακλέων φησίν· ἄχραντος γὰρ, καὶ καθαρὰ, καὶ ἀόρατος [a] ἡ θεία" φύσις αὐτοῦ. οὐκ οἶδα δὲ, εἰ ἐδίδαξεν ἡμᾶς ταῦτα [b] ἐπειπών", πῶς ὁ Θεὸς πνεῦμά ἐστι. τὸ δὲ, τοὺς προσκυνοῦντας ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν, σαφηνίζειν νομίζων, φησὶν, ἀξίως τοῦ προσκυνουμένου, πνευματικῶς οὐ σαρκικῶς. καὶ γὰρ αὐτοὶ τῆς αὐτῆς φύσεως ὄντες τῷ πατρὶ, πνεῦμά εἰσιν, οἵτινες κατ᾽ ἀλήθειαν, καὶ οὐ κατὰ πλάνην προσκυνοῦσι, καθὸ καὶ ὁ Απόστολος διδάσκει, λέγων λογικὴν λατρείαν τὴν τοιαύτην τὴν θεοσέβειαν. ἐπιστήσωμεν δὲ, εἰ μὴ σφόδρα ἐστὶν ἀσεβὲς, ὁμοούσιον τῇ ἀγεννήτῳ φύσει καὶ παμμακαρίᾳ εἶναι λέγειν τοὺς προσκυνοῦντας ἐν πνεύματι τῷ Θεῷ, οὓς πρὸ βραχέος εἶπεν αὐτὸς ὁ Ηρακλέων ἐκπεπτωκότας, τὴν Σαμαρεῖτιν λέγων πνευματικῆς φύσεως οὖσαν πεπορνευκέναι. ἀλλ᾽ [c] οὐχ ὁρῶσιν * ὅτι παντὸς * * καὶ τῶν αὐτῶν δεκτι-

In ea verba, *Deus eſt Spiritus*, inquit Heracleon, *immaculata, enim & pura, & inviſibilis eſt divina ipſius natura.* Sed hæc cum dixerit, haud ſcio an docuerit nos, quomodo Deus ſit Spiritus. Illud etiam *adorantes oportet adorare ſpiritû & veritate*, ratus ſe declarare, inquit, ‘pro dignitate ejus, qui ‘adoratur; ſpiritualiter, non car‘naliter. Etenim ipſi ejuſdem na‘turæ cum patre exiſtentes, ſunt ‘ſpiritus, qui ſecundum verita‘tem, & non ſecundum errorem ‘adorant, quemadmodum & A‘poſtolus docet, dicens * *rationa‘bilem cultum* talem Dei cultum. Sed advertamus, annon valde ſit impium dicere, quod adorantes Deum in Spiritu, ejuſdem ſint eſſentiæ cum ingenita illa & undequaque beata natura, quos paulo antè dixerat Heracleon lapſos fuiſſe, cùm Samaritidem diceret ſpiritualis exiſtentem naturæ fornicatam eſſe.

*　　*　　*　　*
*　　*　　*　　*

a Ita rectè Cod. Bodl. pro καὶ θεία ut eſt in editione Huetii. b Ita iterum exemplar Bodl. Sed excuſum ſimpliciter habet εἰπών. c Genuinam duorum horum verborum lectionem ſuppeditavit Codex Bodleianus; ſed in ſequentibus & ipſe eſt mutilus. Ita verò partim ex verſione Perionii (quam non ad manus habeo) partim ex marginalibus notis ſui exemplaris legendum docuit me doctiſſimus Dn. Abr. Sellerus in literis Londino ad me hac de re datis: Αλλ' οὐχ ὁρῶσιν Ηρακλέων καὶ οἱ ἀπὸ γνώμης αὐτοῦ, ὅτι παντὸς καλοῦ τὸ πνεῦμα, καὶ τῶν ἐναντίων οὐ δεκτικόν. * *Rom.* XII. 1.

Quod

Quod si verò spiritualis natura, quæ sit ejusdem essentiæ cum divina & undequaque beata natura, ut ipsi tradunt, admiserit fornicationem, profana, & impia, & irreligiosa de Deo sequuntur ipsorum de Deo sententiam.

κόν. εἰ δὲ ἐδέξατο τὸ πορνεῦσαι ἡ πνευματικὴ φύσις, ὁμοούσιος οὖσα τῆς θείας καὶ παμμακαρείας φύσεως, ὡς αὐτοὶ λέγουσι, ἀνόσια καὶ ἄθεα καὶ ἀσεβῆ ἀκολουθεῖ τῷ λόγῳ τῷ κατ᾽ αὐτοὺς περὶ Θεοῦ.

Porro pag. 220.

Vide quid Heracleon dicat: ait enim, quod *expectaverit Ecclesia Christum, & persuasa fuerit de eo, quod solus ille omnia noverit.*

Ορα τὸν Ηρακλέωνα, τί φησί· λέγει γὰρ, ὅτι προσεδέχετο ἡ Εκκλησία τὸν Χριστὸν, καὶ ἐπέπειστο περὶ αὐτοῦ, ὅτι τὰ πάντα μόνος ἐκεῖνος ἐπίσταται.

Et pag. 221.

Heracleon in ea verba: *Ego sum qui loquor tibi*, inquit, 'Samaritidi, quia persuasa fuerat Christum, cum venisset, omnia illi annunciaturum dicere (Jesum): scito illum, quem tu expectas, me esse qui tecum loquor: & cum se ipsum eum esse qui venturus expectaretur, confessus esset, inquit Heracleon, venerunt ad eum discipuli, quorum causa venerat in Samariam.

Καὶ ὁ Ηρακλέων δὲ φησὶ πρὸς τό· ἐγώ ἐιμι ὁ λαλῶν σοι, ὅτι [a] εἴπερ ἐπέπειστο ἡ Σαμαρεῖτις περὶ τοῦ Χριστοῦ, ὡς ἄρα ἐλθὼν πάντα ἐπαγγελεῖ αὐτῇ, φησί· γίνωσκε, ὅτι ἐκεῖνος, ὃν προσδοκᾷς, ἐγώ εἰμι ὁ λαλῶν σοι· καὶ ὅταν ὡμολόγησεν ἑαυτὸν τὸν προσδοκώμενον ἐληλυθέναι, ἦλθον, φησὶν, οἱ μαθηταὶ πρὸς αὐτὸν, δι᾽ οὓς ἐληλύθει εἰς τὴν Σαμάρειαν.

Subjungit Origenes: πῶς δὲ διὰ τοὺς μαθητὰς ἐληλύθει εἰς τὴν Σαμάρειαν, οἵ τινες καὶ πρότερον αὐτῷ συνῆσαν; *At quonam pacto discipulorum causâ in Samariam venerat, qui cum illo priùs fuerant?* Verùm Heracleon fortè alio quodam respectu propter Apostolos Jesum Samariam petiisse dixit, ut nempe ipsi à Christo nuper vocati in fide confirmarentur, videntes magnam turbam Samaritanorum ad Jesum tanquam Messiam confluentium; vel ut instruerentur de futura ampla eorum, qui in hac vinea laboraverint, messe, primitiis jamjam, tempore nondum maturo, sese colligendas offerentibus. Vide vers. 34. & seqq. hujus IV. cap. Joannis.

[a] ἐπείπερ legendum conjicit Huetius.

Ex

Et sub finem hujus Tomi pag. 223.

Ὁ Ἡρακλέων τὴν ὑδρίαν τὴν δεκτικὴν ζωῆς ὑπολαμβάνει εἶναι διάθεσιν καὶ ἔννοιαν, καὶ τῆς δυνάμεως τῆς παρὰ τοῦ Σωτῆρος, ἣν τινα καταλιποῦσα, φησὶ, παρ᾽ αὐτῷ, τουτέστιν ἔχουσα παρὰ τῷ Σωτῆρι τὸ τοιοῦτον σκεῦος, ἐν ᾧ ἐληλύθει λαβεῖν τὸ ζῶν ὕδωρ, ὑπέστρεψεν εἰς τὸν κόσμον, εὐαγγελιζομένη τῇ κλήσει τὴν Χριστοῦ παρουσίαν· διὰ γὰρ τοῦ πνεύματος καὶ ὑπὸ τοῦ πνεύματος προσάγεται ἡ ψυχὴ τῷ Σωτῆρι. κατανόησον δὴ, εἰ δύναται ἐπαινουμένη τυγχάνειν ἡ ὑδρία, αὕτη πάντη ἀφιεμένη· ἀφῆκε γὰρ, φησὶ, τὴν ὑδρίαν αὐτῆς ἡ γυνή· οὐ γὰρ πρόσκειται, ὅτι ἀφῆκεν αὐτὴν παρὰ τῷ Σωτῆρι. πῶς δὲ καὶ οὐκ ἀπίθανον, καταλιποῦσαν αὐτὴν τὴν δεκτικὴν τῆς ζωῆς διάθεσιν καὶ τὴν ἔννοιαν τῆς δυνάμεως τῆς παρὰ τοῦ Σωτῆρος, καὶ τὸ σκεῦος, ἐν ᾧ ἐληλύθει λαμβάνειν τὸ ζῶν ὕδωρ, ἀπεληλυθέναι εἰς τὸν κόσμον χωρὶς τούτων, εὐαγγελίσασθαι τῇ κλήσει τὴν Χριστοῦ παρουσίαν; — — καὶ τό· ἐξῆλθον δὲ ἐκ τῆς πόλεως, διηγήσατο ἀντὶ τοῦ ἐκ τῆς προτέρας αὐτῶν ἀναστροφῆς οὔσης κοσμικῆς, καὶ ἤρχοντο διὰ τῆς πίστεως, φησὶ, πρὸς τὸν Σωτῆρα.

Heracleon hydriam existimat esse dispositionem atque notionem susceptivam vitæ, ut & ejus potentiæ, quæ à Servatore est: 'quam relinquens, inquit, 'apud ipsum, hoc est, habens 'apud Servatorem tale vas, in 'quo aquam vivam haustura venerat, reversa est in mundum, 'nuncians [1] vocandis" præsentiam Christi: Per spiritum enim & à spiritu anima ad Servatorem adducitur.' Igitur considera, laudabilis ne esse possit hæc hydria, quæ omnino relinquitur: *Dimisit enim*, inquit, *hydriam suam mulier*; non enim additur, quod dimiserit eam apud Servatorem. Sed quomodo non absurdum erit eam, quæ deseruisset dispositionem susceptivam vitæ, & notitiam potentiæ à Servatore manantis, & vas, in quo venerat, ut acciperet aquam vivam, abiisse in mundum sine his, ut evangelizaret vocandis adventum Christi? — — — — Quin & illud: *Exierunt è civitate*, 'exposuit pro prima 'ipsorum conversione, quæ 'mundana erat, & venerunt 'per fidem, inquit, ad Servatorem.

Sub initium Tomi XV. *pag.* 224. *& sequ.*

Ὁ Ἡρακλέων φησὶν, ὅτι ἐβούλοντο κοινωνεῖν αὐτῷ ἐξ ὧν ἀγοράσαντες ἀπὸ τῆς Σαμαρείας κεκομίκεισαν. τάδε

Heracleon inquit, discipulos voluisse cum Jesu communicare, quæ emissent, atque à Samaria attulissent. Hæc autem

1 Malè Ferrarius reddidit: *nuncians voce*. Vide Not. ad finem hujus Tomi. *

tem commemorat, ut aliqua * * * quinque fatuæ virgines * * à sponso. Quomodo autem arbitror * * * * * * eadem habere, * * * * * quibus occlusis fatuis virginibus, operæ pretium est videre ea, quæ discipulorum accusationem continent, eodem modo quo fatuæ virgines dormientium. Hoc autem eandem rationem habeat lucis ad cibum, quam potus ad cibum habet * * accusare, reprehendereque interpretationem. Quanquam pro virili parte id quod ait planum facere debuit, & pluribus docere confirmans interpretationem suam.

φησὶν ἵνα τινὰ[a] * * * * αἱ πέντε μωραὶ παρθένοι * * * * * * ἀπὸ τοῦ νυμφίου· πῶς δὲ οἶμαι * * * ἃ αὐτὰ ἔχειν * * * εγονται * * αἷς ἀποκλιθείσαις μωραῖς παρθένοις, ἄξιον ἰδεῖν κατηγορίαν περιέχοντα τῶν μαθητῶν τοῖς αὐτοῖς κοιμωμένων ταῖς μωραῖς παρθένοις. ἔστι δὲ καὶ αὐτὸ ἂν ὅμοιον τοῦ φωτὸς πρὸς τροφὴν, καὶ τοῦ ποτοῦ πρὸς τὰ βρώματα * * * σαν|ας αἰτιάσασθαι τὴν ἐκδοχήν· καίπερ κατά τι δυνάμενον σαφῆ ποιῆσαι τὸν λόγον ἐχρῆν αὐτὸν διὰ πλειόνων παραμυθεῖσθαι κατασκευάζοντα τὴν ἰδίαν ἐκδοχήν.

Et pag. 227.

Dicebant igitur discipuli inter se: *Num aliquis attulit illi aliquid ad edendum?* Etiam si *carnaliter* Heracleon *hæc à discipulis dicta putet*, *tanquam qui adhuc humi repant*, *Samaritidem imitantes dicentem: Neque haustorium habes*, *& puteus altus est*; dignum est, ut cernamus, num forte aliquid divinius videntes discipuli dicant inter se: *Num quis attulit illi, quod edat?* &c.

Ελεγον οὖν οἱ μαθηταὶ πρὸς ἀλλήλους· μή τις ἤνεγκεν αὐτῷ φαγεῖν; εἰ καὶ σαρκικῶς ὑπολαμβάνει ταῦτα λέγεσθαι ὁ Ηρακλέων ὑπὸ τῶν μαθητῶν, ὡς ἔτι ταπεινότερον διανοουμένων, καὶ τὴν Σαμαρεῖτιν μιμουμένων λεγούσαν· οὔτε ἄντλημα ἔχεις, καὶ τὸ φρέαρ ἐστὶ βαθύ, ἄξιον ἡμᾶς ἰδεῖν, μήποτε βλέποντές τι θειότερον οἱ μαθηταὶ, φασὶ πρὸς ἀλλήλους· μή τις ἤνεγκεν αὐτῷ φαγεῖν;

Porro pag. 230.

Heracleon per hæc verba: *Meus cibus est*, *ut faciam voluntatem ejus*, *qui misit me*,

Ο Ηρακλέων διὰ τοῦ· ἐμὸν βρῶμά ἐστιν, ἵνα ποιήσω τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με, φησὶ διηγεῖσθαι τὸν

a Hîc Cod. Bodl. quoque est mancus, ac proinde lacunam explere nequeo.

Σωτῆρα

Σωτῆρα τοῖς μαθηταῖς, ὅτι τοῦτο ἦν, ὃ συνεζήτει μετὰ τῆς γυναικὸς, βρῶμα ἴδιον, λέγων τὸ θέλημα τοῦ πατρός· τοῦτο γὰρ αὐτοῦ τροφὴ, καὶ ἀνάπαυσις καὶ δύναμις ἦν. θέλημα δὲ πατρὸς ἔλεγεν εἶναι τὸ γνῶναι ἀνθρώπους τὸν πατέρα, καὶ σωθῆναι, ὅπερ ἦν ἔργον τοῦ Σωτῆρος, τοῦ ἕνεκα τούτου ἀπεσταλμένου εἰς Σαμάρειαν, τουτέστιν εἰς τὸν κόσμον.

'Servatorem, inquit, declarare 'discipulis, id proprium suum 'cibum esse, quod loquebatur 'cum muliere: dicens patris vo'luntatem, quæ ipsius cibus, & 'requies, & potentia erat. Vo'luntatem autem patris esse di'cebat, ut homines patrem co'gnoscerent, & servarentur; quæ 'res erat opus Servatoris, qui hu'jus rei causâ Samariam missus 'fuerat, hoc est in mundum.

Ulterius pag. 233.

Καὶ ὁ Ηρακλέων ὁμοίως τοῖς πολλοῖς ἐπὶ τῆς λέξεως ἔμεινε, μὴ οἰόμενος αὐτὴν ἀνάγεσθαι. φησὶ γοῦν, ὅτι τὸν τῶν γεννημάτων λέγει θερισμὸν, ὡς τούτου μὲν ἔτι διωρίαν ἔχοντος τετράμηνον τοῦ δὲ θερισμοῦ, οὗ αὐτὸς ἔλεγεν, ἤδη ἐνεστῶτος. Καὶ τὸν θερισμὸν οὐκ οἶδ᾽ ὅπως ἐπὶ τῆς ψυχῆς ἐξείληφε τῶν πιστευόντων, λέγων ὅτι ἤδη ἀκμαῖοι καὶ ἕτοιμοί εἰσι πρὸς θερισμὸν, καὶ ἐπιτήδειοι πρὸς τὸ συναχθῆναι εἰς ἀποθήκην, τουτέστι διὰ πίστεως εἰς ἀνάπαυσιν, ὅσαι γε ἕτοιμοι. οὐ γὰρ πᾶσαι. αἱ μὲν γὰρ ἤδη ἕτοιμοι ἦσαν, φησὶν, αἱ δὲ ἔμελλον, αἱ δὲ μέλλουσιν, αἱ δὲ ἐπισπείρονται ἤδη. ταῦτα μὲν οὖν ἐκεῖνος εἶπε.

Heracleon non secus atque multi, literæ inhæret, ratus eam anagogicum sensum non recipere. Inquit ergo, 'Jesum loqui de 'messe [1] geniminum (*terræ*) 'perinde quasi hæc messis spa'tium quatuor mensium deter'minatum habeat, quam ipse 'dicebat jam instare.' Nec scio quo pacto etiam messem interpretatus sit de anima credentium, dicens, 'eos jam maturos, '& paratos ad messem esse, at'que etiam idoneos, qui indu'cantur in horreum, hoc est per 'fidem in quietem; si tamen sint 'parati: nec enim omnes parati 'sunt. Nam aliquæ paratæ fu'erant, inquit, aliquæ erant se 'præparaturæ, & aliquæ quidem 'seminandæ erant, aliæ jam se'minabantur.' Hæc quidem ille.

Ex Tomo XVI. *pag.* 236. *sequ.*

Ερεῖ γε ὁ Ηρακλέων, τάχα δὲ τοῦτο κατὰ τὴν ἐκδοχὴν ταύτην συμπεριφερόμενός τις καὶ Εκκλησιαστικὸς, ὅτι

Dicit Heracleon, & idem juxta hanc expositionem fortassis sentiens Ecclesiasticus quispiam, hæc verba (Joh. IV. 36.)

[1] Perperam Ferrarius verterat: *de messe illorum qui generantur.*

dicta fuisse in ea significatione, quâ dictum est, * *Messis quidem multa, sed operarii pauci,* ‘ eò quod essent parati ad messem, & idonei qui inducerentur in horreum, hoc est, in requiem per fidem: essentque idonei ad salutem, & ad susceptionem verbi:’ secundum Heracleonem quidem, quia tales creati fuerint, & talem habuerint naturam; secundum Ecclesiasticum verò propter quandam præparationem præstantissimæ partis animæ, paratæ ad perfectionem, ut etiam metatur.

κατὰ τό· ὁ θερισμὸς πολὺς, οἱ δὲ ἐργάται ὀλίγοι, σημαινόμενον, ὁμοίως ταῦτα εἴρηται τοῦ ἑτοίμους πρὸς θερισμὸν, καὶ ἐπιτηδείους πρὸς τὸ ἤδη συναχθῆναι εἰς τὴν ἀποθήκην, διὰ τῆς πίστεως εἰς ἀνάπαυσιν εἶναι, καὶ ἐπιτηδείους πρὸς σωτηρίαν, καὶ παραδοχὴν τοῦ λόγου· κατὰ μὲν τὸν Ηρακλέωνα διὰ τὴν κατασκευὴν αὐτῶν, καὶ τὴν φύσιν· κατὰ δὲ τὸν Εκκλησιαστικὸν, καὶ διά τινα εὐτρεπισμὸν τοῦ ἡγεμονικοῦ ἑτοίμου πρὸς τελείωσιν, ἵνα μὴ καὶ θερισθῇ.

—

Et pag. 238.

Heracleon dici existimat: *Qui metit, mercedem accipit,* ‘quoniam Servator seipsum dicat messorem, mercedemque Domini nostri esse existimat eorum,[1] qui metuntur” salutem & restitutionem, eò quod ipse in eis requiescat.’ Istud verò: *Fructum colligit in vitam æternam,* dictum fuisse existimat, ‘vel quia id quod colligitur fructus est vitæ æternæ, vel quia ipsa collectio vita etiam æterna est.’ At reor hoc in loco coactam esse ejus interpretationem, dicentis Servatorem accipere mercedem, atque mercedem & collectionem fructûs in unum confundentis, cùm Scriptura manifestè hæc tanquam duo diversa proponat, ut supra ostendimus.

Ο Ηρακλέων τό· ὁ θερίζων μισθὸν λαμβάνει, εἰρῆσθαι νομίζει, ἐπεὶ θεριστὴν ἑαυτὸν λέγει ὁ Σωτὴρ, καὶ τὸν μισθὸν τοῦ κυρίου ἡμῶν ὑπολαμβάνει εἶναι τὴν τῶν θεριζομένων σωτηρίαν καὶ ἀποκατάστασιν, τῷ ἀναπαύεσθαι αὐτὸν ἐπ᾽ αὐτοῖς. τὸ δέ· καὶ συνάγει καρπὸν εἰς ζωὴν αἰώνιον, φησὶν εἰρῆσθαι, ἢ ὅτι τὸ συναγόμενον καρπὸς ζωῆς αἰωνίου ἐστὶν, [a] ὃ καὶ αὐτὸ ζωὴ αἰώνιος. Αλλὰ αὐτόθεν νομίζω βίαιον εἶναι τὴν διήγησιν αὐτοῦ, φάσκοντος τὸν Σωτῆρα μισθὸν λαμβάνειν, καὶ συγχέοντος τὸν μισθὸν καὶ τὴν συναγωγὴν τοῦ καρποῦ εἰς ἓν, ἄντικρυς τῆς γραφῆς δύο πράγματα παριστάσης, ὡς προδιηγησάμεθα.

a Ita vitiosè habet editio Huetii, neque rectè Cod. Bodl. ὅτι ἢ καὶ. Sed bene Ferrarius ὅτι καὶ.

1 Ferrarius contra sensum Heracleonis reddidit: *qui metunt.* * Matt. IX. 37.

Ulterius

Ulterius pag. 242.

Ὁ Ἡρακλέων τό· ἵνα ὁ σπείρων ὁμοῦ χαίρῃ καὶ ὁ θερίζων, οὕτω διηγήσατο· χαίρει μὲν γάρ, φησίν, ὁ σπείρων, ὅτι σπείρει, καὶ ὅτι εἴδη τινὰ τῶν σπερμάτων αὐτοῦ συνάγεται, ἐλπίδα ἔχων τὴν αὐτὴν καὶ περὶ τῶν λοιπῶν. ὁ δὲ θερίζων ὁμοίως τι καὶ θερίσει· [a] ἀλλ' ὁ μὲν πρῶτος ἤρξατο σπείρων, ὁ δεύτερος θερίζων. οὐ γὰρ ἐν τῷ αὐτῷ ἐδύναντο ἀμφότεροι ἄρξασθαι· ἔδει γὰρ πρῶτον σπαρῆναι, εἶθ' ὕστερον θερισθῆναι· παυσαμένου μέντοιγε τοῦ σπείροντος σπείρειν, ἔτι θεριεῖ ὁ θερίζων· ἐπὶ μέντοιγε τοῦ παρόντος ἀμφότεροι τὸ ἴδιον ἔργον ἐνεργοῦντες ὁμοῦ χαίρουσι, κοινὴν χαρὰν τὴν τῶν σπερμάτων τελειότητα ἡγούμενοι. ἔτι δὲ καὶ εἰς τό· ἐν τούτῳ ἐστὶν ὁ λόγος ἀληθινός, ὅτι ἄλλος ἐστὶν ὁ σπείρων, καὶ ἄλλος ὁ θερίζων, φησίν· ὁ μὲν γὰρ ὑπὲρ τὸν τόπον [b] υἱὸς ἀνθρώπου σπείρει· ὁ δὲ Σωτὴρ ὢν καὶ αὐτὸς υἱὸς ἀνθρώπου θερίζει, καὶ θεριστὰς πέμπει τοὺς διὰ τῶν μαθητῶν νοουμένους ἀγγέλους, ἕκαστον ἐπὶ τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν. οὐ πάνυ δὲ σαφῶς ἐξέθετο τοὺς δύο υἱοὺς τοῦ ἀνθρώπου τίνες εἰσίν, ὧν ὁ εἷς σπείρει, καὶ ὁ εἷς θερίζει. *

Heracleon hæc verba: *Ut qui seminat simul gaudeat, & qui metit,* 'sic explicavit: Gaudet quidem, inquit, qui seminat, & quoniam seminat, & quoniam species quædam seminum ipsius congregantur, spem eandem etiam de cæteris habens. Qui verò metit, similiter aliquid metit: sed primus quidem qui seminat incepit, secundus vero est ille qui metit; non enim eodem tempore poterant utrique incipere: quippe opus erat, ut primum seminaretur, tum meteretur. Itaque cessante à satione satore, tum messor metet: in præsentia quidem utrique proprium opus operantes simul gaudent, commune gaudium seminum perfectionem rati.' Præterea in eo dicto: *In hoc est sermo verus, quod alius est, qui seminat, & alius qui metit,* 'inquit: Alter quidem filius hominis supra locum seminat; sed Servator cùm sit & ipse filius hominis, metit, & messores congregat, nempe eos, quos discipuli rentur Angelos, unumquemque ad suam ipsius animam.' Non admodum autem clare exposuit, qui sint duo filii hominis, quorum alter seminat, alter etiam metit.

a Ita Cod. Bodlei. & Ferrarius, malè verò Perionius legit ἄλλος. b Ita recte legit Ferrarius, & correxit quispiam in Cod. Bodleiano, in quo prius perperam scriptum fuit υἱόν.

Et in fine Tomi XVI. *pag.* 244.

Heracleon inquit, ‘ neque per ‘ ipsos, neque ab ipsis (intelligit ‘ autem *Apostolos*) seminata fuisse hæc semina. Qui laboraverunt, inquit, sunt Angeli, ‘ quibus hæc cura credita est : ‘ per quos veluti mediatores seminata sunt & nutrita.’ Porro in hoc dictum: *Vos in laborem eorum introistis*, hæc protulit: non idem est labor seminantium & metentium. Illi enim in frigore, & aqua, & labore terram fodientes seminant, & per totam hyemem sarrientes satagunt, & sylvas extirpantes; qui verò in fructum paratum ingressi fuerint, ‘ [1] æstate læti metunt.

Ὁ Ηρακλέων φησὶν, ὅτι οὐδὲ [a] δι' αὐτῶν, οὐδὲ ἀπ' αὐτῶν ἐσπάρη ταῦτα τὰ σπέρματα (φησὶ δὲ τῶν ἀποστόλων) οἱ δὲ κεκοπιακότες εἰσὶν οἱ τῆς οἰκονομίας ἄγγελοι, δι' ὧν ὡς μεσιτῶν ἐσπάρη καὶ ἀνετράφη. εἰς δὲ τό· ὑμεῖς εἰς τὸν κόπον αὐτῶν εἰσεληλύθατε, ταῦτα ἐξέθετο· οὐ γὰρ ὁ αὐτὸς [b] κόπος σπειρόντων καὶ θεριζόντων· οἱ μὲν γὰρ ἐν κρύει, καὶ ὕδατι, καὶ κόπῳ τὴν γῆν σκάπτοντες σπείρουσι, καὶ δι' ὅλου χειμῶνος [c] τημελοῦσι σκάλλοντες, καὶ τὰς ὕλας ἐκλέγοντες· οἱ δὲ εἰς ἕτοιμον καρπὸν εἰσελθόντες θέρους εὐφραινόμενοι θερίζουσιν.

Sub initium Tomi XVII. *pag.* 244. *sequ.*

Heracleon interpretatus est, ‘ ex urbe, *pro*, è mundo: illud verò, *propter sermonem mulieris*, hoc est, *inquit*, propter ‘ spiritualem Ecclesiam.’ Notat etiam illud, ‘ *multi* quasi multi ‘ sint animales: unam verò incorruptam, naturam electionis ‘ asserit esse, & uniformem, ‘ & singularem.

Ὁ Ηρακλέων [d] τὸ μὲν ἐκ τῆς πόλεως, ἀντὶ τοῦ, ἐκ τοῦ κόσμου ἐξείληφε· τὸ δὲ, διὰ τὸν λόγον τῆς γυναικὸς, τουτέστι, [e] διὰ τῆς πνευματικῆς Ἐκκλησίας. Καὶ ἐπισημαίνεταί γε τὸ, πολλοὶ, ὡς πολλῶν ὄντων ψυχικῶν· τὴν δὲ μίαν λέγει τὴν ἄφθαρτον τῆς ἐκλογῆς φύσιν, καὶ μονοειδῆ, καὶ ἑνικήν.

Et pag. 246.

Heracleon in ista loca hæc commentatur : ‘ Apud ipsos ‘ mansit, & non in ipsis ; & duos ‘ dies, videlicet præsens secu-

Ὁ Ηρακλέων εἰς τοὺς τόπους ταῦτα φησί· παρ' αὐτοῖς ἔμεινε, καὶ οὐκ ἐν αὐτοῖς· καὶ δύο ἡμέρας, ἤτοι τὸν

a Hanc præpositionem in editione Huetii per incuriam forte Typographi omissam ex Cod. Bodlei. restituimus. b Ita Cod. Bodlei. & Ferrarius, malè verò edit. Huetii σκοπὸς. c Hoc verbum & Codex Bodlei. habet, & Ferrarius ita legit, unde Huetius quoque ad marginem posuit: at in textu vitiosè τῇ μέλλουσιν. d Ita Cod. Bodlei. vitiosè autem in edit. ὅτι. e Hæc vox delenda videtur.

1 Hanc vocem Ferrarius in versione neglexerat.

ἐνεστῶτα

ἐνεστῶτα αἰῶνα, καὶ τὸν μέλλοντα τὸν ἐν γάμῳ, ἢ τὸν πρὸ τοῦ πάθους αὐτοῦ χρόνον, καὶ τὸν μετὰ τὸ πάθος, ὁ παρ᾽ αὐτοῖς ποιήσας *, πολλῷ πλείονας διὰ τοῦ ἰδίου λόγου ἐπιστρέψας εἰς πίστιν, ἐχωρίσθη ἀπ᾽ αὐτῶν.

'lum, & futurum tempus nupti- 'arum; vel tempus ante passi- 'onem suam, & post passionem 'suam;' quod tempus apud i- 'psos cum degisset, & multo 'plures proprio sermone con- 'vertisset ad fidem, separatus est 'ab illis.

Porro pag. 248.

Ὁ Ἡρακλέων ἁπλούστερον ἐκλαβὼν τό· οὐκέτι διὰ τὴν σὴν λαλιὰν πιστεύομεν, φησὶ λείπειν τό, μόνην. ἔτι μὲν γὰρ πρὸς τό· αὐτοὶ γὰρ ἀκηκόαμεν, καὶ οἴδαμεν, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Σωτὴρ τοῦ κόσμου, φησίν· οἱ γὰρ ἄνθρωποι τὸ μὲν πρῶτον ὑπὸ ἀνθρώπων ὁδηγούμενοι πιστεύουσι τῷ Σωτῆρι· ἐπὰν δὲ ἐντύχωσι τοῖς λόγοις αὐτοῦ, οὗτοι οὐκέτι διὰ μόνην ἀνθρωπίνην μαρτυρίαν, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀλήθειαν πιστεύουσι.

Heracleon simplicius cum exposuisset hoc dictum: '*Non amplius propter loquelam tuam credimus*, abesse, inquit', 'vocabulum, solam.' Præterea in illud: *ipsi enim audivimus & vidimus hunc esse Servatorem mundi*, inquit: 'homines ab 'hominibus primum instructi 'Servatori credunt: at simul atq; 'in sermones ejus inciderint, 'non amplius propter solum hu- 'manum testimonium, sed pro- 'pter ipsam veritatem credunt.

E Tomo XVIII. *pag.* 255. *& sequ.*

Ἔοικε δὲ βασιλικὸν ὁ Ἡρακλέων λέγειν τὸν δημιουργόν, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς ἐβασίλευεν τῶν ὑπ᾽ αὐτόν, διὰ δὲ τὸ μικρὰν αὐτοῦ καὶ πρόσκαιρον εἶναι τὴν βασιλείαν, βασιλικὸς ὠνομάσθη, οἱονεὶ μικρός τις βασιλεύς, ὑπὸ καθολικοῦ βασιλέως τεταγμένος ἐπὶ μικρᾶς βασιλείας· τὸν δὲ ἐν Καφαρναοὺμ υἱὸν αὐτοῦ διηγεῖται τὸν ἐν τῷ ὑποβεβηκότι μέρει τῆς μεσότητος, τῷ πρὸς θάλασσαν, τουτέστι τῷ συνημμένῳ τῇ ὕλῃ· καὶ λέγει, ὅτι ὁ ἴδιος αὐτοῦ ἄν-

Videtur autem Heracleon dicere, 'Regulum mundi opifi- 'cem, quod & ipse imperium 'haberet in subditos sibi; sed 'quod parvum & temporarium 'esset ipsius Regnum, nomina- 'tum fuisse Regulum, veluti par- 'vum quendam Regem, à Rege 'universali parvo dominio præ- 'fectum: filium verò ejus in ur- 'be Capharnao existentem in- 'terpretatur illum esse, qui sit 'in humiliori parte medietatis, 'juxta mare, hoc est in eâ parte, 'quæ conjuncta est materiæ: 'aitque, quod [1] proprius ipsius (*filius*) homo infirmus existens,

[1] Ferrarius perperam vertit: *servus* ipsius;

'hoc

'hoc eſt, non ſecundum naturam ſe habens, in ignorantia '& peccatis fuerit.' Deinde quod dicitur *à Judæa in Galileam*, expoſuit pro eo, *quod eſt à ſuperna Judæa*. Neſcio quomodo autem motus in ea verba: *Erat enim moriturus* 'exiſtimet 'ſubverti eorum opinionem qui 'animam immortalem ponunt, 'eodem conjici exiſtimans tum 'animam, tum corpus, & inter'ire in gehenna.' Nec immortalem eſſe exiſtimat Heracleon animam, ſed 'aptè habentem 'ad ſalutem, ipſam eſſe dicens '* corruptibile illud, quod in'duit incorruptibilitatem, & 'mortale, quod induit immor'talitatem, cum mors ipſius ani'mæ abſorpta fuerit in victori'am.' Ad hæc illud etiam: *Niſi ſigna & prodigia videritis, non credetis*, 'dici inquit 'proprie ad talem perſonam, 'quæ naturâ ita comparata eſt, 'ut per opera & ſenſum per'ſuaderi ſibi patiatur, nolit 'autem credere rationi.' Hoc etiam: *Deſcende priuſquam moriatur filius meus*, 'dictum fu'iſſe putat, eò quod [1] mors ſit 'legis finis (*ſive effectus*) ſiqui'dem propter peccata interficit. 'Antequam igitur perfectè mo'riatur filius propter peccata, eget 'pater ſolo Servatore, ut opem 'filio ferat, hoc eſt tali naturæ.' Præterea verba illa: *Filius tuus vivit* 'interpretatus eſt dicta fu-

θρωπος ἀσθενῶν, τουτέστιν οὐ κατὰ φύσιν ἔχων, ἐν [a] ἀγνοίᾳ καὶ ἁμαρτήμασιν ἦν. εἶτα τό· ἐκ τῆς Ἰουδαίας εἰς τὴν Γαλιλαίαν, ἀντὶ τοῦ ἐκ [b] τῆς ἄνωθεν Ἰουδαίας. οὐκ οἶδα δὲ, ὅπως εἰς τό· ἤμελλεν ἀποθνήσκειν, κινηθεὶς οἴεται ἀνατρέπεσθαι τὰ δόγματα τῶν ὑποτιθεμένων ἀθάνατον εἶναι τὴν ψυχὴν, εἰς τὸ αὐτὸ συμβάλλεσθαι ὑπολαμβάνων καὶ τὴν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα ἀπολλύσθαι ἐν γεέννῃ. καὶ οὐκ ἀθάνατόν γε εἶναι ἡγεῖται τὴν ψυχὴν ὁ Ἡρακλέων, ἀλλ' ἐπιτηδείως ἔχουσαν πρὸς σωτηρίαν, αὐτὴν λέγων εἶναι τὸ ἐνδυόμενον ἀφθαρσίαν φθαρτὸν, καὶ ἀθανασίαν θνητὸν, [c] ὅταν καταποθῇ ὁ θάνατος αὐτῆς εἰς νῖκος. πρὸς τούτοις καὶ τά· ἐὰν μὴ σημεῖα καὶ τέρατα ἴδητε, οὐ μὴ πιστεύσητε, λέγεσθαί φησιν οἰκείως πρὸς τὸ τοιοῦτον πρόσωπον δι' ἔργων φύσιν ἔχον καὶ δι' αἰσθήσεως πείθεσθαι, καὶ οὐχὶ λόγῳ πιστεύειν· τὸ δέ· κατάβηθι, πρὶν ἀποθανεῖν τὸ παιδίον μου, διὰ τὸ τέλος εἶναι τοῦ νόμου τὸν θάνατον εἰρῆσθαι νομίζει, ἀναιροῦντος διὰ τῶν ἁμαρτιῶν· πρὶν τελέως οὖν, φησὶ, θανατωθῆναι κατὰ τὰς ἁμαρτίας, δεῖται ὁ πατὴρ τοῦ μόνου σωτῆρος, ἵνα βοηθήσῃ τῷ υἱῷ, τουτέστι τῇ τοιᾷδε φύσει. πρὸς τούτοις τό· ὁ υἱός σου ζῇ, κατὰ ἀτυφίαν εἰ-

a Ita recte Cod. Bodlei. & Ferrarius; malè autem Huetii editio ἀγνείᾳ. b Ita Cod. Bodlei. ſed edit. Pariſ. vitioſè τῶν. c Hîc in editione Pariſ. inſerta eſt vox ὄντα, quæ ſenſum turbat, nec in Cod. Bodlei. extat.

1 Et hîc verſio Ferrarii non erat accurata, ideoq; corrigenda. * 1 Cor. xv. 45.

ρῆσθαι

ῥῆσθαι τῷ Σωτῆρι ἐξείληφεν, ἐπεὶ οὐκ εἶπε, ζήτω, οὐδὲ ἐνέφηνεν αὐτὸς παρεσχῆσθαι τὴν ζωήν. λέγει δὲ, ὅτι καταβὰς πρὸς τὸν κάμνοντα, καὶ ἰασάμενος αὐτὸν τῆς νόσου, τουτέστι τῶν ἁμαρτιῶν, καὶ διὰ τῆς ἀφέσεως ζωοποιήσας εἶπεν· ὁ υἱός σου . καὶ ἐπιλέγει πρὸς τό· ἐπίστευσεν ὁ ἄνθρωπος, ὅτι εὔπιστος καὶ ὁ δημιουργός ἐστιν, [a] καὶ ὅτι δύναται ὁ Σωτὴρ καὶ μὴ παρὼν θεραπεύειν. δούλους δὲ τοῦ βασιλικοῦ ἐξείληφε τοὺς ἀγγέλους τοῦ δημιουργοῦ, ἀπαγγέλλοντας ἐν τῷ· ὁ παῖς σου ζῇ, ὅτι οἰκείως καὶ κατὰ τρόπον ἔχει, πράσσων μηκέτι τὰ ἀνοίκεια· καὶ διὰ τοῦτο νομίζει ἀπαγγέλλειν τῷ βασιλικῷ τοὺς δούλους τὰ περὶ τῆς τοῦ υἱοῦ σωτηρίας, ἐπεὶ καὶ πρώτους οἴεται βλέπειν τὰς πράξεις τῶν ἐν τῷ κόσμῳ ἀνθρώπων τοὺς ἀγγέλους, εἰ ἐρρωμένως καὶ εἰλικρινῶς [b] πολιτεύοιντο ἀπὸ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἐπιδημίας. ἔτι πρὸς τὴν ἑβδόμην ὥραν λέγει, ὅτι διὰ τῆς ὥρας χαρακτηρίζεται ἡ φύσις τοῦ ἰαθέντος. ἐπὶ πᾶσι τό· ἐπίστευσεν αὐτὸς καὶ ἡ οἰκία αὐτοῦ ὅλη, διηγήσατο ἐπὶ τῆς ἀγγελικῆς εἰρῆσθαι τάξεως, καὶ ἀνθρώπων τῶν οἰκειοτέρων αὐτῷ *. ζητεῖσθαι δὲ, φησὶ, περί τινων ἀγγέλων εἰ σωθήσονται, τῶν κατελθόντων ἐπὶ τὰς τῶν ἀνθρώπων θυγατέρας. Καὶ τῶν ἀνθρώπων δὲ τοῦ δημιουργοῦ τὴν ἀπώλειαν δηλοῦσθαι νομίζει ἐν τῷ· οἱ

‘ipse à Servatore propter modestiam, quoniam non dixerit: *Vivat*, neque ostenderit seipsum præstitisse illi vitam.’ Dicit etiam, ‘quod cum descendisset ad infirmum, liberassetque eum ab infirmitate, hoc est à peccatis, ac vivificasset propter remissionem, dixerit: Filius tuus vivit.’ Addit quoque ad hæc verba: ‘*Credidit homo*, quod facilis ad credendum sit etiam mundi opifex, quodque possit Servator etiam non præsens curare.’ Servos autem reguli interpretatus est ‘Angelos opificis mundi, renunciantes illis verbis: *Filius tuus vivit*, quod commodè & probè haberet, non ampliùs agens à se aliena;’ & hanc ob causam existimat servos renunciare regulo, quæ ad salutem filii pertinebant: ‘primosque existimat Angelos videre actiones hominum in mundo, an fortiter & sincerè vitam degant ab eo tempore quô Christus advenit. ‘Ad hæc per horam septimam dicit designari naturam sanati. Denique *credidit ipse & domus ejus tota*, interpretatus est dici, ‘de Angelico ordine, deque hominibus ipsi conjunctioribus. Ait etiam ‘inquiri de quibusdam Angelis, utrum servabuntur, nec ne; nempe de his, qui descenderunt ad filias hominum. Quinetiam hominum fabricatoris mundi perditionem declarari existimat hoc dicto:

a Hanc particulam conjunctivam ex Cod. Bodlei. adjeci. b Ita Cod. Bodlei. pro quo editio Paris. vitiosè habet πολιτεύῃ τό.

‘* Filii

'*Filii regni exibunt in tenebras 'exteriores,' Esaiamque de his prophetare illud: '† Filios genui, & exaltavi; ipsi autem 'spreverunt me; quos filios alienos & semen nequam, & 'injustum appellat, vitemque 'quæ produxerit spinas.' Et hæc quidem sunt commentationes Heracleonis.

υἱοὶ τῆς βασιλείας ἐξελεύσονται εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον· καὶ περὶ τούτων τὸν Ἡσαΐαν προφητεύειν τό· υἱοὺς ἐγέννησα, καὶ ὕψωσα, αὐτοὶ δέ με ἠθέτησαν, οὓς τινας υἱοὺς ἀλλοτρίους, καὶ σπέρμα πονηρὸν, καὶ ἄνομον καλεῖ, καὶ ἀμπελῶνα ἀκάνθας ποιήσαντα. καὶ ταῦτα μὲν τὰ Ἡρακλέωνος.

E Tomo XIX. *pag.* 275.

Heracleon in hoc dictum: *Quò ego vado, vos non potestis venire*, inquit: 'quomodo 'qui in ignorantia & in infide'litate sunt, & in peccatis, in'corruptibiles fieri possunt?' neque hac in re sibi ipsi consentiens: nam si in ignorantia, & in incredulitate, & in peccatis existentes, fieri non possunt incorruptibiles, quomodo Apostoli, qui aliquando fuere in ignorantia, & incredulitate, & in peccatis, facti sunt incorruptibiles? proinde possunt, qui in incredulitate, & in ignorantia & in peccatis sunt, fieri incorruptibiles, si immutentur; atqui fieri potest, ut immutentur.

Εἰς τό· ὅπου ἐγὼ ὑπάγω, ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν, φησὶ γάρ· πῶς ἐν ἀγνοίᾳ, καὶ ἀπιστίᾳ, καὶ ἁμαρτήμασιν ὄντες, ἐν ἀφθαρσίᾳ δύνανται γενέσθαι; μηδὲ ἐν τούτῳ κατακούων ἑαυτοῦ. εἰ γὰρ οἱ ἐν ἀγνοίᾳ, καὶ ἀπιστίᾳ, καὶ ἁμαρτήμασιν ὄντες, ἐν ἀφθαρσίᾳ οὐ δύνανται γενέσθαι, πῶς οἱ ἀπόστολοι [a] ἐν ἀγνοίᾳ ποτε, καὶ ἐν ἀπιστίᾳ, καὶ ἐν ἁμαρτήμασι γενόμενοι, ἐν ἀφθαρσίᾳ γεγόνασι; δύνανται οὖν οἱ ἐν ἀγνοίᾳ, καὶ ἐν ἀπιστίᾳ, καὶ ἐν ἁμαρτήμασι γενόμενοι γενέσθαι ἐν ἀφθαρσίᾳ, εἰ μεταβάλλοιεν· δυνατὸν [b] δὲ αὐτοὺς μεταβάλλειν.

Et ulteriùs pag. 280.

Heracleon proinde quasi hoc dictum fuerit simplicius: *Nunquid interfecturus est seipsum*, 'ait, quod malignè cogitantes 'Judæi hæc loquerentur, seipsos 'etiam ostendentes ipso Serva'tore majores, & existimantes 'se quidem profecturos ad De-

Ο Ἡρακλέων ὡς ἁπλούστερον εἰρημένου τοῦ· μή τι ἀποκτενεῖ ἑαυτὸν, φησὶν ὅτι πονηρῶς διαλογιζόμενοι οἱ Ἰουδαῖοι ταῦτα ἔλεγον, καὶ μείζονας ἑαυτοὺς ἀποφαινόμενοι τοῦ Σωτῆρος καὶ ὑπολαμβάνοντες, ὅτι αὐτοὶ μὲν ἀπελεύσονται πρὸς τὸν Θεὸν

a Ita Cod. Bodlei. uti legendum ex Ferrarii versione conjecit Huetius.
b Hæc particula ad connexonem necessaria deest in edit. Paris. extat autem in sæpe dicto Cod. Bodl. 2281. fol. 130. pag. 1. * *Matt.* VIII. 12. † *Es.* 1. 2.

εἰς

εἰς ἀνάπαυσιν αἰώνιον· ὁ δὲ Σωτὴρ εἰς φθορὰν καὶ εἰς θάνατον, ἑαυτὸν διαχειρισάμενος, ὅπου ἑαυτοὺς οὐκ ἐλογίζοντο ἀπελθεῖν. Καὶ αὐταῖς λέξεσί φησιν, ὅτι ᾤοντο λέγειν τὸν Σωτῆρα οἱ Ἰουδαῖοι, ὅτι ἐγὼ ἐμαυτὸν διαχειρισάμενος εἰς φθορὰν μέλλω πορεύεσθαι, ὅπου ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν.

'um in requiem sempiternam; 'Servatorem autem ad corruptionem, & ad mortem, vi sibi 'ipsi illatâ, quò se ipsos non 'existimabant profecturos.' Et iisdem verbis inquit, 'Judæos 'existimare Servatorem dicere: 'Ego mihi ipsi vi allata, ad corruptionem profecturus sum, 'quò vos non potestis venire.

E Tomo XXI. *pag.* 293.

Πυνθανοίμεθα δ' ἂν τῶν τὰς φύσεις εἰσαγόντων, καὶ εἰς τό· ὅτι ὁ λόγος ἐμὸς οὐ χωρεῖ ἐν ὑμῖν, ἀποδιδόντων κατὰ Ἡρακλέονα, ὅτι διὰ τοῦτο οὐ χωρεῖ ἐν ὑμῖν, ὅτι ἀνεπιτήδειοι, ἤτοι κατ' οὐσίαν, ἢ κατὰ γνώμην, πῶς οἱ ἀνεπιτήδειοι κατ' οὐσίαν ἤκουσαν παρὰ τοῦ πατρός;

Interrogentur à nobis, qui naturas introducunt, quique in hoc contextu: *Sermo meus non locum habet in vobis*, juxta Heracleonem explicant 'idcirco locum 'non habere, quia sunt naturâ vel 'animo inhabiles,' quomodo inhabiles naturâ à Patre audierunt?

Pag. 308.

Ὁ Ἡρακλέων ὑπολαμβάνει αἰτίαν ἀποδίδοσθαι τοῦ μὴ δύνασθαι αὐτοὺς ἀκούειν [a] τὸν Ἰησοῦ λόγον, μηδὲ γινώσκειν αὐτοῦ τὴν λαλιὰν ἐν τῷ· ὑμεῖς ἐκ τοῦ πατρὸς τοῦ διαβόλου ἐστέ· αὐταῖς γοῦν λέξεσί φησι· διατί οὐ δύνασθε ἀκούειν τὸν λόγον τὸν ἐμόν; ἢ ὅτι ὑμεῖς ἐκ τοῦ πατρὸς τοῦ διαβόλου ἐστέ; ἀντὶ τοῦ, ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ διαβόλου, [b] φανερῶν αὐτοῖς λοιπὸν τὴν φύσιν αὐτῶν, καὶ προελέγξας αὐτοὺς, ὅτι οὔτε τοῦ Ἀβραάμ εἰσι τέκνα, οὐ γὰρ ἂν ἐμίσουν αὐτόν· οὐδὲ τοῦ Θεοῦ, διὸ οὐκ ἠγάπων αὐτόν. Καὶ εἰ μὲν τό· ὑμεῖς ἐκ τοῦ πατρὸς τοῦ διαβόλου ἐστὲ, ἐξεδέχετο,

Heracleon suspicatur causam reddi, cur ipsi audire non possint Jesu sermonem, neque illius dicta cognoscere, per illud (Joh. VIII. 44) *Vos ex patre Diabolo estis*, 'istisque verbis inquit: 'Quare autem non potestis au'dire sermonem meum? an 'quoniam ex patre Diabolo e'stis, pro eo quod est, ex essen'tia Diaboli? manifestans de 'cætero naturam ipsorum, cum 'prædixisset ipsos neque Abra'ham esse filios, haud enim o'dio prosequerentur illum; ne'que Dei, ex quo non dilige'bant illum.' Cæterum si illud: *Vos ex patre Diabolo estis*, ex-

a Ita Cod. Bodlei. sed Ferrarius legisse videtur τῶν Ἰησοῦ λόγων, quia *sermones* in plurali vertit. b Sic rectè habet Cod. Bodlei. pro φανερὸν, quod vitiosè in textu editionis Parisiensis extat.

posuisset, ut in superioribus exposuimus nos, ut dixisset, quia adhuc ex Diabolo estis, non potestis audire sermonem meum, admisissemus etiam illius enarrationem: nunc autem apertè dicit quosdam homines esse ejusdem substantiæ cum Diabolo, qui alterius est substantiæ, ut existimant illius etiam sectatores, ab his, quos vocant animales vel spirituales.

ὡς ἐν τοῖς ἀνωτέρω διηγησάμεθα, καὶ ἔλεγε, διὰ τὸ ἔτι ὑμᾶς εἶναι ἐκ τοῦ διαβόλου, οὐ δύνασθε ἀκούειν τὸν λόγον τὸν ἐμὸν, κἂν παρεδεξάμεθα αὐτοῦ τὴν διήγησιν· νυνὶ δὲ δῆλός ἐστιν ὁμοουσίους τινὰς τῷ διαβόλῳ λέγων ἀνθρώπους, ἑτέρας, ὡς οἴονται οἱ ἀπ᾽ αὐτοῦ, οὐσίας τυγχάνοντι, παρ᾽ οὓς καλοῦσι ψυχικοὺς, ἢ πνευματικούς.

Pag. 312.

In hæc inquit Heracleon: *Hi ad quos est sermo, ex substantia Diaboli erant*; perinde quasi Diaboli substantia diversa sit ab essentia sanctorum rationis compote.

Εἰς ταῦτα ὁ Ἡρακλέων φησί· πρὸς οὓς ὁ λόγος, ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Διαβόλου ἦσαν, ὡς ἑτέρας οὔσης τῆς τοῦ Διαβόλου οὐσίας παρὰ τὴν τῶν ἁγίων [a] λογικὴν οὐσίαν.

Pag. 314.

Heracleon in hoc dictum; *Desideria patris vestri vultis facere*, disputat dicens, 'Diabolum 'non habere voluntatem, sed de'sideria.' Cujus dicti absurditas apparet ex se, dum omnibus in confesso est illum mala velle. Colliges etiam tu ipse (etiamsi in præsentia non sit nobis ad manus, quod in medium adducamus) an alicubi in Scriptura positum sit vocabulum *velle*, de Diabolo. Inquit etiam post hæc Heracleon 'hæc dicta fuisse, 'non ad terrenos, naturâ existen'tes Diaboli filios, sed ad eos 'qui sunt animales, factos Dia'boli filios positione: ex quibus 'possunt quidam naturâ & po'sitione filii Dei esse.' Inquit

Ὁ Ἡρακλέων εἰς τό· τὰς ἐπιθυμίας τοῦ πατρὸς ὑμῶν θέλετε ποιεῖν, διαστέλλεται λέγων, τὸν διάβολον μὴ ἔχειν θέλημα, ἀλλ᾽ ἐπιθυμίας. καὶ ἐμφαίνεται αὐτόθεν τὸ [b] ἀδιανόητον τοῦ λόγου· θέλειν γὰρ τὰ πονηρὰ πᾶς ἄν τις ὁμολογήσαι ἐκεῖνον. συνάξεις δὲ καὶ αὐτὸς, εἰ ἐπὶ τοῦ παρόντος ἐν προχείρῳ οὐκ ἔχομεν παραθέσθαι, εἴ που ἐν τῇ γραφῇ τὸ θέλειν ἐπὶ τοῦ διαβόλου τέτακται. μετὰ ταῦτά φησιν ὁ Ἡρακλέων, ὡς ἄρα ταῦτα εἴρηται, οὐ πρὸς τοὺς φύσει τοῦ διαβόλου υἱοὺς, τοὺς χοϊκοὺς, ἀλλὰ πρὸς τοὺς ψυχικοὺς, θέσει υἱοὺς διαβόλου γενομένους· ἀφ᾽ ὧν τῇ φύσει δύνανταί τινες καὶ θέσει υἱοὶ Θεοῦ χρηματίσαι.

a Ita pro λογικῶν, quod est in editione Huetii, reposui ex dicto Cod. Bodlei. fol. 180. pag. 1. b Ita Cod. Bodlei. fol. 182. pag. 1. pro διανόητον quod est in edit. Paris.

καὶ

καὶ φησί γε, ὅτι παρὰ τὸ ἠγαπηκέναι τὰς ἐπιθυμίας τοῦ διαβόλου καὶ ποιεῖν, τέκνα οὗτοι τοῦ διαβόλου γίνονται, οὐ φύσει τοιοῦτοι ὄντες. καὶ διαστέλλεται ὡς ἄρα τριχῶς δεῖ ἀκούειν τῆς κατὰ τέκνα ὀνομασίας· πρῶτον φύσει, δεύτερον γνώμῃ, τρίτον ἀξίᾳ. Καὶ φύσει μὲν, φησὶ, ἐστὶ τὸ γεννηθὲν ὑπό τινος γεννητοῦ, ὃ καὶ κυρίως τέκνον καλεῖται· γνώμῃ δὲ, ὅτε τὸ θέλημά τις ποιῶν τινος διὰ τὴν ἑαυτοῦ γνώμην, τέκνον ἐκείνου, οὗ ποιεῖ τὸ θέλημα, καλεῖται· ἀξίᾳ δὲ, καθ᾽ ὃ λέγεταί τινες γεέννης τέκνα, καὶ σκότους, καὶ ἀνομίας, καὶ ὄφεων, καὶ ἐχιδνῶν γεννήματα· οὐ γὰρ γεννᾷ, φησὶ, ταῦτά τινα τῇ ἑαυτῶν φύσει· φθοροποιὰ γὰρ καὶ ἀναλίσκοντα τοὺς ἐμβληθέντας εἰς αὐτά· ἀλλ᾽ ἐπεὶ ἔπραξαν τὰ ἐκείνων ἔργα, τέκνα αὐτῶν εἴρηται.

præterea, ‘hos fieri Diaboli filios, eò quod dilexerint faciantque Diaboli desideria, cum naturâ hujusmodi non sint.’ Disputat enim ‘vocabulum filiorum trifariam intelligi debere: primum naturâ, alterum voluntate, tertium dignitate. Naturâ, inquiens, illud est, quod genitum est à quodam genito, quod etiam propriè filius vocatur: Voluntate verò, cum quis voluntatem faciens alicujus, animi sui judicio filius, cujus facit voluntatem, vocatur: postremò dignitate, juxta quod dicuntur quidam gehennæ filii, & tenebrarum, & iniquitatis, & serpentum, & viperarum progenies. Non enim generant hæc, inquit, talia quædam suâ ipsorum naturâ, cum potius corrumpant, consumantq; eos qui in ipsa inciderint; sed quoniam effecerint illorum opera, eorum filii vocantur.

E Tomo XXIV. *pag.* 320.

Ἡμεῖς μὲν οὖν τό· ἐν τῇ ἀληθείᾳ οὐχ ἕστηκεν, ἀκούομεν, οὐχ ὡς φύσιν τοιαύτην [a] ἐμφαίνοντες, οὔτε τὸ ἀδύνατον περὶ τοῦ ἑστηκέναι αὐτὸν ἐν ἀληθείᾳ παριστάντες. ὁ δὲ Ἡρακλέων εἰς ταῦτά φησι τό· οὐ γὰρ ἐκ τῆς ἀληθείας ἡ φύσις ἐστὶν αὐτοῦ, ἀλλ᾽ ἐκ τοῦ ἐναντίου τῇ ἀληθείᾳ, ἐκ πλάνης καὶ ἀγνοίας. διό φησιν οὔτε στῆναι ἐν ἀληθείᾳ, οὔτε ἔχειν ἐν αὐτῷ ἀλήθειαν δύναται, ἐκ τῆς

Nos quidem hoc dictum: *In veritate non stetit*, intelligimus, non tanquam ostendentes naturam talem, neque docentes fieri non posse, ut ipse stet in veritate. Heracleon verò in illa inquit hoc: ‘Natura ipsius ex veritate non est, sed ex eo quod contrarium est veritati; nimirum ex errore & ignorantia. Quocirca, inquit, neque stare in veritate, neque veritatem in se ipso habere po-

a Ita Cod. Bodlei. 2282. fol. 7. p. 1. & Ferrarii; sed editio Paris. male habet ἰμφαίνοντος.

' test; ex natura sua proprium ' habens mendacium, naturaliter aliquando non valens dicere veritatem. Dico autem, ' quod non solùm ipse mendax ' est, verùm etiam, pater ipsius,' peculiariter exponens *pater ipsius* de naturâ ipsius; quandoquidem ex errore & falsitate consistit.

αὐτοῦ φύσεως ἴδιον ἔχων τὸ ψεῦδος, φυσικῶς μὴ δυνάμενός ποτε ἀλήθειαν εἰπεῖν. [a] λέγω δὲ, ὅτι οὐ μόνος αὐτὸς ψεύστης ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ, ἰδίως πατὴρ αὐτοῦ ἐκλαμβάνων τὴν φύσιν αὐτοῦ· ἐπείπερ ἐκ πλάνης καὶ ψεύσματος συνέστη.

Sub finem Tomi XXVI. *pag.* 333. *& sequ.*

Heracleon in illud: *Est qui quærit & judicat*, non ad patrem refert, siquidem ait: ' Qui ' quærit & judicat est is, qui ' me vindicat, minister ad hoc ' ordinatus, qui non temere gladium portat, vindex Regis. ' Moses autem est hic, quemadmodum superiùs (Joh. V. 45.) ' dixit illis Jesus, dicens; *In quem vos speravistis*. Postea subjungit: ' Qui judicat & punit est Moses, ' hoc est, ipse Legislator.' Postea dubium contra seipsum movet Heracleon dicens: ' Quomodo igitur dicit omne judicium sibi traditum fuisse?' Et existimans se solvere objectionem, hæc inquit: ' Pulchrè dicit; nam Moses tanquam minister, voluntatem Christi faciens judicat, quemadmodum ' apparet etiam in hominibus ' evenire.' Quomodo verò alii, tanquam inferiori Servatore, (nempe ut ipse putat Demiurgo, & mundi fabricatori) judicium tribuat, neque ostendere potest, cum apertè sit scriptum. (Joh.v.

Ὁ Ἡρακλέων τό· ἔστιν ὁ ζητῶν, καὶ κρίνων, οὐκ ἀναφέρει ἐπὶ τὸν πατέρα, τοιαῦτα λέγων· ὁ ζητῶν καὶ κρίνων ἐστὶν ὁ ἐκδικῶν με, ὁ ὑπηρέτης, ὁ εἰς τοῦτο τεταγμένος, ὁ μὴ εἰκῆ τὴν μάχαιραν φορῶν, ὁ ἔκδικος τοῦ βασιλέως. Μωσῆς δέ ἐστιν [b] οὗτος, καθὰ προείρηκεν αὐτοῖς λέγων· εἰς ὃν ὑμεῖς ἠλπίσατε· εἶτ' ἐπιφέρει, ὅτι ὁ κρίνων καὶ κολάζων Μωσῆς, τουτέστιν αὐτὸς ὁ νομοθέτης. καὶ μετὰ τοῦτο πρὸς ἑαυτὸν ἐπαπορεῖ ὁ Ἡρακλέων λέγων· πῶς οὖν [c] λέγει τὴν κρίσιν πᾶσαν παραδεδόσθαι αὐτῷ; καὶ νομίζων λύειν τὴν ἀνθυποφορὰν, ταῦτά φησι· καλῶς λέγει, [d] ὁ γὰρ κριτὴς ὡς ὑπηρέτης τὸ θέλημα τούτου ποιῶν κρίνει, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων φαίνεται γινόμενον. πῶς δὲ ἄλλῳ τινὶ ἀνατίθησι τὴν κρίσιν, ὡς ὑποδεεστέρῳ τοῦ σωτῆρος, καθ' ὃ νομίζει, τῷ Δημιουργῷ, οὐδ' οὕτω ἀποδείξασθαι δύναται, σαφῶς γεγραμμένου τοῦ· οὐδὲ γὰρ

a Ita Cod. Bodlei & Ferrarius, sed Paris. edit. habet λέγει, quod magis placet. b Ita Cod. Bodlei. 2282. fol. 23. pag. 1. c In edit. Paris. hîc malè insertum οὐ. d Ita Cod. Bodlei. loc. cit. Sed Ferrarius legit ὁ Μωσῆς.

ὁ πατὴρ

ὁ πατὴρ κρίνει οὐδένα, ἀλλὰ τὴν κρίσιν πᾶσαν δέδωκε τῷ υἱῷ· καὶ τοῦ· ἐξουσίαν ἔδωκεν αὐτῷ κρίσιν ποιεῖν, ὅτι υἱὸς ἀνθρώπου ἐστίν.

22.) *Neque enim pater judicat quemquam, ſed omne judicium dedit filio.* Et illud: (Joh. v. 27.) *Poteſtatem dedit ipſi judicium faciendi, quoniam filius hominis eſt.*

Plura Heracleonis fragmenta in ſequentibus Tomis Origenis non reperiuntur; ex præcedentibus tamen unum atque alterum antea forte omiſſum dabo in Notis ad pag. 89. & 90. Cæterùm Photius, niſi fallor, Heracleonis commentarios in Joannem in mente & præ manibus habuiſſe videtur, quando Epiſtola 134. ad Joannem Aſpatharium ſcripſit: Οὐδὲ γὰρ ἐφ' ὕβρει καὶ διαβολῇ τοῦ νόμου τὸ, ἡ χάρις δὲ καὶ ἀλήθεια διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐγένετο, τοῖς εὐαγγελικοῖς θεσμοῖς προσήρμοσεν. Ἡρακλέων γὰρ ἂν οὕτως εἴποι, καὶ οἱ παῖδες Ἡρακλέωνος. *Non enim in contumeliam Legis & crimen dictum illud*: (Joh. I. 17.) Gratia autem & veritas per Jeſum Chriſtum fuit, *Evangelicis ſancitis adaptabatur. Heracleon ita diceret, & Heracleonis filii.* Ex quibus colligo, Heracleonem in commentario ſuo hoc dictum in contumeliam Legis detorſiſſe. Sed non recitat verba ejus Photius: nec alius quiſpiam Patrum, quantum memini, quicquam Heracleonis allegavit præter ea, quæ hactenus recitavi. Unde ad alia mihi progrediendum: & Theodoti quidem Valentiniani dicta aliqua à Clemente Alexandrino è libris ejus excerpta recenſenda forent. Aſt quoniam animus eſt, integrum iſtum Clementis Tractatum à nullo hactenus Latinè verſum, ſive in fine hujus Tomi inter Clementis Alexandrini fragmenta recenſere, ſive novæ Irenæi editioni propter argumenti affinitatem adjungere, hîc ab illis abſtineo, & alterius libri à quopiam hæreticorum hactenus recenſitorum confricti notitiam, ac unam atque alteram ſententiam dabo.

Matthiæ Traditiones ſive *Evangelium.*

INter *Evangelia* malâ hæreticorum fide nominibus Apoſtolorum ſuppoſita, *Matthiæ* quoque adſcriptum aliquod memorat Euſebius Lib. III. Hiſt. Eccleſ. cap. 25. Quod idem eſſe puto cum παραδόσεσι *Traditionibus* à Clemente Alexandrino memoratis; quia Evangelia ſcribebantur, καθὼς παρέδοσαν οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπηρέται γενόμενοι τοῦ λόγου. *Sicut tradiderunt, qui ab initio ipſi viderunt & miniſtri fuerunt ſermonis.* Luc. I. 2. Quinam hæretici hujus libri

bri Auctores fuerint, ex dicti Clementis Lib. VII. Strom. pag. 765. colligitur, ubi ait: Τῶν αἱρέσεων αἱ μὲν ἀπὸ ὀνόματος προσαγορεύονται, ὡς ἡ ἀπὸ Οὐαλεντίνου, καὶ Μαρκίωνος, καὶ Βασιλείδου, κἂν τὴν Ματθίου αὐχῶσι προσάγεσθαι δόξαν. *Ex hæresibus aliæ quidem appellantur à nomine, velut ista à Valentino, & Marcione, & Basilide dicta, etiamsi glorientur se Matthiæ opinionem adducere.* Quam gloriationem ut vanam esse demonstraret, mox addit Clemens: μία γὰρ ἡ πάντων γέγονε τῶν Ἀποστόλων ὥσπερ διδασκαλία, οὕτως δὲ καὶ ἡ παράδοσις. *Fuit enim una omnium Apostolorum sicut doctrina, ita etiam traditio.* Horum ergo hæreticorum maximè Basilidianorum quispiam hunc librum confinxisse videtur; quo insuper & Carpocratianos abusos esse, Clementis verba Lib. III. Stromatum pag. 436. nos edocent. Atqui hæc unà cum alio, quod idem Auctor nobis conservavit, fragmento jam recitanda veniunt.

Fragmenta Traditionum Matthiæ.

Ex Clementis Alexandrini Lib. II. *Strom. p.* 380.

MAtthias adhortans in Traditionibus: *Admirare præsentia,* hunc primum ad ulteriorem cognitionem gradum suppoſuit.

ΜΑτθίας ἐν ταῖς παραδόσεσι παραινῶν· Θαύμασον τὰ παρόντα· βαθμὸν τοῦτον πρῶτον τῆς ἐπέκεινα γνώσεως ὑποθέμενος.

Platonicus forte fuit, qui hæc scripsit: quippe scientiæ principium esse τὸ θαυμάζειν τὰ πράγματα, *res admirari,* Plato in Theæteto docuit: quem etiam dicto loco allegat Clemens, nec non Evangelium ad Ebræos, de quo vide Tomum I. pag. 26.

Ex Lib. III. *Stromat. pag.* 436.

Dicunt igitur (Carpocratiani) Matthiam quoque sic docuisse: 'Cum carne quidem pugnandum & eâ abutendum, nihil ei 'impudicum largiendo ad voluptatem, augmentum autem 'animæ promovendum per fidem & cognitionem.

Λέγουσι γ᾽ οὖν καὶ τὸν Ματθίαν οὕτως διδάξαι· σαρκὶ μὲν μάχεσθαι καὶ παραχρῆσθαι, μηδὲν αὐτῇ πρὸς ἡδονὴν ἀκόλαστον ἐνδιδόντα, ψυχὴν δὲ αὔξειν διὰ πίστεως καὶ γνώσεως.

Citatur

Citatur hic Clementis locus, ab Eusebio Lib. III. Hist. Eccles. cap. 29. ubi tamen παραχερᾶσθαι pro παραχρῆσθαι legitur, & vox ἀκολάστων omittitur. Cæterum sana hæc ac libidini carnis adversa verba malesanos Carpocratianos ad defendendam petulantiam suam, nescio quomodo, detorsisse, ex Lib. II. Stromat. p. 411. discere est.

S. QUADRATUS.

DE S. Quadrato Auctore Apologiæ pro Christianis Imperatori Hadriano apud Athenienses moranti oblatæ plura dicere, & exiguo illius fragmento nimis prolixam præmittere præfationem haud congruum puto, neque necessarium, quia acta ejus post Halloixum egregiè descripsit doctissimus D. Cave, cujus vitæ Patrum Apostolicorum meritò omnium fere piorum manibus hîc versantur. Acquiesco etiam in ejus judicio circa istam quæstionem: Utrum Quadratus Auctor Apologiæ sit idem cum eo, qui ob Prophetiæ donum celebris memoratur ab Euseb. Lib. III. Hist. Eccles. cap. 37. nec non cum illo, qui Athenarum Episcopus post Publium constitutus laudatur à Dionysio Corinthio apud eundem Euseb. Lib. IV. cap. 23. an verò duo diversi ejusdem nominis fuerint viri? Unum quippe eundemque Quadratum rectè laudatus D. Cavius statuit non solùm in ante dicto libro, sed & in Historia Literaria pag. 31. & sequ. cum contrà Valesius in Notis ad Euseb. Lib. IV. cap. 23. eumque secutus Cl. du Pin duplicem fecerint Quadratum, unum Apostolorum discipulum, Prophetico charismate ornatum, & Apologiæ Auctorem alterum Atheniensis Ecclesiæ Episcopum à Dionysio memoratum. Perperam sane; nam in hac ipsa urbe Hadriano Apologiam ab eo oblatam fuisse constat, nec ulla ratio suadet, duos in una Ecclesia Atheniensi Quadratos statuere. At verò *temporum ratio satis admonet,* (sunt verba Valesii) *ut hos duos Quadratos distinguamus. Quadratus enim ille Apostolorum discipulus* (& Apologiæ Auctor) *non processit ultra tempora Hadriani. Quadratus verò Athenarum Episcopus Ecclesiam illam rexit principatu Marci Antonini, ut*

ut constat ex Dionysii ad Athenienses epistola. Nam Dionysius de hoc Quadrato loquitur, tanquam de æquali, qui recens ordinatus fuisset Episcopus Athenarum. Floruit autem Dionysius Corinthiorum Episcopus regnante Marco Antonino. Verùm prorsus inficias eo, Quadratum Atheniensem Dionysio Corinthio coævum, nec ita pridem Ecclesiæ Atheniensi præfectum fuisse, cum is ad Athenienses scriberet. Sed *constat ex Dionysii ad Athenienses epistola,* inquit Valesius, utpote *qua negligentiam arguit Atheniensium, qui à fide propemodum desciverant, ex quo Publius ipsorum Episcopus in persecutionibus tunc temporis excitatis Martyrium subierat,* ut Eusebius loco citato testatur. Atqui Quadratus *post Martyrium Publii Episcopus Atheniensis erat constitutus, ejusque labore fideles Athenis* (fere dispersi) *rursum congregabantur.* Id igitur omnino Dionysius scriptis literis operam dedisse videtur, ut studium Quadrati Ecclesiam Atheniensem reparantis juvaret; erat enim ejus epistola διεγερτικὴ τῆς πίστεως καὶ τῆς κατὰ τὸ εὐαγγέλιον πολιτείας, *excitans ad fidem & vitam ex præcepto Evangelii traducendam,* quo charactere eam insignit Eusebius loco citato. Respondeo, Dionysium Corinthium utique scriptis literis Athenienses ob inconstantiam in fide moribusve Christianis reprehendisse, ac ne sine ratione hoc crimen eis exprobrare videretur, illos hoc argumento *convicisse* (ἐλέγξαι, ut Eusebius ait) quod jam pridem post martyrium Publii, professionem ac Ecclesiam Christianam pene deseruerint, ita ut Quadratus pastorali munere suscepto multum laboraverit, quò eos tanquam palantes oves rursum congregaret. Neque enim ulla cogit necessitas, hæc isto, quo Dionysius scribebat, tempore facta statuere; sed optimo jure Dionysius Atheniensibus in fide iterum vacillantibus pristina eorum peccata in memoriam revocare potuit, sicuti Prophetæ Israeliticum populum ob primæva ejus crimina, quando illa iterabantur, reprehendere soliti fuere. Sit igitur ratum, quod qui Hadriano Apologiam Athenis obtulit Quadratus, idem fuerit sive jam tum, sive paulo post, Episcopus Ecclesiæ Atheniensis, uti Hieronymus

mus in Catalogo Script. Eccleſ. & Epiſt. 84. ad Magnum diſerte docuit.

Iſtum verò qui Hadriano Apologiam obtulit Quadratum, eundem eſſe cum illo Apoſtolorum diſcipulo, qui Propheticis donis inſtructus unà cum Philippi filiabus laudatur ab Euſebio, ipſe Valeſius affirmat, licet nec apud Euſebium in Hiſtoria Eccleſiaſtica vel in Chronico, nec apud Hieronymum ambobus ante dictis locis, ubi de Quadrato ejuſque Apologia agunt, neque in Menologio Græcorum ulla Prophetici chariſmatis mentio fiat, neque antiquus ſcriptor apud Euſeb. Lib. V. H.E. cap. 17. *Quadratum* Prophetam *Athenienſem* dicat. Sed hæc non ſufficiens eſt ratio dubitandi: foret autem talis, ſi vera eſſet traditio à Nicolao Lyrano in cap. 3. Apocalypſeos memorata, ubi de Angelo Eccleſiæ Philadelphienſis ait: *Dicunt expoſitores communiter, quod iſte fuit Quadratus.* Sed nullos nominat, nec quenquam Lyrano antiquiorem novi, qui id tradiderit: certe nihil tale in Andreæ vel Arethæ Cæſarienſis, aut Ansberti Presbyteri Galli Commentariis in Apocalypſin legitur. Quiſquis autem fuerit, qui primus Quadratum fecit Philadelphienſem Epiſcopum, eum inde erroris ſui anſam cepiſſe ſuſpicor, unde manifeſtè refutari poteſt; ex dicto ſcilicet antiqui, ſed Anonymi, Scriptoris loco, in Euſebii Hiſtoria Eccleſiaſtica pag. 183. ubi Prophetas Novi Teſtamenti enumerans ita ſcribit: Οὔτε ἄγαβον, οὔτε Ἰούδαν, οὔτε Σίλαν, οὔτε τὰς Φιλίππου θυγατέρας, οὔτε τὴν ἐν Φιλαδελφίᾳ Ἀμμίαν, οὔτε Κοδράτον, οὔτέ τινας ἄλλους μηδὲν αὐτοῖς προσήκοντας καυχήσονται. *Non Agabum, non Judam, non Silam, nec Philippi filias, nec Ammiam Philadelphenſem, nec Quadratum, nec plures quoque alios, qui nihil ad ipſos pertinent, prædicabunt* (Montaniſtæ). Et mox iterum Κοδράτον καὶ τὴν ἐν Φιλαδελφίᾳ Ἀμμίαν, *Quadratum & eam, quæ Philadelphiæ erat, Ammiam* nominat. Niſi itaque mea me fallit conjectura, hæc legens quiſpiam minus conſideratè Ammiæ & Quadrato, ab Auctore iſto junctim memoratis, eandem ſedem Philadelphiam tribuit, cum tamen contrariâ potiùs ratione colligere debuiſſet, Quadratum

haud Philadelphiæ extitiſſe, quia ſcriptor non τὸν ἐν Φιλαδελφίᾳ Κοδράτον καὶ Αμμίαν poſuit, ſed utramque perſonam diſtinctè memoravit, uni locum adſcribens, alteri autem nullum adſignans.

Dixi ſuprà, Apologiam Hadriano apud Athenienſes moram facienti à Quadrato oblatam eſſe. Sed bis Imperatorem iſtum Athenis fuiſſe, ſemel anno Imperii ſui ſexto vel ſeptimo, & iterum anno nono vel decimo, ex Euſebii Chronico, Spartiano in vita Adriani, aliiſque conſtat. Unde quæri poteſt, in priorine an poſteriori adventu Apologiam à Quadrato acceperit Hadrianus? Baronius ad poſteriorem refert Tom. II. A. 125. §. 3. & 128. §. 1. Cui Dallæus Lib. I. de libris Dionyſio Areopagitæ ſuppoſitis cap. 13. pag. 83. ſequens opponit argumentum: *Quo anno Athenis ſacris initiatus eſt Hadrianus, eodem librum à Quadrato oblatum accepit. Initiatus eſt autem, cum primùm Athenas profectus illic hyemem exegit, anno Imperii ſui partim ſexto, partim ſeptimo currente. Ergo eodem quoque anno librum & Quadratus obtulit, & Hadrianus accepit.* Ac minor quidem propoſitio ſufficienter ab eo probatur, partim ex Euſebii Chronico, partim ex Spartiano. Pro majori propoſitione adduxit teſtimonium Hieronymi in Catalogo Script. Eccleſ. *Cum Hadrianus Athenis exegiſſet hyemem, inviſens Eleuſinia, & omnibus pene Græciæ ſacris initiatus dediſſet occaſionem iis qui Chriſtianos oderant abſque præcepto Imperatoris vexare credentes, porrexit ei* (Quadratus) *librum pro religione noſtra compoſitum, valde utilem* &c. Addere potuiſſet verba ejuſdem, in Epiſt. ad Magnum ſcribentis: *Quadratus Apoſtolorum diſcipulus, & Athenienſis Pontifex Eccleſiæ nonne Adriano Principi, Eleuſinæ ſacra inviſenti librum pro noſtra religione tradidit? & tantæ admirationi omnibus fuit, ut perſecutionem graviſſimam illius excellens ſedaret ingenium.* Sed potior mihi eſt, & unicuique eſſe debet auctoritas Polyhiſtoris Euſebii, qui in Chronico Canone, Hadriano ſecundâ vice Athenas veniente id factum docet, & ubi ad An. 7. adſcripſerat Αδριανὸς ἐχείμασεν εἰς Αθήνας, μυηθεὶς τὰ μυστήρια, ad annum 10. demum

demum hæc habet: Κουαδρᾶτος ὁ ἱερὸς τῶν Ἀποστόλων ἀκουστὴς Αἰλίῳ Ἀδριανῷ τῷ αὐτοκράτορι λόγους ἀπολογίας ὑπὲρ Χριστιανῶν, καὶ Ἀριστείδης Ἀθηναῖος ὁ φιλόσοφος ἐπιδέδωκαν· ἅπερ δεξάμενος ὁ Καῖσαρ σὺν τοῖς παρὰ Σερενίου Γρανιανοῦ λαμπροτάτου ἡγουμένου, ὡς ἄδικον εἴη γραψαμένου, Χριστιανοὺς ἀκρίτως ἐπὶ μηδενὶ τῶν ἐγκλημάτων κτείνειν, γράφει Μινουκίῳ Φουνδανῷ ἀνθυπάτῳ τῆς Ἀσίας, μηδένα κτείνειν ἄνευ ἐγκλημάτων καὶ κατηγορείας. Quæ Hieronymus ita vertit: *Quadratus diſcipulus Apoſtolorum & Ariſtides Athenienſis noſter Philoſophus libros pro Chriſtiana religione Hadriano dedere compoſitos. Et Serenus Grannius legatus vir apprime nobilis literas ad Imperatorem miſit, iniquum eſſe dicens, clamoribus vulgi innocentium hominum ſanguinem concedi, & ſine ullo crimine nominis tantùm & ſectæ reos fieri. Quibus commotus Hadrianus, Minutio Fundano Proconſuli Aſiæ ſcribit, non ſine objectu criminum Chriſtianos condemnandos.* Quæ Euſebii verba integra recitare volui, ut non nudam ejus auctoritatem, ſed & argumentum ex iis deductum Dallæo opponerem ſequentem in modum: Apologia à Quadrato oblata eſt Imperatori poſt cœptam, & paulo ante ſedatam Chriſtianorum perſecutionem. Atqui cum primùm Adrianus Athenis abiret, vix cœperat perſecutio, ſaltem procul à fine ejus aberat: ergo Adriano prima vice Athenis moranti non oblata eſt Apologia. Majoris propoſitionis veritas ex citatis Euſebii, atque Hieronymi verbis patet, nec ulla ratione negari poteſt. Minoris quoque membrum prius iterum ex dictis conſtat; poſterius autem quod attinet, Chronologi communiter perſecutionem Adriani ad octavum ejus annum referunt, eamque anno 10. ſedatam volunt. Et ſane turbo poſt initiatum Eleuſiniis ſacris Imperatorem demum exortus, aliquamdiu graſſatus fuerit neceſſe eſt, quia Athenienſis Eccleſia tunc fere diſperſa fuit, ut ex ſuprà dictis conſtat. Accedit & hoc, quod anno Chriſti 125. Publius Epiſcopus Athenienſis martyrio defunctus eſſe tradatur in MS. Florario apud Bollandum ad diem XXI. Januarii. Atqui de hoc Euſebius, vel Dionyſius apud ipſum, loco ſupra citato ſcripſit: Τὸν προεστῶτα αὐτῶν Πούπλιον μαρτυρῆσαι κατὰ τοὺς τότε συνέβη

διωγμοῖς. *Publium ipſorum Epiſcopum in perſecutionibus tunc excitatis martyrium obiiſſe contigit.* Publii itaque ſucceſſor Quadratus, poſtquam Adrianus ſecundùm Athenas veniſſet, Apologiam ei tradiderit neceſſe eſt, anno ſcilicet Chriſti 126.

Utinam verò de hac Quadrati Apologia modò ſcribere poſſemus, quod Euſebius Lib. IV. cap. 3. εἰσέτι δὲ φέρεται παρὰ πλείστοις τῶν ἀδελφῶν, ἀτὰρ καὶ παρ᾽ ἡμῖν τὸ σύγγραμμα· ἐξ οὗ κατιδεῖν ἔστι λαμπρὰ τεκμήρια τῆς τε τοῦ ἀνδρὸς διανοίας καὶ τῆς ἀποστολικῆς ὀρθοτομίας. *Extat hodienum apud pleroſque ex fratribus hæc oratio, quam nos etiam habemus: ex quâ & ingenium ejus viri, & rectam Apoſtolicæ fidei normam perſpicuè licet cognoſcere.* Sed periit eheu egregium iſtud σύγγραμμα, nihilque ejus ſupereſt, præter unicum, breviſſimum quidem, at nobile fragmentum, quod nobis conſervavit Euſebius loco modò citato. Plura darentur, ſi ſuperſtites eſſent alterius Euſebii, Sec. VI. Epiſcopi Theſſalonicenſis, libri X. contra Andream Monachum, utpote quem Κοδράτου verba adverſario oppoſuiſſe expreſſè teſtatur Photius Cod. 162. Verùm neque hi Euſebii, nec Andreæ, qui itidem Quadratum citaſſe videtur, libri uſpiam, quod ego ſciam, extant, ſaltem hîc Oxonii non reperiuntur, nec Viennæ in Bibliotheca Cæſarea, neque Pariſiis in Regia. Indicare tamen id volui, ut ſi forte quiſpiam, cui perluſtrandorum in aliis Bibliothecis Codicum Manuſcriptorum datur copia, in dictos libros alicubi incidat, id ſibi negotii omnino datum ſciat, ut vel integros eos deſcribat, aut ſaltem laudatæ Quadrati Apologiæ ac aliorum à Photio nominatorum Patrum, nempe *Methodii Martyris*, *Athanaſii*, trium *Gregoriorum*, *Thaumaturgi*, *Theologi* & *Epiſcopi Nyſſeni*, *Baſilii*, *Joannis Chryſoſtomi*, *Cyrilli Alexandrini* & *Procli Conſtantinopolitani* ſententias inde excerpat, & bono publico communicet. Interim hic ſiſto

Fragmentum

Fragmentum Apologiæ Quadrati *pro Christianis.*

Ex Euseb. Lib. IV. *Histor. Eccles. cap.* 3.

Ὁ δ' αὐτὸς τὴν καθ' ἑαυτὸν ἀρχαιότητα παραφαίνει, δι' ὧν ἱστορεῖ ταῦτα ἰδίαις φωναῖς· τοῦ δὲ σωτῆρος ἡμῶν τὰ ἔργα ἀεὶ παρῆν· ἀληθῆ γὰρ ἦν· οἱ θεραπευθέντες· οἱ ἀναστάντες ἐκ νεκρῶν· οἳ οὐκ ὤφθησαν μόνον θεραπευόμενοι, καὶ ἀνιστάμενοι, ἀλλὰ καὶ ἀεὶ παρόντες· οὐδὲ ἐπιδημοῦντος μόνον τοῦ σωτῆρος, ἀλλὰ καὶ ἀπαλλαγέντος ἦσαν ἐπὶ χρόνον ἱκανόν· ὥστε καὶ εἰς τοὺς ἡμετέρους χρόνους τινὲς αὐτῶν ἀφίκοντο.

IDem ſcriptor (*Quadratus*) ſuam ipſius antiquitatem ſatis declarat his verbis: ‘Servatoris autem, inquit, noſtri opera ſemper conſpicua erant, quippe quæ vera eſſent: iis ſcilicet qui morbis liberati, aut qui ex morte ad vitam revocati fuerant. Qui quidem non ſolùm dum ſanabantur, aut dum ad vitam revocabantur, conſpecti ſunt ab omnibus, ſed ſecuto deinceps tempore: neque tantùm quamdiu in terris moratus eſt Servator noſter, verùm etiam poſt ejus diſceſſum diu ſuperſtites fuerunt: adeo ut nonnulli eorum etiam ad noſtra uſque tempora pervenerint.

Cæterùm qui Martyrologium ſub ementito Bedæ nomine edidit, hæc ad diem 26. Maii habet: *Apud Athenas B. Quadrati Epiſcopi. Hic firmavit, ut nulla eſca à Chriſtianis repudiaretur, quæ rationalis & humana eſt.* Unde forte aliquis colligere poſſet, in Quadrati Apologia hâc de re actum fuiſſe. Sed ſuſpicor, conſarcinatorem iſtum ea, quæ de Eleuthero Epiſcopo Romano eâdem die in Martyrologio Romano dicuntur, improvidè ad Quadratum retuliſſe: dictum enim Papam talis dogmatis propugnatorem facit quoque Anaſtaſius, alios ut taceam.

Monitum de Ariſtidis *Apologia.*

ARiſtidem Philoſophum Athenienſem ſimul cum Quadrato Apologiam Adriano obtuliſſe, Euſebius & Hieronymus locis ſupra citatis teſtantur. *Philoſophorum ſententiis contextam* eam ſcribit Hieronymus Epiſt. 84. ad Magnum. Ob quas quilibet illius particeps fieri deſideraret;

ret; Catholicus verò Christianus ideo maximè, quod Deitas Jesu Christi in illa egregiè fuerit adserta. Ita enim antiquum Martyrologium Romanum: *Hadriano Principi de Religione Christiana volumen obtulit, nostri dogmatis continens orationem,* (forte *rationem*) *& quod Jesus Christus solus esset Deus, præsente ipso Imperatore luculentissimè peroravit.* Dionysii Areopagitæ martyrium quoque in dicta Apologia memoratum fuisse dubitare nos non sinunt veterum Martyrologiorum auctores, Usuardus & Ado Viennensis, ex quibus ille ad diem 3. Octobris Dionysii martyrium referens subjungit: *Ut testatur Aristides vir fide sapientiaque mirabilis in eo opere, quod de Christiana religione composuit.* Addit Ado Viennensis in suo Martyrologio: *Hoc opus apud Athenienses summo genere colitur, & inter antiquiorum monumenta clarissimum tenetur, ut peritiores Græcorum affirmant.* Imo adhuc in Bibliotheca Calojerorum, qui prope Athenas in Monasterio Midelli habitant, dictam Apologiam servari, in Itinerario D. la Guilletiere legimus. Quam in rem ut peregrinantes istis in locis diligentiùs inquirant, & si laudata Apologia ibi haberi posset, eam publico Ecclesiæ commodo in lucem producant, omnes antiquitatis Ecclesiasticæ studiosi mecum, puto, optabunt,

AGRIPPA CASTOR.

De hoc Scriptore Eusebius Lib. IV. cap. 7. hæc habet: Εἰς ἡμᾶς κατῆλθεν ἐν τοῖς τότε γνωριμωτάτου συγγραφέως Ἀγρίππα Κάστορος ἱκανώτατος κατὰ Βασιλείδου ἔλεγχος, τὴν δεινότητα τὴν τ' ἀνδρὸς ἀποκαλύπτων γοητείας. *Pervenit ad nos Agrippæ Castoris, Scriptoris ea ætate nobilissimi, validissima adversus Basilidem confutatio: in qua hominis præstigias ac fraudes detegit.* Eodem libro & Isidorum Basilidis filium refutatum esse, viri quidam eruditi collegerunt ex Theodoreti Lib. I. Hæret. fabul. cap. 4. Sed hujus verba ambigua sunt: neque hac de re certiores fieri possumus, quia liber Agrippæ prorsus periit, nec quicquam ejus superest, præter exigua ista quæ sequuntur

Excerpta

Excerpta ex Agrippæ Caſtoris *Tractatu contra* Baſilidem *hæreſiarcham.*

Ex Euſeb. Lib. IV. *Hiſt. Eccleſ. cap.* 7.

Ἐκφαίνων δ' αὐτοῦ τὰ ἀπόῤῥητα, φησὶν αὐτὸν εἰς μὲν τὸ εὐαγγέλιον τέσσαρα πρὸς τοῖς εἴκοσι συντάξαι βιβλία· προφήτας δὲ ἑαυτῷ ὀνομάσαι Βαρκαβᾶν καὶ Βαρκὼφ, καὶ ἄλλους ἀνυπάρκτους τινὰς ἑαυτῷ συστησάμενον· βαρβάρους τε αὐτοῖς εἰς κατάπληξιν τῶν τὰ τοιαῦτα τεθηπότων ἐπιφημίσαι προσηγορίας· διδάσκειν τε ἀδιαφορεῖν εἰδωλοθύτων ἀπογευομένους, καὶ ἐξομνυμένους ἀπαραφυλάκτως τὴν πίστιν κατὰ τοὺς τῶν διωγμῶν καιρούς· Πυθαγορικῶς τε τοῖς προσιοῦσιν αὐτῷ πενταετῆ σιωπὴν παρακελεύεσθαι.

CUncta ejus (*Baſilidis*) arcana in lucem proferens (Agrippas) quatuor & viginti libros in Evangelium ab illo conſcriptos eſſe memorat, ipſumque ſibi Prophetas confinxiſſe Barcabam & Barcoph, alioſque nonnullos, qui nunquam extitiſſent: iiſque barbara quædam nomina impoſuiſſe ad percellendos eorum animos, qui hujuſmodi rerum admiratione capiuntur. Ait præterea illum docere, quod indifferens ſit, ſimulacris immolata deguſtare, & perſecutionum tempeſtate licenter fidem abnegare: Sectatoribus quoque ſuis Pythagoreorum more ſilentium quinquennii eum indicere affirmat.

Hieronymus in Catalogo Scriptor. Eccleſ. addit, quod Agrippas refutarit Baſilidis *Deum maximum Abraxas, qui quaſi annum continens, juxta Græcorum numerum ſupputetur.* De hoc vide notas ad Irenæi Lib. I. c. 23. Aſt de Propheta *Barcoph* lege ſupra p. 38.

ARISTO PELLÆUS.

ARiſtonis *Pellæi* rara in Scriptoribus Eccleſiaſticis occurrit mentio, nec alibi, quantùm memini, quàm apud Euſeb. Lib. IV. Hiſt. Eccleſ. cap. 6. & Maximum in Comment. ad cap. 1. Dionyſii Pſeudo-Areopagitæ de Myſtica Theologia, ubi eum Auctorem facit *Diſputationis Jaſonis & Papiſci*, quæ pro veritate Religionis Chriſtianæ ſuſcepta, vel ſaltem ſcripta fuit. Atqui hunc Auctorem Chriſtianum fuiſſe, ipſe modò dictus Tractatus nos non ſinit dubitare: haud eundem autem eſſe cum iſto Ariſtone, qui

Lib.

Lib. VII. Conſtit. Apoſtol. cap. 46. tertius Smyrnæ Epiſcopus dicitur, temporum ratio ſatis evincit. Si enim vera eſt Pſeudo-Clementis traditio, (cui tamen Suidas in voce Πολύκαρπος aliique recentiores Græci contradicunt) Ariſto ille ante Imperatoris Hadriani tempora mortem obierit neceſſe eſt, quia Polycarpum jam ſub Trajano, & ulteriùs ſub Hadriano, atque Antonino Pio Eccleſiæ Smyrnenſi præfuiſſe conſtat. At verò Ariſto Pellæus exeunte Hadriani, & ineunte Antonini Imperio floruit. Poſt decimum octavum enim annum Adriani eum ſcripſiſſe ex Euſebii verbis infrà citandis patet; ſub Antonino Pio autem ſupra dictum Tractatum ab illo editum eſſe, exinde colligo, quod Celſus, qui Hadriani tempore & ulteriùs aliquanto vixit, teſte Origene Lib. I. contra Celſum pag. 8. ejus mentionem fecerit. Hæc enim leguntur apud Origenem Lib.IV. pag. 199. illius verba: Παπίσκου τινὸς καὶ Ἰάσονος ἀντιλογίαν ἔγνων, οὐ γέλωτος, ἀλλὰ μᾶλλον ἐλέους καὶ μίσους ἀξίαν. *Papiſci cujuſdam & Jaſonis contentionem novi, non tam riſu dignam, quàm miſeratione & odio.*

Miſſo itaque Scriptore, de quo nihil amplius habeo, quod dicam, ad ipſum ſcriptum conſiderandum progredior: cujus quis titulus, quæ ſumma, qualiſve fuerit conditio, Origenes in reſponſione ad Celſi calumniam loco citato nos docet his verbis: οὐδὲν δ' ἧττον ἐβουλόμην, πάνθ' ὁντινοῦν ἀκούσαντα δεινολογοῦντος Κέλσου, καὶ φάσκοντος τὸ ἐπιγεγραμμένον σύγγραμμα, Ἰάσονος καὶ Παπίσκου ἀντιλογίαν περὶ Χριστοῦ, οὐ γέλωτος, ἀλλὰ μίσους ἄξιον εἶναι, λαβεῖν εἰς χεῖρας τὸ συγγραμμάτιον, καὶ ὑπομεῖναι καὶ ἀνασχέσθαι ἀκοῦσαι τῶν ἐν αὐτῷ· ἵν' αὐτόθεν καταγνῷ τοῦ Κέλσου, μηδὲν εὑρίσκων μίσους ἄξιον ἐν τῷ βιβλίῳ — ἐν ᾧ ἀναγέγραπται Χριστιανὸς Ἰουδαίῳ διαλεγόμενος ἀπὸ τῶν Ἰουδαϊκῶν γραφῶν, καὶ δεικνὺς τὰς περὶ τοῦ Χριστοῦ προφητείας ἐφαρμόζειν τῷ Ἰησοῦ· καίτοιγε οὐκ ἀγεννῶς, οὐδ' ἀπρεπῶς τῷ Ἰουδαϊκῷ προσώπῳ τοῦ ἑτέρου ἱσταμένου πρὸς τὸν λόγον. *Ego tamen cuperem, quemcunque poſt audita grandia Celſi verba, dicentis ſcriptum illud, cui titulus eſt, Jaſonis & Papiſci contentio de Chriſto, non riſu, ſed odio dignum eſſe, accepto in manus opuſculo, aliquantum operæ lectioni ejus inſumere, ut reipſa doctus damnet Celſi vaniloquentiam, nihil odio dignum reperiens in libro illo*

illo — In quo inducitur Christianus cum Judæo disputans, & ex ipsis Judæorum Scripturis evincens quæcunque de Christo per Prophetas dicta sunt, in Jesum competere: quamvis strenuè satisque Judaicè contradicat adversarius. Dedit victas tandem manus Judæus antagonista, teste Celso, qui hanc Disputationem Græcè scriptam in Latinum transtulit sermonem, & ita in Præfatione versionis fatur: *Illud præclarum atque memorabile gloriosumque Jasonis Hebræi Christiani & Papisci Alexandrini Judæi disceptationis occurrit: Judaici cordis obstinatam duritiam, Hebræa monitione ac leni increpatione mollitam; victricem in Papisci corde Jasonis de Spiritus sancti infusione doctrinam. Quâ Papiscus ad intellectum veritatis admissus, & ad timorem Domini ipso Domino miserante formatus, & in Jesum Christum Filium Dei credidit, & ut signaculum sumeret, deprecatus Jasonem postulavit. Probat hoc scriptura concertationis ipsorum, quæ collidentium inter se Papisci adversantis veritati & Jasonis asserentis & vindicantis dispositionem & plenitudinem Christi, Græci sermonis opere signata est.* Sic qui à Celso Epicuréo gentili culpabatur, eum à Celso Christiano maximè laudatum legimus.

Personas disputantes quod attinet, *Papiscum Judæum Alexandrinum* modò dicebat Celsus; *Jasonem* verò Pamelius in Notis ad citata Celsi verba, aliique eundem fuisse putarunt cum Jasone Thessalonicensi, cujus mentio fit Act. XVII. 5. & in Epistola ad Romanos XVI. 21. quemque Troadis Episcopum à Paulo constitutum refert Dorotheus in Synopsi. Sed iterum ratio temporis pene demonstrat, alium à dicto Jasone, (qui jam domum Thessalonicæ habebat, quando Apostolus illuc circa annum Christi 50. venit) fuisse disputatorem istum, si verè talis quispiam fuit. Fateor enim, fictas mihi videri personas istas, ut in Dialogis fieri solemne est. Aptissimè sane Christiano imponi poterat nomen *Jasonis*, utpote quod à *Jesu* descendit, & à priscis Hebræis, ubi ad fidem Christianam conversi erant, ex reverentia loco hujus, quod olim gesserant, assumptum fuisse

credo: ficuti Coloff. IV. 11. memoratur *Jefus, qui dicitur Juftus* (Ἰοῦστος). Neque enim congruum erat, fidelium quenquam proprio Salvatoris nomine appellari. Quanquam & ante adventum Chrifti Hebræos Græcorum causâ nomen *Jefu* in *Jafonis* mutaffe difcamus exemplo fummi Pontificis Jefu, de quo Jofephus Lib. XII. Antiqu. Judaic. c. 6. ait: ὁ μὲν οὖν Ἰησοῦς Ἰάσονα ἑαυτὸν μετωνόμασε. *Jefus Jafonem fe vocari maluit.* Sed five verus five fictus fuerit Dialogus ille, Ariftoni certè tribuendus eft; nec facile affequi licet, qua ratione fieri potuerit, ut Clemens Alexandrinus in Hypotypofibus Lucam ejus auctorem fecerit, cùm res aliquamdiu poft Lucæ obitum geftæ in illo fuerint relatæ. Unde fufpicor, vel nos vitiosè in Maximi textu infrà recitando ὧν pro ὃν legere, vel potiùs à Maximo verba Clementis haud rectè lecta aut intellecta fuiffe, cumque is difputationem Jafonis & Papifci allegans, Jafonis mentionem à Luca forte factam dixerit, (in actis fcilicet Apoftolorum,) hæc malè ad ipfam difputationem relata effe. Cæterùm periit eheu laudata hactenus difputatio Græcè fcripta; nec fuperftes eft Latina verfio à Celfo elaborata, fed fola ejus præfatio inter Cypriani opera habetur: *Quis qualifve Celfus ille fuerit non conftat*, ait doctiffimus D. Cavius pag. 34. Hiftoriæ Literariæ. Equidem Celfum Iconienfis Ecclefiæ præfulem Sec. III. Alexander Epifcopus Hierofolymitanus & Theoctiftus Cæfarienfis in Epiftola ad Demetrium Alexandrinum, laudarunt apud Eufebium Lib. VI. Hift. Eccl. cap. 19. Sed an is ille fuerit, incertum eft: certum autem, quod circa eadem tempora vixerit, fiquidem *ex plurimis præfationis locis liquet, eum vigentibus adhuc perfecutionum temporibus, & ante fufceptam ab Imperatoribus fidem Chriftianam fcripfiffe*, quæ D. Cavii loco citato funt verba. Quibus addo, *Chriftum* à Celfo *Spiritum Sanctum* dictum, phrafi primis quidem feculis ufurpata, fed poft tertium, & exortam Arii hærefin vix auditâ. Atque hæc de difputatione Jafonis & Papifci ejufque verfione dicta fufficiant.

Præter hunc Tractatum *obfidionem Bettheræ & Judæorum*

orum expugnationem integro libro descriptam esse ex Eusebii Lib. IV. cap. 6. tradunt Valesius in illum textum, & modò laudatus D. Cavius loco citato. Sed pace clarissimorum virorum dixerim, ex Eusebii verbis id haud necessariò colligi. Ait quidem : ἀρίστων ὁ πελλαῖος ἱστορεῖ. Sed ipse Valesius rectè vertit: *Scribit Aristo Pellæus*; & Hesychius quoque in Lexico ἱστορεῖ reddit μαρτυρεῖ. Unde non necesse est Historiam peculiari opere elaboratam inde inferre, sed omnino verosimile, quod Aristo verba, quæ ibi Eusebius habet, in antedicta disputatione contra Papiscum protulerit, perinde ut Tertullianus eadem Judæis in suo contra eos Tractatu objecit, aut forte hîc Aristonem, sicuti facere solet, exscripsit. Qua de re vide quæ fragmentis subjungam, & in Notis ad finem hujus Tomi insuper dicam.*

Fragmenta Disputationis Jasonis *&* Papisci *ab* Aristone Pellæo *conscriptæ.*

Eusebius Lib. IV. Hist. Eccles. cap. 6.

Πᾶν ἔθνος ἐξ ἐκείνου καὶ τῆς περὶ τὰ Ἱεροσόλυμα γῆς πάμπαν ἐπιβαίνειν εἴργεται, νόμου δόγματι καὶ διατάξεσιν Ἀδριανοῦ, ὡς ἂν μὴ δ' ἐξ ἀπόπτου θεωροῖεν τὸ πατρῷον ἔδαφος, ἐγκελευσαμένου· Ἀρίστων ὁ Πελλαῖος ἱστορεῖ.

EX eo deinceps tempore (XVIII. *anno Hadriani)* universa Judæorum gens in regionem circa Hierosolymam sitam omnino pedem inferre prohibita est, lege & constitutionibus Adriani : *adeo ut ne quidem è longinquo patrium solum prospicere ipsis liceret*, ut testatur Aristo Pellæus.

Scaliger in Animadversionibus ad Eusebii Chronicon pag. 216. non modò hæc, sed & præcedentia loco citato Eusebii ab istis ἀκμάσαντος δὲ τοῦ πολέμου, tanquam Aristonis verba allegat. Sed ego ea tantùm quæ hîc posui, imo potiùs ista sola, quæ Italico, ut dici solet, charactere expressa sunt, Aristonis verba esse conjicio, quia Tertullianum, lib. contra Judæos cap. 13. iisdem illos alloquentem reperio : *Vobis pro meritis vestris post expugnationem Hierusalem prohibitis ingredi in terram vestram, de longinquo eam oculis tantum videre permissum est.* Ubi tamen Tertullianus negativam in affirmativam convertit, ut misera hæc Judæorum fata adaptaret

adaptaret prophetiæ Esaiæ, (cap. 33. vers. 17. juxta LXX: Interpretum versionem) immediatè ante citata verba ab eo allegatæ: *Oculi vestri videbunt terram de longinquo.* Qua in re ille non solùm decreto Hadriani, sed & sibi ipsi contrarius est, quia paulo antè eodem capite 13. scripsit: *Interdictum est, ne in confinio ipsius regionis demoretur quisquam Judæorum, ut hoc quoque esset adimpletum per Prophetam* (Esaiam I. v. 7.) *Terra vestra deserta, civitates vestræ igni exustæ.* Si igitur interdictum fuit Judæis in confinio Palæstinæ habitare, haud licuit ipsis omnino terram sanctam oculis usurpare. Sed hæc obiter.

Hieronymus in Traditionibus Hebraicis in Genesin.

'*In principio fecit Deus cælum & terram.* Plerique existi-
'mant, sicut in altercatione quoque Jasonis & Papisci scriptum
'est, & Tertullianus in lib. contra Praxean disputat, nec non
'Hilarius in expositione cujusdam Psalmi affirmat, in Hebræo ha-
'beri: *In Filio fecit Deus cælum & terram.* Quod falsum esse
'ipsius rei veritas comprobat.

In Tertulliani libro contra Praxean cap. 5. diversa prorsus habentur: *Aiunt quidem,* inquit, *& Genesin in Hebraico ita incipere: In principio Deus fecit sibi filium.* Neque Hilarius in dictis commentariis alicubi ait, in Hebræo extare: *in filio creavit Deus cælum & terram*; sed hæc solùm in Comment. ad Psalm. 2. habet: *Bresith verbum Hebraicum est. Id tres significantias in se habet, id est, in principio, & in capite, & in filio.* Quæ ut Hebraicæ linguæ ignarus scripsit, diversas Patrum expositiones pro diversis significationibus vocis *Bresith* accipiens. Atque mysticam istam *principii* de Filio expositionem ab Aristone in disputatione adhibitam fuisse facile credo: sicut & Clemens Alexandrinus ex Prædicatione Petri eandem protulit, (cujus verba dedi in Notis ad Tomi I. Spicilegii pag. 328.) Basilium, Ambrosium aliosque recentiores ut taceam. Ast quod in Hebræo lectum fuerit: *In filio Deus fecit cælum & terram,* uti Tertullianus & Hilarius haud effutiverunt; ita nec ab Aristone dictum, sed Hieronymum in hoc, perinde ut prioribus duobus citandis, memoriæ defectu aut nimia festinatione lapsum puto.

Idem Lib. II. *Comment. ad Galat. cap.* III. *vers.* 13.

'Memini me in altercatione Jasonis & Papisci, quæ Græco
'sermone conscripta est, ita reperisse: λοιδορία Θεοῦ ὁ κρεμάμενος,
'id est, *Maledictio Dei, qui appensus est.*

Aquilam & Theodotionem hæc eodem modo reddidisse, nec non Ebionem Hæresiarcham interpretatum fuisse: ὅτι ὕβρεις Θεοῦ ὁ

κρεμά-

κρεμάμενος, id eſt, *quia injuria Dei eſt ſuſpenſus*, Hieronymus ibidem teſtatur. Atqui hæc verba Papiſcum Jaſoni objeciſſe colligo ex Tertulliani lib. contra Judæos cap. 10. ſub cujus initium ita Judæos alloquitur: *De exitu planè paſſionis ejus ambigitis, negantes paſſionem crucis in Chriſtum prædicatam, & argumentantes inſuper non eſſe credendum, ut ad id genus mortis expoſuerit Deus filium ſuum, quod ipſe dixit: Maledictus omnis homo, qui pependit in ligno.* Sicuti verò Tertullianus ad hanc objectionem ibidem reſpondet; integrum Deuteronomii textum, ac hæc quoque recitans: *Maledictus à Deo eſt omnis qui ſuſpenſus fuerit in ligno*, &c. ita Jaſonem idem feciſſe probabile eſt. Cæterùm quod mihi hanc inter Ariſtonis fragmenta & Tertulliani dicta contra Judæos conſonantiam conſideranti in mentem venerit, nolo hîc dicere, ne conjectura mea in nimis prolixam excurrat digreſſionem; dicam tamen in Notis ad præced. pag. 131.

Maximus in ſcholiis ad librum Dionyſii de Myſtica Theologia cap. 1.

Ἀνέγνων δὲ τοῦτο ἑπτὰ οὐρανοὺς καὶ ἐν τῇ συγγεγραμμένῃ Ἀρίστωνι τῷ Πελλαίῳ διαλέξει Παπίσκου καὶ Ἰάσονος, ἣν Κλήμης ὁ Ἀλεξανδρεὺς ἐν ἕκτῳ βιβλίῳ τῶν ὑποτυπώσεων τὸν ἅγιον Λουκᾶν φησιν ἀναγράψαι.

Legi etiam ſeptem cœlos in diſputatione Papiſci & Jaſonis, ab Ariſtone Pellæo ſcripta, quam Clemens Lib. VI. Hypotypoſeon ait S. Lucam deſcripſiſſe.

Quam abſurdum ſit, diſputationem iſtam à Luca ſcriptam dicere, jam ſupra monui: de *ſeptem* autem *cœlis* vide Notas in calce hujus libri. *

S. JUSTINUS MARTYR.

JUſtini Martyris vitam ex ipſius aliiſque antiquitatis Eccleſiaſticæ monumentis poſt Halloixium ita egregie ac plene deſcripſit ſæpe laudatus D. Cavius, ut vix quicquam addi queat. Meum idcirco opus, idque Lectori nec ingratum ſpero, nec inutile, unicè erit, propria S. Martyris verba, quibus plurima de ſe ipſo refert, juſto ordine recenſere, & textum tam Græci idiomatis quàm Latinæ verſionis, ubi vitioſus fuerit, emendare; ubi obſcurior, illuſtrare: poſthæc verò ætatem Juſtini, quâ vixerit, ac annum

annum, quo circiter natus atque denatus fuerit, determinare. Patrem cum avo ac patriam designat S. Martyr initio Apol. I. (in editis II.) ad Antoninum Pium his verbis ab Eusebio quoque Lib. IV. Hist. Eccl. cap. 12. citatis: Ἰουστῖνος Πρίσκου, τοῦ Βακχείου, τῶν ἀπὸ Φλαουΐας νέας πόλεως Συρίας τῆς Παλαιστίνης. Quæ verba perperam à Langio Latine reddita in editionibus Justini ita extant: *Justinus Prisci Bacchii filius, Flaviæ (quæ nova civitas est Syriæ Palæstinæ) ortus.* Ubi duo sunt errata, ambo à Valesio emendata in versione Eusebii, quæ ita habet: *Justinus Prisci filius, Bacchii nepos, oriundus Flaviâ Neapoli Syriæ Palæstinæ.* Priorem errorem, jam olim ab Hieronymo in Catalogo Script. Eccles. hujusque interprete Sophronio, nec non Photio Cod. CXXV. pag. 303. commissum Valesius in Notis ad citatum locum inde refutavit, quia Justinus addidit τῶν ἀπὸ Φλαουΐας, quod non nisi de pluribus dici potest, de patre nimirum & avo. Posteriorem non ille modo ibidem perstringit, sed & prolixius redarguit excellentissimus Polyhistor ac Patronus meus gratiosissimus Dn. Ezechiel Spanhemius Dissertat. IX. de Præstantia & usu Numismatum pag. 769. seq. edit. Amstelodamensis, ubi agens de Nummo, quem viderat apud Cl. Seguinum, hac inscriptione insignitum ΦΛΑΟΥΙ ΝΕΑΠΟΛΙΣ ΣΑΜΑΡΕΙΑΙ ita fatur: *Unde certe egregiè illustratur præcipuum illius oppidi decus Justinus Martyr, eodem teste Apolog.* II. τῶν ἀπὸ Φλαουΐας νέας πόλεως τῆς Συρίας Παλαιστίνης, *Flavia Neapoli Syriæ Palæstinæ ortus*, non ut male expresserat interpres, *Flavia, quæ nova civitas est Syriæ Palæstinæ, ortus*; *qui ignorasse videtur Neapolim fuisse urbem ita dictam in eo tractu*; *quanquam cùm aliunde notam, tum inter nobiliores Palæstinæ civitates juxta Cæsaream, Gazam, Ascalonem ab Ammiano Lib.* XIV. *relatam*; *nec attendit ad consuetum Græcorum morem, composita urbium nomina in primitiva resolvendi, ut* Ἀβώνου τεῖχος, Ἀδριανοῦ θήρας, Πομπηΐου πόλις, Κωνσταντίνου πόλις, *& frequenter in iis, quæ Neapoles vocabantur* νέας τῆς πόλεως. Addidit quoque laudatus vir: *Liquet etiam abunde ex eodem Nummo, cur idem*

Justinus

Justinus Epiphanio vocetur Σαμαρείτης, nempe non religione; erat enim Justinus gentilis: sed patriâ. Neapolim quippe idem esse oppidum, quod olim Sichema dictum fuit, ibidem probat ex ejusdem Epiphanii Hæres. 80. ubi ait: Ἐν Σικίμοις, ἐν τῇ νυνὶ καλουμένῃ Νεαπόλει. *In urbe Sichem, quæ hodie Neapolis dicitur.* Cum qua consonant verba Hieronymi in Epitaphio Pauli scribentis: *Transivit Sichem, non ut plerique errantes legunt Sichar: quæ nunc Neapolis appellatur.* Atque hinc Justinus in Dialogo cum Tryphone pag. 349. de Samaritanis ita loquitur: οὐδὲ γὰρ ἀπὸ τοῦ γένους τοῦ ἐμοῦ, λέγω δὲ τῶν Σαμαρέων, τινὸς φροντίδα ποιούμενος. *Neque enim rationem alicujus popularium meorum, Samaritanorum inquam, habens*, &c. Confer. Apol. I. pag. 52.

Educationem ac ardentissimum, quo adhuc Gentilis flagrabat, Philosophiæ studium, ipse S. Martyr exponit in principio Dialogi cum Tryphone Judæo, ac ubi se primùm ad Stoicum, inde ad Peripateticum, tum ad Pythagoricum Philosophum accessisse narraverat, relictis illis ad Platonicos, horumque præcipuum aliquem in urbe Neapoli se convertisse testatur his verbis, p. 219. ἔδοξέ μοι καὶ τοῖς Πλατωνικοῖς ἐντυχεῖν· πολὺ γὰρ καὶ τούτων ἦν κλέος. Καὶ δὴ νεωστὶ ἐπιδημήσαντι τῇ ἡμετέρᾳ πόλει συνετῷ ἀνδρὶ καὶ προὔχοντι ἐν τοῖς Πλατωνικοῖς, συνδιέτριβον ὡς τὰ μάλιστα, καὶ προέκοπτον, καὶ πλεῖστον ὅσον ἑκάστης ἡμέρας ἐπεδίδουν. Καί με ᾕρει σφόδρα ἡ τῶν ἀσωμάτων νόησις, καὶ ἡ θεωρία τῶν ἰδεῶν ἀνεπτέρου μοι τὴν φρόνησιν· ὀλίγου δὲ ἐντὸς χρόνου ᾤμην σοφὸς γεγονέναι, καὶ ὑπὸ βλακείας ἤλπιζον αὐτίκα κατόψεσθαι τὸν Θεόν· τοῦτο γὰρ τέλος τῆς Πλάτωνος φιλοσοφίας. *Placitum mihi fuit, cum Platonicis quoque conversari: nam & ipsi valde inclyti erant*, (hoc comma per negligentiam forte Typographi in Latina Langi versione tam in Commeliniana quàm Paris. editt. deest.) *Itaque apud virum haud ita pridem in urbe nostra* (Neapolin intelligo) *degentem, prudentem, atque inter Platonicos excellentem, multùm fui, profeci & plurimùm quotidie crevi. Valde me delectabat incorporeorum notio, & idearum contemplatio mentem meam quasi alis quibusdam altiùs evehebat: unde intra breve tempus me sapientem factum esse rebar, illicoque Deum conspecturum esse,* per

per ſtultam perſuaſionem ſperabam: nam hic Platonis philoſophiæ eſt finis. Mox narrat, ſe amore contemplationis in ſolitudinem raptum aliquando, locum mari proximum petiiſſe, ubi ei occurrerit παλαιός τις πρεσβύτης ἰδέσθαι οὐκ εὐκαταφρόνητος, πρᾶον καὶ σεμνὸν ἦθος ἐμφαίνων, *ſenex quidam, adſpectu minimè contemnendus, lenes ſimul & graves præ ſe ferens mores*; cum quo habitum prolixum colloquium, ac egregia ſacrorum Prophetarum, velut omnibus Philoſophis & antiquiorum, & excellentiorum, encomia aliaque à ſene iſto dicta recenſet, indeque ſubjungit p. 225. Ἐμοῦ δὲ παραχρῆμα πῦρ ἐν τῇ ψυχῇ ἀνήφθη, καὶ ἔρως ἔχει με τῶν προφητῶν, καὶ τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων, οἵ εἰσι Χριστοῦ φίλοι. διαλογιζόμενός τε πρὸς ἐμαυτὸν τοὺς λόγους αὐτοῦ, ταύτην μόνην εὕρισκον φιλοσοφίαν ἀσφαλῆ τε καὶ σύμφορον. οὕτως δὴ καὶ διὰ ταῦτα φιλόσοφος ἐγώ. *Confeſtim verò in animo meo ardor excitatus eſt, & amor me invaſit Prophetarum & virorum illorum, qui Chriſto cari ſunt. Ac revolvens ipſe mecum dicta illius, hanc ipſam ſolam comperi eſſe certam atque utilem Philoſophiam* (doctrinam ſcilicet Chriſtianam.) *Atque hâc ratione per hæc ego Philoſophus evaſi.*

Sed alia inſuper, quibus à Platonica Philoſophia ad Chriſtianam adductus eſt, argumenta aliis in locis memorat. Ac Apologia I. quidem in editis pag. 50. hæc habet verba, quæ ſicut Euſebio digna viſa, ut Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Lib. IV. c. 8. ea inſereret, ita & hîc ea recitare, ac varias Euſebii lectiones notare placet: καὶ γὰρ αὐτὸς ἐγὼ τοῖς Πλάτωνος χαίρων διδάγμασι, διαβαλλομένους ἀκούων Χριστιανοὺς, ὁρῶν δὲ ἀφόβους πρὸς θάνατον, καὶ πάντα τὰ ἄλλα (hæc vox in Euſebio deeſt) νομιζόμενα φοβερὰ, ἐνενόουν ἀδύνατον εἶναι ἐν κακίᾳ καὶ φιληδονίᾳ ὑπάρχειν αὐτούς. τίς γὰρ φιλήδονος, ἢ ἀκρατὴς, καὶ ἀνθρωπίνων (Euſeb. ἀνθρωπείων) σαρκῶν βορὰν ἀγαθὸν ἡγούμενος (Euſeb. ἡγούμενος ἀγαθὸν) δύναιτο ἂν θάνατον ἀσπάζεσθαι, ὅπως τῶν αὐτοῦ ἀγαθῶν στερηθῇ· (meliùs apud Euſebium: τῶν ἑαυτοῦ στερηθείη ἐπιθυμιῶν) ἀλλ' οὐκ ἐκ παντὸς ζῆν μὲν (hæc particula deeſt in Euſeb.) ἀεὶ τὴν ἐνθάδε βιοτὴν, καὶ λανθάνειν τοὺς ἄρχοντας ἐπειρᾶτο· οὐχ ὅτι γε (& hæc particula ab Euſeb. omiſſà) ἑαυτὸν κατήγγελλε φονευθησόμενον. *Nam & ego ipſe Platonis diſciplinæ ſectator, cum calumnioſè audirem Chriſtianos deferri, intrepide autem*

ad

ad mortem & alia, quæ terribilia eſſe cenſentur omnia, adire conſpicerem: cogitavi ipſe mecum, fieri haudquaquam poſſe, ut illi in pravitate & voluptatum amore viverent. Quis enim voluptatibus deditus, aut intemperans, aut humanarum carnium dapes pro deliciis habens, mortem libenter amplecti queat, ut ſuis ſemetipſum orbet bonis; ac non potiùs modis omnibus, ut hanc ſibi perpetuò vitam agere, & celando Principes fallere poſſit, tentet, nedum per denunciationem ſe ipſum offerat occidendum? Deinde pag. 51. ait: Χριστιανὸς εὑρεθῆναι καὶ εὐχόμενος καὶ παμμάχως ἀγωνιζόμενος ὁμολογῶ· οὐχ ὅτι ἀλλότριά ἐστι τὰ Πλάτωνος διδάγματα τοῦ Χριστοῦ, ἀλλ᾽ ὅτι οὐκ ἔστι πάντη ὅμοια, ὥσπερ οὐδὲ τὰ τῶν ἄλλων, Στωικῶν τε καὶ ποιητῶν, καὶ συγγραφέων. *Ut Chriſtianus invenirer, me & votis omnibus optaſſe, & omni contentione eò allaboraſſe profiteor: non quidem quod alienæ à Chriſto ſint doctrinæ Platonis, ſed quod non in omnibus ſibi ſint ſimiles; ſicuti nec aliorum, Stoicorum ſcilicet, & Poetarum, & Hiſtoricorum.* Poëtarum maxime impia figmenta ab Ethnica ſuperſtitione eum abegiſſe teſtatur in principio ſermonis ad Græcos pag. 37. his verbis: Μὴ ὑπολάβητε, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, ἄλογον ἢ ἀνεπίκριτον εἶναί μου τὸν ἐκ τῶν ὑμετέρων ἐθῶν χωρισμόν. οὐδὲν γὰρ ἐν αὐτοῖς εὗρον ὅσιον ἢ θεοφιλές· αὐτὰ γὰρ τὰ τῶν ποιητῶν ὑμῶν συνθέματα λύσσης καὶ ἀκρασίας ἐστὶ μνημεῖα. *Ne exiſtimate Græci, me ſine ratione & judicio à ritibus veſtris deſciviſſe. Nihil enim in illis ſanctum & Deo acceptum inveni; ſiquidem illa quæ Poëtæ veſtri compoſuere, rabiei & incontinentiæ ſunt monumenta.*

Cæterum S. Juſtinus non ſemper in patria hæſit, ſed diverſas obivit terras, variaque notatu digna in peregrinationibus ſuis obſervavit, quorum unum atque alterum refert in Paræneſi ad Græcos. Nam pag. 14. ubi LXX. Interpretes diverſis cellulis incluſos S. Scripturas non modò in eandem ſententiam, ſed & iiſdem verbis Græcè reddidiſſe memoraverat, addit: Ταῦτα οὐ μῦθος ὑμῖν, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, οὐδὲ πεπλασμένας ἱστορίας ἀπαγγέλλομεν· ἀλλ᾽ αὐτοὶ ἐν Ἀλεξανδρίᾳ γενόμενοι, καὶ τὰ ἴχνη τῶν οἰκίσκων ἐν τῇ Φάρῳ ἑωρακότες ἔτι σωζόμενα, καὶ παρὰ τῶν ἐκεῖ, ὡς τὰ πάτρια παρειληφότων ἀκηκοότες ταῦτα

ἀπαγγέλλομεν. *Hæc vobis, viri Græci, non ut fabulam, neque ut confictam historiam renunciamus: sed qui ipsi Alexandriæ fuerimus, & vestigia domuncularum apud Pharum* (septem ab ea stadiis dissitam, ut præcedenti pag. 13. ait) *adhuc reliqua viderimus, & ab incolis, qui res patrias à majoribus per manus sibi traditas acceperunt, audierimus, ea commemoramus.* Unde mox ad testimonium Philonis & Josephi Judæorum provocat. In eadem contra Græcos oratione prope finem de Sibylla Cumana differens, aliud quod in Italia peregrinatus vidit, memoriæ prodit sequentibus verbis, quæ nec me transscribere, nec illos legere pigebit, qui integra sæpe recentiorum Itinerariorum volumina legere amant: Ταύτην δὲ ἐκ μὲν Βαβυλῶνος ὡρμῆσθαί φασι, Βηρώσου τοῦ τὴν χαλδαϊκὴν ἱστορίαν γράψαντος θυγατέρα οὖσαν· εἰς (in editt. Parif. vitiosè legitur εἶς) δὲ τὰ μέρη τῆς Καμπανίας οὐκ οἶδ' ὅπως διαβᾶσαν, ἐκεῖ τοὺς χρησμοὺς ἐξαγορεύειν ἐν τινι Κυμᾷ, οὕτω καλουμένῃ πόλει, ἓξ σημείοις διεστώσῃ Βαΐων, ἔνθα τὰ θερμὰ τῆς Καμπανίας εἶναι συμβαίνει. ἐθεασάμεθα δὲ ἐν τῇ πόλει γενόμενοι καί τινα τόπον, ἐν ᾧ βασιλικὴν μεγίστην ἐξ ἑνὸς ἐξεσμένην λίθου ἔγνωμεν, πρᾶγμα μέγιστον, καὶ παντὸς θαύματος ἄξιον· ἔνθα τοὺς χρησμοὺς αὐτὴν ἀπαγγέλλειν οἱ ὡς τὰ πάτρια παρειληφότες παρὰ τῶν ἑαυτῶν προγόνων ἔφασκον. ἐν μέσῳ δὲ τῆς βασιλικῆς ἐπεδείκνυον ἡμῖν τρεῖς δεξαμενὰς ἐκ τοῦ αὐτοῦ ἐξεσμένας λίθου· ὧν πληρουμένων ὕδατος, λούεσθαι αὐτὴν ἐν αὐταῖς ἔλεγον, καὶ στολὴν ἀναλαμβάνουσαν, εἰς τὸν ἐνδότατον τῆς βασιλικῆς βαδίζειν οἶκον. ἐκ τοῦ αὐτοῦ ἐξεσμένον λίθου· καὶ ἐν μέσῳ τοῦ οἴκου καθεζομένην ἐπὶ ὑψηλοῦ βήματος καὶ θρόνου, οὕτω τοὺς χρησμοὺς ἐξαγορεύειν. *Hanc* (Sibyllam) *Babylone ortam ferunt, Berosi, qui Chaldaicam historiam scripsit, filiam: eam in Campaniæ oras nescio quomodo profectam, in urbe quadam, cui Cumæ nomen est, sexto à Baiis (qui locus thermas Campanas habet) lapide, oracula edidisse. Vidimus nos eâ in urbe cum essemus, locum quendam, in quo ingentem basilicam, uno fabrefactam saxo contemplati sumus, rem profecto maximam & omni admiratione dignissimam, ubi responsa eam dedisse affirmabant illi, qui res patrias à majoribus suis traditas acceperant. In media autem basilica ostenderunt nobis tria solia* (sive labra) *ex eodem excisa lapide; quibus aqua repletis, lavare ibi eam,* &

& stolâ sumptâ, in penitissimam basilicæ ædem eodem saxo exstructam se recipere, atque in media ea æde super sublimiore gradu & throno considere solitam, & oracula ad eum modum promulgasse dixerunt. Addit Justinus inter plurimos alios Scriptores Platonem quoque in Phædro ejus mentionem facere: & Sibyllæ quidem ibi meminit, verùm unde esset, haud indicat. Sub medium verò libri de mirabilibus auscultationibus inter Aristotelis opera, hæc legimus, à S. Martyris relatione si rectè accipiantur, haud absona: Ἐν τῇ Κύμῃ τῇ περὶ τὴν Ἰταλίαν δείκνυταί τις, ὡς ἔοικε, θάλαμος κατάγειος Σιβύλλης τῆς χρησμολόγου· ἣν πολυχρονιωτάτην γενομένην παρθένον διαμεῖναί φασιν. Ubi vocem θάλαμος haud intellexit interpres, qui sic habet: *In Cuma circa oram Italiæ ferunt thalamum subterraneum Sibyllæ fatidicæ esse, ejus scilicet, quæ ætate quamlibet provecta virginitatem servasse impollutam traditur.* Quid *perpetuæ virgini* cum *thalamo*? θάλαμος itaque hîc est sacellum, quod οἶκον ἐνδότατον τῆς βασιλικῆς dicebat Justinus. *Nam* θάλαμοι *&* καλύβαι *etiam dictæ interiores cellæ in plerisque templis, & præcipue fœminarum Dearum: unde &* θαλαμηπόλοι *earum dicti Sacerdotes*, uti notavit Salmasius in cap. 55. Solini Polyhistoris pag. 856. col. 2. Atque ita ipse Solinus cap. 2. facta Cumarum mentione ait: *Ibidem Sibyllæ sacellum est, sed ejus, quæ rebus Romanis quinquagesima Olympiade interfuit*: Ubi tamen quoad tempus hallucinatur Solinus, sicut animadvertit Salmasius in hunc locum.

Sed ad Justinum meum revertor: qui nihil quidem singulare ampliùs de se testatum in genuinis scriptis reliquit, sed tamen proprii fati vates fuisse videtur Apol. II. (in editis I.) pag. 46. his usus verbis: Κἀγὼ οὖν προσδοκῶ ὑπό τινος τῶν ὠνομασμένων ἐπιβουλευθῆναι, καὶ ξύλῳ ἐμπαγῆναι, ἢ κἂν ὑπὸ Κρίσκεντος τοῦ φιλοψόφου καὶ φιλοκόμπου· οὐ γὰρ φιλόσοφον εἰπεῖν ἄξιον τὸν ἄνδρα. *Et ego igitur expecto, ut ab aliquo eorum, qui nomine sunt Philosophi, insidiis appetar & ligno infigar, vel ab ipso etiam Crescente Philopsopho* (id est, *strepitûs popularis amatore*) *& jactabundo: indignus namque est, qui Philosophus* (id est *sapientiæ amator*) *dicatur.* Quæ verba

citans Eusebius Lib. IV. Hist. Eccles. cap. 16. in Justino vocem quandam emendandam esse docet, ipse quoad aliam corrigendus. Nam sicut apud Eusebium Φιλοψόφυ legendum est, pro ἀφιλοσόφυ, (quam vocem scriba quispiam priori non intellecta, in Justino ante Eusebium, sive in Eusebio commutavit) ita in Justino pro ἐμπαγῆναι malim ex Eusebio reponi ἐντιναγῆναι· sicut & Nicephorus Lib.III. Hist. Eccles. cap. 22. habet, & Ruffinus legit, Latinè reddens: *baculo & clava feriri*; quomodo & Langus in Nicephori, Christophorsonus autem in Eusebii versione: *fustuarium pati.* Atque hanc quidem interpretationem rejecit Valesius, per ξύλον intelligens *nervum* sive *compedes*, ut Actor. XVI. 24. ego verò tam Ruffini ac sequacium versionem, quàm Eusebii Græcam in Justino lectionem præ vulgata ideo amplector, quia eventus hisce exactè respondit; sive quod Justinus prophetico ductus ista scripserit spiritu, sive quod Crescens maligno actus spiritu illa ipsa, quæ Justinus ominatus erat, mala ei inferre voluerit. Ita enim in Actis martyrii Justini & sociorum apud Baronium Tom. II. Annal. A. 165. num. 6. sonat sententia mortis à Rustico præfecto pronuntiata: *Qui diis sacrificare & Imperatoris edicto parere noluerunt, flagello cæsi ad capitalem pœnam abducantur, quemadmodum leges præcipiunt.* Dictum factum: *Itaque sancti Martyres Deum collaudantes ad consuetum locum perducti post verbera securi percussi sunt, & in Salvatoris confessione martyrium consummarunt.* Ac Crescentem hujus passionis auctorem fuisse, Acta quidem haud perhibent, non dubitare autem nos sinit ipse Justini discipulus Tatianus in oratione contra Græcos, cujus verba in editione Paris. pag. 157. & seq. ita sonant: Κρίσκης οὖν ὁ ἐννεοττεύσας τῇ μεγάλῃ πόλει, παιδεραστείᾳ μὲν πάντας ὑπερήνεγκεν, φιλαργυρείᾳ δὲ πάνυ προσεχὴς ἦν· θανάτου δὲ ὁ καταφρονῶν οὕτως αὐτὸν ἐδεδίει τὸν θάνατον, ὡς καὶ Ἰουστῖνον καθάπερ καὶ ἐμὲ, ὡς κακῷ τῷ θανάτῳ περιβαλεῖν πραγματεύσασθαι· διότι κηρύττων τὴν ἀλήθειαν λίχνους καὶ ἀπατεῶνας τοὺς Φιλοσόφους συνήλεγχεν. Quæ ibidem Latinè reddita sunt sequentem in modum: *Crescens denique ille Megalopoli nidulatus, maxime omnium puerorum incesto amori deditus,*

deditus, & pecuniæ studio addictissimus erat: mortem verò cum cæteris contemnendam suaderet, ipse tam malè de ea sentiebat, ut Justinum, sicut & me, tanquam extremo malo morti traderetur, eò quod ille veritatem prædicans voluptuosos & impostores Philosophos argueret. Ubi plura in Græco partim, partim in Latino textu sunt emendanda ex Euseb. Lib. IV. Hist. Eccles. cap. 16. in quo ista Tatiani verba allegantur. In Latino pro *Megalopoli* lege *in magna urbe*, & intellige *Romam*. In Græco pro καταφρονῶν & αὐτὸν forte reponenda καταφρονεῖν συμβουλεύων, & αὐτὸς, ut Eusebius habet; loco καθάπερ ἐμὲ, οὓς omnino ex Eusebio substitue: καθάπερ μεγάλῳ, (neque enim sensus alioqui est perfectus) & Latinè verte: *ipse tantopere eam* (mortem) *formidabat, ut Justinum, tanquam gravissimo malo, morti tradere conaretur.* Melior quoque videtur lectio Eusebii ἐξήλεγχεν quàm συνήλεγχεν: siquidem hoc verbum vix uspiam in Scriptoribus reperire est.

Cæterùm Martyrium Justini quod attinet, Acta modò citata de alio Justino accipienda esse, nostrum autem cicuta è medio sublatum vult Clariss. Papebrochius ad diem 13. Aprilis num. 4. & seqq. Ast mihi nullum dubium, de nostro Justino ibi agi, utpote cui omnes ibi designati characteres apprime conveniunt. Ita enim ibi Justinus ad Præfectum fatur: *Omnium disciplinarum genus discere conatus sum, omnemque eruditionem expertus, postremò verò Christianorum disciplinæ adhæsi.* Atqui hæc illa ipsa sunt, quæ suprà pag. 135. & seq. ex Dialogo cum Tryphone allegavi. Porro interroganti Præfecto respondit Justinus: *Ego prope domum Martii cujusdam ad Balneum cognomento Timothinum hactenus mansi: veni autem in urbem Romam secundò, neque alium quempiam locum, nisi quem dixi, cognosco: ac si quis ad me venire voluit, communicavi cum illo veritatis doctrinam.* Justinum autem Martyrem bis Romam venisse constat, deque eo Eusebius Lib. IV. cap. 11. Καὶ γὰρ ἐπὶ τῆς Ῥώμης τὰς διατριβὰς ἐποιεῖτο. *Ipse enim in urbe Roma domicilium habuit,* uti Valesius vertit: quanquam διατριβαὶ etiam congressus a-

ac colloquia ſignificent, ſicque & alterum iſtud exprimant, quod Juſtinus ait, *ſe veritatis doctrinam cum aliis communicâſſe.* Id enim ſtudium noſter Juſtinus in Dialogo quoque cum Tryphone Judæo pag 308. profitetur his verbis: οὓς ὁμοίως ὑμῖν μεταπείθειν μὴ πλανᾶσθαι ἀγωνιζόμεθα, εἰδότες ὅτι πᾶς ὁ δυνάμενος λέγειν τὸ ἀληθὲς, καὶ μὴ λέγων, κριθήσεται ὑπὸ Θεοῦ. *Quos* (errantes Ethnicos) *ſimiliter ut vos* (Judæos) *perſuaſionibus eò traducere contendimus, ut ne errare pergant: compertum habentes, qui cum verum dicere queat, & non dicat, eum à Deo judicatum iri.* Et p. 354. Ἐγὼ ὃ ἐπίσταμαι ἐρῶ· οὔτε γὰρ εἰδότα μὴ λέγειν δίκαιον ἡγοῦμαι. *Ego quod ſciam, dicam: neque enim ſi ſciam, juſtum eſſe, ut non dicam, puto.* Confer Lib. de Monarchia Dei ab initio. Ulteriùs cùm Præfectus Juſtinum interrogâſſet: *Perſuaſumne habes fore, ut in cœlum adſcendas?* ipſe reſpondit, ſe utique gratuitam ſperare mercedem in cœlis, *conſervandam quoad totus mundus conſummetur.* Quam reſponſionem iterum hypotheſibus Juſtini conſonam eſſe quilibet fatebitur, qui Dial. cum Tryphone pag. 233. & 306. &c. legerit. Accedit denique ſuffragium Hieronymi in Catalogo Script. Eccleſ. de Juſtino noſtro dicentis: *Pro Chriſto ſanguinem fudit*; quod de homine potu veneni enecato dici haud poteſt, quicquid contra diſputet Papebrochius. Fruſtra verò objicit, quod in dictis Actis *nihil legatur de libellis Imperatori oblatis, vel de diſputationibus contra Philoſophos, vel de Creſcentis Cynici machinationibus.* Neque enim Scriptori iſti animus fuit, omnem Juſtini vitam cunctaque ejus acta enarrare, ſed ultimam ſolùm paſſionem, quæque proximè eam anteceſſerunt, literis conſignare; ſiquidem his incipit verbis: *Comprehenſi Juſtinus & qui cum illo erant, adducti ſunt ad urbis Præfectum Ruſticum nomine.* Quis iſtud malum Juſtino ſtruxerit, addere minus neceſſarium exiſtimavit; licet ex ſupra dictis conſtet, Creſcentem illum fuiſſe, ut & alios Philoſophos, de quibus Aponius ſub finem Lib. I. Commentariorum in Canticum Canticorum ad iſta verba: *Filii matris meæ pugnaverunt contra me*, ita ſcripſit: *Sicut de*

de magno viro Justino Philosopho refert factum, qui ex sua vanissima ad veram Philosophiam Christi dum convertitur, & conversus pro sancta religione contra Gentiles pugnat, & quosdam filios matris Philosophos redarguit blasphemantes, callidè in secreto vocatus, ab iis magistris interfectus est. Quæ Aponii verba ideo adduxi, quoniam citatum Actorum initium bene illustrant, & quomodo Justinus à Philosophis in secretum quendam locum invitatus, dolo captus, indeque ad supplicium raptus sit, exponant. Sed ut ad rem redeam, neque Græci in Menologio, ad quod provocat Papebrochius, ei patrocinantur. Equidem duos illi faciunt Justinos, cicuta è medio sublatum unum, alterum cum sociis capite truncatum. Sed unde probabitur, eum de quo loquimur Justinum priorem, non posteriorem esse? quin posteriorem fuisse Græci apertè docent in Menæo apud Halloixium in Vita Justini cap. 26. Nihil igitur est, quod in sententiam diligentissimi alioqui & de pluribus sanctis optimè meriti Papebrochii nos pertrahat; plura verò ante dicta contrarium demonstrant. Quibus & hoc accedit, quod Rusticus præfectus, qui sententiam mortis in Justinum pronunciasse in Actis narratur, sub Marco Antonino floruerit: quo imperante Justinum nostrum obiisse martyrium, jamjam probabo.

Equidem Eusebius in Chronico Canone ad Annum 13. Antonini Pii adscripsit: Κρίσκης Κυνικὸς φιλόσοφος ἐγνωρίζετο, ὃς Ἰουστίνῳ τῷ καθ' ἡμᾶς θείῳ φιλοσόφῳ τὸν μαρτυρικὸν συνεσκεύασε θάνατον, ἐλεγχόμενος ὑπ' αὐτοῦ ὡς λίχνος καὶ ἀπατεών. Quæ verba Hieronymus vertit: *Crescens Cynicus agnoscitur: qui Justino nostri dogmatis Philosopho, quia se* (illum) *gulosum & prævaricatorem Philosophiæ coarguebat, persecutionem suscitavit, in qua ille gloriose pro Christo sanguinem fudit.* Similiter & in primo Tractatu χρονικῶν extrema Justini fata inter res sub Antonino Pio gestas referuntur. Sed correxit postea hunc errorem Eusebius in Historia Ecclesiastica Lib. IV. cap. 16. ubi ait, Justinum Martyrii corona redimitum fuisse, postquam secundam Apologiam Imperatoribus obtulit: hanc autem mox cap. 18. Antonino Vero,

Antonini

Antonini Pii ſucceſſori, nuncupatam eſſe expreſſè teſtatur. Quæ res ſi ita ſe habet, nullum eſt dubium, quin ſub modò dicto Imperatore vitam finiverit Juſtinus. Aſt Valeſius in Notis ad locum proximè citatum, tribus argumentis contra Euſebium probare contendit, poſteriorem quoque Juſtini Apologiam Antonino Pio ac Senatui traditam fuiſſe. Cujus ſententiæ ſubſcripſere duo illuſtria Eccleſiæ Anglicanæ lumina doctiſſimique præſules, Pearſonius & Fellus, horumque amicus, doctiſſimus Dodwellus Diſſert. III. in Irenæum §. 19. Reſpondit tamen argumentis Valeſii Cl. Dupinius Not. 5. ad *caput* de Juſtino Martyre, ac pleniùs ea refellit Pagius in Critica contra Baronium ad A. 162. num. 2. ſeq. ex quo excerpta leguntur apud Tentzelium Part. I. Diſſertationum Selectarum pag. 422. Primum argumentum Valeſii inde petitum eſt, quod Juſtinus in dicta Apologia factum alicujus mulieris narrans dixerit, eam libellum obtuliſſe σοὶ τῷ αὐτοκράτορι, cùm plurali numero uti debuiſſet, ſi Marco Antonino ejuſque collegæ Lucio Vero illam porrexiſſet. Ad hoc regeſſit Pagius, *etiam dum plures Imperium adminiſtrarent, in actis publicis ſæpe unius tantùm mentionem factam.* Id quod non modò ipſe loco citato probat, ſed & pluribus exemplis aliâ occaſione confirmavit laudatus Dn. Dodwellus cap. 14. Diſſertationis de primæva Pontificum Romanorum ſucceſſione. Accedit quod Lucius Verus tunc Româ abfuiſſe, & in Perſas expeditionem feciſſe videatur, quando Juſtinus Apologiam obtulit: unde & Euſebius loco citato eam πρὸς τὸν Ἀντωνῖνον Οὐῆρον directam fuiſſe ait, nulla Lucii Veri mentione facta; licet præcedenti cap. 16. illam ἄρχουσι *Imperatoribus* in plurali numero traditam dicat. Sed miſſo priori argumento ad ſecundum progredior, quod majoris momenti eſſe videtur. Id Valeſio ſuppeditarunt iſta, quæ Juſtinus refert, Lucii Martyris verba, Urbicium Præfectum ita alloquentis: οὐ πρέποντα εὐσεβεῖ αὐτοκράτορι, οὐδὲ φιλοσόφῳ Καίσαρος παιδὶ, οὐδὲ ἱερᾷ συγκλήτῳ κρίνεις, ὦ οὐρβίκιε, (uti legimus apud Euſeb. Lib. IV. cap. 17. rectiùs quàm in editt. Juſtini, ubi perperam habetur φιλοσόφου) *Hujuſmodi forma judicii*

judicii non convenit temporibus Imperatoris Pii, nec Philosophi Cæsaris filii, nec Senatui Romano. Quibus apertè *Antoninum Pium*, & *Antoninum Philosophum* designatos vult Valesius. Respondet verò Pagius, Marcum Antoninum Philosophum quandoque etiam *Pium* cognominatum fuisse non modò in Nummis & Inscriptionibus, sed & apud Themistium, cujus verba ipse Valesius in Notis ad Lib. V. Euseb. cap. 5. citavit. Addo, Julium Capitolinum quoque Vitam Marci Antonini tam sanctitatis ejus quàm Philosophiæ encomio exorsum fuisse sequentem in modum: *Marco Antonino in omni vita philosophanti viro, & qui sanctitate vitæ omnibus præcelluit*, &c. Unde & à Lucio talis titulus ei tribui potuit. Vidit hoc Valesius, ideoque præoccupans ait: *Dicet forte aliquis, nomine Imperatoris Pii Marcum designari, quippe qui Patris sui cognomen assumpserit.* Excipit itaque ulteriùs: *Sed si hoc conceditur, quisnam erit ille Philosophus Cæsaris filius?* Mira sane quæstio, tantoque viro, quantus Valesius erat, indigna. Imo verò Philosophus Cæsaris filius erat, non quidem Commodus, uti Dupinius falsò opinatus est; sed Lucius Verus, Marci Antonini in imperio gerendo coadjutor, cui Justinus Martyr jam Apol. I. hunc ipsum titulum adscripserat, & de quo Julius Capitolinus in Vita ejus parum ab initio: *Huic*, inquit, *naturalis pater fuit L. Ælius Verus, qui ab Adriano adoptatus, primus Cæsar est dictus.* Tantum itaque abest, ut secundum Valesii argumentum rem evincat, ut contrà potius probet, Apologiam II. M. Antonino & L. Vero ac Senatui Romano oblatam fuisse. Si enim Lucius tempore Antonini Pii Urbicium istis, quæ supra recitata sunt, verbis compellâsset, præter Senatum & Cæsaris filium Lucium Verum duo ipsi nominandi fuissent Antoninus Pius & Marcus Aurelius Antoninus, sicuti Justinus initio Apologiæ II. illos omnes distinctè alloquitur. At verò dum unius tantùm Pii αὐτοκράτορος mentionem fecit Lucius, alterum solùm horum tunc superstitem fuisse colligo, Marcum scilicet Antoninum, cognomento *Philosophum* & *Pium*. Atqui hunc

præcipuè Justinus respexit in clausula dictæ Apologiæ, quæ ita sonat: Εἴη οὖν καὶ ὑμᾶς ἀξίως εὐσεβείας καὶ φιλοσοφίας τὰ δίκαια ὑπὲρ ἑαυτῶν κρῖναι. *Itaque & vobis liceat, prout pietas & Philosophia requirit, justa in vosmetipsos decernere.* Tertiam denique Valesii objectionem à persona Urbicii, utpote quem sub sub Antonino Pio Præfectum urbi fuisse probat, desumptam facile solvit Pagius, dicens, *eum Præfecturam urbanam Antonino Pio imperante, iterumque eandem dignitatem Marco imperium administrante gessisse*: unde posteriori vice ea quæ Justinus in Apologia refert contigere, ac paulo post, succedente in locum Urbici Rustico, eadem ipsi Justino accidêre, sicut ex Actis supra dictis patet. Rusticum enim singularem apud M. Antoninum gratiam iniisse, ac bis Consulatum gessisse, Julius Capitolinus in vita M. Antonini disertè testatur.

Jam ulteriùs inquirendum est, quo Marci Aurelii Antonini, quove propriæ ætatis anno martyrio defunctus sit Justinus. Missis diversis aliorum sententiis, quas diligenter recensuit Tentzelius Exercit. IV. §. 8. ego anno Christi 163. vel 165. id factum arbitror. Rusticus enim Præfectus, sub quo Justinum passum esse ex Actis martyrii & Epiphanii hæres. XLVI. liquet, præfecturam Consulatu Æliani & Pastoris suscepit, uti docet Reinesius Epist. XXXV. pag. 247. Horum verò consulatus incidit in an. 163. ut ex Fastis patet. Atqui ad hunc annum in Chronico Alexandrino hæc adscribuntur: Μεγίστων τὴν Ἀσίαν ἀνασοβησάντων διωγμῶν, πολλοὶ ἐμαρτύρησαν. *Maximis Asiam turbantibus persecutionibus, plures martyrio affecti sunt.* Sequuntur ibidem Consulatus Macrini & Celsi, indeque Orphiti & Pudentis, ubi demum de Justino: Ἰουστῖνος φιλόσοφος τοῦ καθ' ἡμᾶς λόγου δεύτερον ὑπὲρ τῶν καθ' ἡμᾶς δογμάτων βιβλίον ἀναδοὺς Μάρκῳ Αὐρηλίῳ καὶ Ἀντωνίνῳ Βήρῳ τοῖς αὐτοκράτορσι, θείῳ κατακοσμεῖται, οὐ μετ' οὐ πολὺ, στεφάνῳ τῷ τοῦ μαρτυρίου, Κρίσκεντος αὐτὸν ὑποβάλλοντος. *Justinus Philosophus nostrarum partium, cum alterum pro nostris dogmatibus volumen Marco Aurelio & Antonino Vero Augustis porrexisset, non longo pòst tempore divinâ martyrii coronâ à Crescente delatus exornatur.* Juxta hunc itaque

Auctorem

Auctorem anno Christi 165. Justinus obiit. Quo autem ætatis suæ anno? puto 74. vel. 76. idque colligo ex Epiphanio, qui hæres. XLVI. §. 1. de Justino scribit: ὑπὲρ Χριστοῦ μαρτυρήσας τελείου στεφάνου κατηξίωται ἐπὶ τῆς Ῥωμαίων, ἐπὶ Ῥουστικοῦ ἡγεμόνος καὶ Ἀδριανοῦ βασιλέως, ἐτῶν τριάκοντα ὑπάρχων ἐν καθεστώσῃ ἡλικίᾳ. *Pro Christo martyrio perfunctus, perfectissimam coronam adeptus est Romæ, sub Rustico præfecto, Adriano imperante, in ipso flore juventutis, anno videlicet ætatis trigesimo.* Ubi grandem quidem errorem commisit Epiphanius, dum sub Hadriano Imperatore, ut plurimi eum intelligunt, vel Rustico & Hadriano tertiùm Consulibus, uti Cl. Dodwellus verba Epiphanii rectiùs accepit, martyrium Justini contigisse putavit. Id autem vero est simillimum, Justinum Rustico & Hadriano III. Consulibus, id est, an. Christi 119. annum trigesimum ætatis egisse, indeque anno Christi 89. natum, & anno 163. vel 165. denatum, 74. vel 76. annos vitæ absolvisse. Cui meæ conjecturæ haud absimilis est opinio Papebrochii loco supra citato, ubi verba Epiphanii in hunc sensum transformare tentavit; licet fatear, nimis violentam mihi videri ejus emendationem, quam proinde missam facio, sed sententiam ejus amplector libentissimè. Scio quidem prorsus diversas rationes hîc iniisse supra laudatum Dn. Dodwellum, qui Justinum Dissert. III. in Irenæum §. 19. XXX. ætatis annum non excessisse, & anno Christi 119. natum, anno 149. defunctum esse putavit. Verum haud à me impetrare possum, ut huic excellentissimi Chronologi calculo meum adjiciam. Obtulit enim ex opinione laudati viri Dissert. IV. in Irenæum §. 37. Justinus Apologiam primam Antonino Pio primo imperii ejus anno, æræ vulgaris 138. jamque tum paratum habuit librum adversus omnes hæreses. Vix autem fieri potuit, ut juvenis novendecim annorum defensionem Christianæ Ecclesiæ coram Imperatore in se susciperet ipsique librum traderet, & quidem talem, qui omnigenam tam Gentilium quam Christianorum dogmatum notitiam planissimè ostendit. Nec video, quomodo jam antè adversus omnes hæreses volumen scribere potuerit,

nisi jam per aliquot annos in Christianæ Ecclesiæ communione vixerit. Porro antequam Christianam suscepit fidem, diu cum Philosophis versatus fuit: ac primò quidem cum Stoico quopiam, de quo in Dialogo cum Tryphone pag. 218. ait: ἐπέδωκα ἐμαυτὸν Στωικῷ τινι, διατρίψας ἱκανὸν μετ' αὐτοῦ χρόνον. *Stoico cuidam me dedi, cum hoc longo satis versatus tempore.* Inde Peripateticum, mox Pythagoricum adiit magistrum; & his quidem statim relictis, ad Platonicum inde se contulit: cum hoc verò iterum aliquamdiu vixisse ex verbis supra pag. 135. citatis liquet. Quæ aliaque in unum collecta Justini infra decimum nonum annum ætas nullo modo capere videtur. Adderem & istud, quod Justinus in Epistola ad Diognetum se μαθητὴν τῶν Ἀποστόλων professus, ideoque aliquamdiu ante annum 119. natus fuerit, nisi & illius epistolæ auctoritas, & hujus tituli sententia esset dubia, ut suo loco dicetur.

Porro de libris Justini Martyris, tam iis, quos superstites habemus, quàm istis quos amisimus, quorumque fragmenta hinc inde collecta sistam, dicendum est; servato in illis eo, quo in editionibus, Comeliniana ac Parisiensibus, novissimaque Germanica collocati sunt, ordine. Primò occurrunt duæ orationes contra Græcos, quas Justino attribui quidem posse censet Dupinius; attamen de iis dubitat, quod Eusebius de his siluerit, & eorum stylus à stylo Justini paulò discrepare videatur. Sed tantillæ styli differentiæ nulla habenda est ratio, præsertim cum diversis temporibus ac locis sæpe diversum in modum Auctores scribere quotidiana nos doceat experientia. Quod verò de silentio Eusebii dicit, id vel falsum, vel saltem valde dubium est. Eusebius Lib. IV. cap. 18. præter duas Apologias totidem λόγους πρὸς Ἕλληνας à Justino scriptos memorat: quorum neutrum esse, sive priorem, qui sub titulo Parænescos ad Græcos modò extat, sive posteriorem, qui λόγος πρὸς Ἕλληνας est inscriptus, unde probabitur? Ex priore sane aliqua tanquam Justini citavit non solùm Damascenus Lib. II. Parallelorum cap. 26. quæ pag. 5. & 11. edit. Paris. leguntur; sed & Stephanus Gobarus apud Photium

Cod.

Cod. CCXXXII. pag. 899. quæ omnia pag. 21. edit. Pariſ. extant. Et bene quidem notandum, quod Photius hæc referens, quaſi in parentheſi addat: τῷ δὲ περὶ τῆς ἑλληνικῆς μὲν δόξαν συνένηνεκτο μάχη, καὶ τῆς Πλάτωνος ἔλεγχος κατεσκευάζετο. *Iſto autem libro diſputatio contra Gentilium opiniones & Platonis refutatio continetur.* Quo ipſo ſatis indicat, hunc ipſum eſſe librum, de quo Cod. CXXV. quatuor Juſtini tractatus contra Gentiles recenſens ait: ὁ δὲ τέταρτος αὐτῷ λόγος ὁμοίως κατὰ τῶν ἐθνῶν συγκείμενος, Ἔλεγχος ἐπιγραφὴν ἔχει. *Quartus denique liber & ipſe contra Gentes compoſitus, Elenchus* ſive Refutatio *inſcribitur*. Atque ita etiam Euſebius loco citato, Καὶ αὖθις ἕτερον πρὸς Ἕλληνας εἰς ἡμᾶς ἐλήλυθεν αὐτοῦ σύγγραμμα, ὃ καὶ ἐπέγραψεν Ἔλεγχον. Quapropter non dubito Paræneſin eſſe ultimum ab Euſebio memoratum librum Juſtini. Nec obſtat, quod modò non *Elenchi*, ſed *Parænеſeos* titulum gerat. Quis enim neſcit, titulos librorum aliquando mutari, aliquando ab ipſis etiam Auctoribus plures uno poni: quorum alterutrum in hoc Juſtini tractatu facile contingere potuit. Potuit inquam, ſcriba aliquis conſiderans principium hujus libri: Αρχόμενος τῆς πρὸς ἡμᾶς παραινέσεως, ὦ Ανδρες Ἕλληνες, abjecta *Elenchi* inſcriptione, iſtum præfigere titulum: τοῦ ἁγίου Ιουστίνου, Φιλοσόφου καὶ μάρτυρος, λόγος παραινετικὸς πρὸς Ἕλληνας, quem non modò nos nunc in editis legimus, ſed eodem prorſus modo Joannes Damaſcenus in ſuo Codice habuit; ſiquidem in MS. Græco Parallelorum exemplari in Claromontano apud Pariſienſes Collegio dicto loco tractatus Juſtini hoc modo citatur: τοῦ ἁγίου Ιουστίνου τοῦ Φιλοσόφου καὶ μάρτυρος ἐκ τοῦ πρὸς Ἕλληνας παραινετικοῦ· Αδύνατον οὕτως μεγάλα, &c. Cæterùm iſte, qui in editt. Pariſ. pag. 37. ſequitur λόγος πρὸς Ἕλληνας, aut Juſtino Martyri falsò eſt ſuppoſitus, aut ſi genuinus ſit, & ipſe tertio loco ab Euſebio memoratus ὁ πρὸς Ἕλληνας λόγος, maxima certè parte eſt mutilus. Ait enim Euſebius de illo, quo uſus eſt, Juſtini Sermone: ἐν ᾧ μακρὸν περὶ πλείστων παρ' ἡμῖν τε καὶ τοῖς ἑλλήνων Φιλοσόφοις ζητουμένων κατατείνας λόγον, περὶ τῆς τῶν δαιμόνων διαλαμβάνει φύσεως, *In quo cùm de aliis plurimis quæſtionibus, quæ tam à noſtris, quàm à Gentilium Philoſophis agitari ſolent, uberrimè diſputat.*

putat, tum de Dæmonum naturâ ſententiam ſuam exponit. At nihil tale in dicto Sermone ad Græcos reperitur. Periiſſe itaque ille videtur, nec quicquam ſupereſt præter unicum, quod Tatianus laudat dictum, & integram ſententiam à Leontio Byzantino allegatam, quam ex MS. Cod. Bibliothecæ Bodleianæ deſcriptam ſuo loco dabo.

Progredior ad duas Apologias, quas in editionibus Juſtini inverſo ordine poſitas eſſe notius eſt, quam ut dici debeat. Sed id adhuc inter eruditos controvertitur, quando Apologia I. (in editt. II.) Antonino Pio, nec non Marco Aurelio & Lucio Vero atque Senatui ſit porrecta? Cl. Dodwellus loco ſupra dicto ac in Addit. ad Pearſonii Diſſert. II. de Annis Pontificum Roman. §. 3. ut & Pagius in Diſſertatione Hypatica pag. 114. ſeq. eam anno 1. Antonini, 138. Chriſti oblatam ſtatuerunt. *Quod vel ſolius illius Apologiæ titulus evincit,* inquit Pagius; eoque recitato, ita argumentatur: *Anno Chriſti* 139. *Marcus ab Antonino Pio Cæſar, anno verò* 147. *Imperii Collega nuncupatus fuit. Quare cum neuter titulus in eadem Periocha* (inſcriptione Apologiæ) *memoretur, apparet eam Apologiam ante eos honores Marco conceſſos ſcriptam fuiſſe, ideoque anno* 138. *aut initio ſequentis. Prorſus enim incredibile, Juſtinum, qui tam Marco quam Lucio alios titulos Cæſareâ dignitate & imperio Proconſulari longè inferiores attribuit, hos prætermiſiſſe.* Antequam ad hoc argumentum reſpondeam, ea prius proferam, quæ me certiorem fecere, circa annum Chriſti 150. vel ſaltem non diu antè, à Juſtino ſcriptam eſſe hanc Apologiam. Primo loco produco verba Juſtini de Marcione ita ſonantia: Μαρκίωνα δέ τινα Ποντικὸν, ὃς καὶ νῦν ἔτι ἐστὶ διδάσκων τοὺς πειθομένους, ἄλλον τινὰ νομίζειν μείζονα τοῦ δημιουργοῦ Θεὸν, ὃς κατὰ πᾶν γένος ἀνθρώπων διὰ τῆς τῶν δαιμόνων συλλήψεως πολλοὺς πεποίηκε βλασφημίας λέγειν. *Marcion verò Ponticus uſque adhuc docet diſcipulos ſuos, alium quendam Opifice mundi majorem opinari Deum; qui per omne quoque genus hominum, Dæmonum fretus auxilio, plurimis auctor eſt, ut blaſphema dicant.* Et pag. 92. iterum de eodem ſcribit: ᾧ πολλοὶ πεισθέντες ὡς μόνῳ τ' ἀληθῆ ἐπισταμένῳ

ἡμῶν

ἡμῶν καταγελῶσιν. *Cui permulti credentes, quasi soli vera scienti, nos derident.* Ex quibus duo colligo, primum, aliquamdiu antequam Justinus hæc scriberet, Marcionem hæretica dogmata sparsisse, quia ait: νῦν ἔτι διδάσκων, *usque adhuc docens*; alterum, quod jam tum Marcion longe lateque κατὰ πᾶν γένος ἀνθρώπων, sectatores habuerit, quodque hæresis ejus multum invaluerit. Atqui hoc tempore Aniceti Papæ Romani demum factum esse expressè docet Irenæus Lib. III. cap. 4. his verbis: *Marcion illi* (Cerdoni) *succedens invaluit sub Aniceto, decimum locum Episcopatûs continente. Invaluit*, inquam, *sub Aniceto*; licet sub *Pio* ejus antecessore Marcionem virus à Cerdone hausisse, & evomere etiam cœpisse haud negem. Anicetus autem juxta accuratissimas Pearsonii & Dodwelli rationes anno 142. Christi sedem Romanam occupavit. Aliquando pòst itaque Apologia Justini scripta fuerit necesse est. Nec dubitare nos hac de re sinunt alia, quæ secundum argumentum suppeditant, Justini verba, πρὸ ἐτῶν ἑκατὸν πεντήκοντα γεγεννῆσθαι τὸν Χριστὸν ἐπὶ Κυρηνίου, δεδιδαχέναι δὲ, ἃ φαμὲν διδάξαι αὐτὸν, ὕστερον χρόνοις ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, *ante annos centum & quinquaginta Christum sub Cyrenio natum esse, docuisse autem, quæ docuit, postea sub Pontio Pilato.* Licet verò cum Baronio aliisque CL. præcisè anno Apologiam oblatam asserere nolim, bene gnarus, scriptores numero rotundo identidem uti, id tamen rectè inde infero, circa hunc annum, nec diu antè, id factum esse, saltem non anno 138. vel 139. siquidem nulla ratio dari potest, cur non Justinus tunc CXL. potius quàm CL. posuisset annos. Nec quicquam cogit, Justini verba de alia quapiam æra accipere: & quomodocunque tandem accipiantur, non tamen ad annum 138. reduci poterunt. Contrarium verò Pagii argumentum non tanti momenti est, ut adductis duabus rationibus præponderet: neque enim prisci Christiani stylum Curiæ adeo accuratè observasse sunt censendi, ut certa inde deduci possint argumenta. Addo, in hac ipsa inscriptione Justinum *Cæsaris* titulum ideo forte M. Aurelio tribuere noluisse quod jam Antonino Pio, quem primo loco nominaverat, illum adscripsisset; vel quod

quod ſatis honoris duxerit, Philoſophum eum appellare. Fallitur enim Pagius, dum Philoſophi titulum Cæſareâ dignitate inferiorem cenſet; imò ſuperiorem à quibuſdam tum habitum fuiſſe ex ea, quam Athenagoras Legationi pro Chriſtianis præfixit, inſcriptione colligitur, quæ talis eſt: Αὐτοκράτορσιν, Μάρκῳ Αὐρηλίῳ Αντωνίνῳ, καὶ Λυκίῳ Αὐρελίῳ Κομμόδῳ, Αρμενιακοῖς, Σαρματικοῖς, τὸ δὲ μέγιστον, Φιλοσόφοις. *Imperatoribus M. Aurelio Antonino & Lucio Aurelio Commodo, Armeniacis, Sarmaticis, & quod maximum eſt, Philoſophis.* Neque ratio Scaligeri in animadverſionibus ad Euſeb. pag. 219. quod nempe Juſtinus bellum ſub Adriano Judæis illatum dicat, τὸν νῦν γεγενημένον πόλεμον, probare poteſt, Apologiam anno I. Antonini oblatam eſſe, cum id de bello decem aut duodecim abhinc annis geſto rectè dici queat, uti bene reſpondit Dupinius, qui poſt Papebrochium §. 16. ſeqq. eandem mecum defendit ſententiam.

At quod Apologiam II. (in editt. I.) attinet, hanc nimis ſerò Anno Chriſti 171. oblatam cenſuit Papebrochius loco citato, ſiquidem ex ante dictis patet, Juſtinum ante hunc annum martyrio defunctum fuiſſe: quod Papebrochio rectè oppoſuit Pagius ad A. C. 162. num. 11. addens inſuper, *Euſebium tradere, eam Marco & Vero oblatam eſſe, Lucium autem Verum ipſo fine anni* 169. *demortuum eſſe*, ſicut & in Diſſert. Hypatica pag. 217. docuit. Merito etiam Pagius ad A. C. 148. num. 3. aliam Papebrochii, quique ei præivit Scaligeri, opinionem refutavit, Apologiam II. Juſtini totam periiſſe cenſentium, & eam, quæ hodie pro illa habetur, fuiſſe Præfationem prioris, ſeu *Inductionem quandam*, ut Papebrochius vocat, *ad Imperatoris populique animos præparandos*, &c. Quem errorem poſt Pagium ſatis redarguit diligentiſſimus librorum Juſtini & controverſiarum de iis enarrator Tentzelius in addendis ad Num. 16. Diſſertat. de Juſtino Martyre. Conſtat verò, paucas periodos poſterioris Apologiæ parum ab initio, ubi vacuus in editis apparet locus, injuriâ temporum excidiſſe: quarum unam ex MS. parallelorum Damaſceni in Collegio Claromontano apud Pariſienſes Codice infrà reſtituam.

Poſt

Poſt duas orationes contra Gentes totidemque Apologias ſequitur in editt. Juſtini liber *de Monarchia Dei*, ſive potiùs poſterior iſtius pars. Nam Euſebius loco citato mentionem faciens Tractatûs περὶ Θεοῦ μοναρχίας, addit: ἣν οὐ μόνον ἐκ τῶν παρ' ἡμῖν γραφῶν, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν ἑλληνικῶν συνίστησι βιβλίων· *Quam* (Dei Monarchiam) *non ſolùm auctoritate ſacrorum apud nos voluminum, ſed Gentilium etiam Scriptorum teſtimoniis aſſerit.* Atqui in editis non niſi Ethnicorum Poetarum verſus pro unitate Dei habentur; ſacrorum autem Scriptorum dicta omnino nulla: quæ tamen præceſſiſſe, ipſe Juſtinus ſatis indicat, his, quæ profanis teſtimoniis præmiſit, verbis: ἐγὼ δὲ ὡς μικρῷ πρόσθεν ὑπέστην, φιλοθέῳ τῇ γνώμῃ κεχρημένος, φιλανθρώπῳ χρήσομαι φωνῇ. *Ego verò, ſicuti paulò antè promiſi, poſtquam divinâ uſus ſum auctoritate, humanas uſurpabo voces*, &c. Sed ſcriba quiſpiam minus neceſſarium forte judicavit, dicta Divinæ Scripturæ longâ ſerie recenſita deſcribere, quod plura ſacrorum Bibliorum extarent exemplaria, ideoque profanis tantùm exarandis manum admovit. Mutilus itaque modò eſt dictus Juſtini Martyris liber; attamen genuinus, quoad iſtam, quam habemus, partem: nec leves partim, partim falſæ Perionii objectiones contrarium evincunt.

Quæ pag. 110. ſequitur, *Juſtini quorundam dogmatum Ariſtotelicorum everſio*, ab eruditis in dubium vocatur, quod in præfatione ad *Paulum Presbyterum*, ſingularem perſonam Auctor plurali uſus ſit numero his verbis: ἐν ὑμῖν, ὦ τιμιώτατε πρεσβύτερε Παῦλε, *In vobis, honoratiſſime presbyter Paule*, & mox: περὶ ὧν ἐνετείλασθέ μοι, *De quibus me juſſiſtis*, &c. Atque id unicum eſt, quod à Juſtino ac ejus ætatis charactere utique alienum videtur. Rivetus quidem Lib. II. Critici ſacri cap. 5. aliique poſt eum contra hunc librum hanc quoque objiciunt formulam: ἐπειδὴ ἔδοξε τῇ σῇ θεοσεβείᾳ, *quandoquidem tuæ pietati placitum eſt.* Sed id omnino negligentiam reſipit; quippe hæc verba non in *Ariſtotelicorum dogmatum everſione*, ſed *in Quæſtionibus & Reſponſionibus ad Græcos* pag. 161. extant; quas ut ſpurias evinceret Sylburgius, hanc periphraſin produxit. Cæterùm

quod Perionius ex Photio animadvertit, hunc duos priores duntaxat Physicæ auscultationis Aristotelis libros à Justino refutatos vidisse, cum contrà is, qui nunc superstes est, Tractatus tertium quoque & sequentes Physicorum, nec non tres de Cœlo libros Aristotelis impugnet, id consideratione dignum mihi visum. Quâ adhibitâ, quid in mentem venerit, dicam, ubi priùs ipsa Photii Cod. CXXV. verba recensuero: Καὶ ἔτι ἑτέρα αὐτοῦ πραγματεία κατὰ τοῦ πρώτου καὶ δευτέρου τῆς φυσικῆς ἀκροάσεως, ἤτοι κατὰ εἴδους, καὶ ὕλης, καὶ στερήσεως ἐπιχειρηματικοὶ, καὶ βίαιοι, καὶ χρειώδεις λόγοι· καὶ κατὰ τοῦ πέμπτου σώματος ὁμοίως, καὶ κατὰ τῆς ἀϊδίου κινήσεως, ἣν Ἀριστοτέλης δεινότητι λογισμῶν ἐναπέτεκεν. *Et alius insuper ejus tractatus extat, contra primum & secundum librum Physicæ auscultationis* (Aristotelis) *sive contra Formam, & Materiam, & Privationem epicheirematicæ & cogentes atque perutiles rationes: nec non contra quintum illud corpus & motum sempiternum, quem Aristoteles vi ratiocinationum peperit.* Hæc dum cum edito Justini Tractatu confero, Photium ista solùm in suo Codice habuisse deprehendo, quæ ab initio usque ad Num. 16. & ulteriùs à Num. 46. usque ad finem, vel saltem prope finem leguntur. Quippe in prioribus quædam Aristotelis Lib. I. & II. Physicorum dicta examinat: in posterioribus contra cœli & motûs cœlestis æternitatem ab Aristotele in libris de Cælo assertam disputat. Unde igitur illa, quæ à Num. 16. usque ad 46. excurrunt contra Lib. III. IV. &c. Physicorum Aristotelis à Justino objecta? anne hæc à quopiam post Photii ætatem inserta sunt, ut completam contra omnes Physicorum libros redderet disputationem? Id equidem si factum fuisset, Tractatum Justini interpolatum, novâque accessione auctum evinceret, non tamen spurium. Sed aliter rem se habere, ac imperfectum potius Photii Codicem fuisse suspicor, mutilatum scilicet ab imperito scriba, qui in refutatione verborum Aristotelis, ex Lib. II. Physicorum Aristotelis Num. 12. adscriptorum, citata aliqua reperiens ex Lib. I. & II. de Cœlo, quæ Num. 13, 14, & 15. sequuntur, hæc cum Num. 46. ubi Justinus incipit hypotheses Aristotelis de Cœlo refellere,

refellere, conjungenda existimavit, ideoque omnia intermedia malè omisit. Atque hinc, ut obiter id moneam, patet, male quoque in editis ea, quæ ultimam partem refutationis verborum Aristotelis Num. 12. faciunt, sub distinctis numeris 13, 14, & 15. posita esse: ideoque in nova editione commodum foret, præcedentibus ea adjungere, & ea quæ Num 16. sequuntur, sub Num. 13. collocare. Unum adhuc de hoc libro monendum restat, nempe frustra augmentum illius exspectari ex MS. Cod. X. & LXIV. Philosoph. in Augustissima Bibliotheca Vindebonensi, cujus spem eruditis fecit Cl. Lambecius Lib. VII. Commentariorum pag. 20. & 106. Ipse enim ejus rei avidus, & compertum habens, Reverend. Dn. Abrahamum Sellerum, Amicum meum honoratissimum, & Ecclesiasticæ antiquitatis peritissimum, Londini inter alia MS. κειμήλια ex altero dictorum Codicum Cæsareorum excerpta penes se habere, rogavi eum, ut me illorum participem faceret. Fecit vir humanissimus, sicque certiorem me reddidit, ea quæ in dictis Codd. huic libro annexa sunt, illa ipsa esse, quæ in Roberti Stephani editione Græca ad calcem hujus libri extant, in Commeliniana autem & Parisiensibus editt. omissa sunt, eò quod eadem iterum post Græcanicarum Responsionum confutationem recurrant, pag. 106. Num. 1, 2, 3, 4. & p. 199. Num. 17, 18. sicut Sylburgius in notis monuit. Ex quibus supra laudatum Tentzelium §. 18. Dissertat. de *Justino Martyre* idem observasse, modò video.

Ejusdem Justini Christianarum ad Græcos Quæstionum, Græcarumque Responsionum, & earum Responsionum Confutationis liber legitur in editt. Paris. pag. 159. quem Bellarminus, Rivetus, Labbeus, D. Cavius, Dupinius aliique plurimi ut spurium rejecerunt, quod Manichæorum Justino Martyre recentiorum in eo aliquoties mentio fiat: adeo ut supervacaneum videatur plura de eo verba facere. Non possum tamen, quin ea, quæ nuper mihi hac de re in mentem venerunt, cum benevolo Lectore communicem. Dum iterum iterumque Apologiam II. (in editt. I.) perlego, offerunt se mihi consideranda ista quæ pag. 47. leguntur

 verba,

verba, quæque integra recitanda ſunt, quia multum ad rem præſentem faciunt: Καὶ γὰρ προταθέντα (lege προτεθέντα, vel ut Euſeb. Lib. IV. cap. 16. habet προθέντα) με καὶ ἐρωτήσαντα αὐτὸν ἐρωτήσεις τινὰς τοιαύτας, καὶ μαθεῖν, καὶ ἐλέγξαι ὅτι ἀληθῶς οὐδὲν ἐπίσταται, εἰδέναι ὑμᾶς βούλομαι· καὶ ὅτι ἀληθῆ λέγω, εἰ μὴ ἀνηνέχθησαν ὑμῖν αἱ κοινωνίαι τῶν λόγων, ἕτοιμος καὶ ἐφ' ὑμῶν κοινωνεῖν τῶν ἐρωτήσεων πάλιν· βασιλικὸν δ' ἂν καὶ τοῦτο ἔργον εἴη. εἰ δὲ καὶ ἐγνώσθησαν ὑμῖν αἱ ἐρωτήσεις μου, καὶ αἱ ἐκείνου ἀποκρίσεις, φανερὸν ὑμῖν ἐστὶν, ὅτι οὐδὲν (τῶν ἡμετέρων addit Euſeb.) ἐπίσταται· ἢ εἰ καὶ ἐπίσταται, διὰ τοὺς ἀκούοντας δὲ οὐ τολμᾷ λέγειν, ὁμοίως Σωκράτει, ὡς προέφην, οὐ φιλόσοφος, ἀλλὰ φιλόδοξος ἀνὴρ δείκνυται. *Sane ſcire vos volo, me, qui aliquas hujus generis quæſtiones illi propoſuerim, cognoviſſe, atque argumentis etiam eviciſſe, nihil hominem verè ſcire. Ut autem cognoſcatis, me vera dicere, ſi ad vos colloquia diſputationum hujuſmodi relata non ſunt, paratus ſum adhuc cum eo apud vos de eis denuo ſermonem conferre: & profectò id quoque Imperatore dignum eſſet opus. Sin autem cognitæ vobis ſunt interrogationes meæ atque illius reſponſiones, ſatis perſpicuum erit, nihil eum ſcire: aut certe ſi ſcit, propter auditores verò non audeat ad exemplum Socratis eloqui, non Philoſophus, ut antea dixi, ſed Philodoxus* (vanæ gloriæ aucupator) *eſſe demonſtratur.* Quæ ante dicto libro ejuſque inſcriptioni exacte reſpondent: quippe memorat Juſtinus expreſſis verbis ſuas *interrogationes*, memorat & adverſarii *reſponſiones*, aitque ſe ex illis *didiciſſe*, quod is nihil ſciverit: ſubindicat denique ſuas *redargutiones*, ſive reſponſionum confutationes, dum diſertè addit ἐλέγξαι. Atqui his tribus partibus Tractatus iſte conſiſtit. Unde in iſtam fere inclinarer ſententiam, quod genuinus Juſtini, ſed interpolatus ſit liber iſte, niſi ſuſpicio animum ſubiret, impoſtorem quempiam ex modò recitatis Juſtini verbis occaſionem cepiſſe fingendi tales *Interrogationes*, *Reſponſiones*, & *Reſponſionum confutationes*. Quod ſi ita res ſe habeat, id paulo ante Seculum XIV. factum dicerem, quia Joannes Sapiens Cypariſſiota iſtius ætatis Scriptor in Decadibus dictum Juſtini tractatum primus allegavit. Cæterùm de *Appendice confutationis Græcarum opinionum, & libro*

Quæſtio-

Quæstionum Græcanicarum ad Christianos & Christianarum responsionum de incorporeo, de Deo, &c. idem prorsus judicium ferendum est, nempe aut interpolatas, aut prorsus confictas esse, occasione forte istorum Apologiæ II. verborum pag. 46. ubi Justinus de Stoicis ait, ἐν τῷ περὶ ἀρχῶν καὶ ἀσωμάτων λόγῳ οὐκ εὐοδοῦν αὐτούς· *In doctrina de principiis & incorporeis minus feliciter rem eis succedere.*

Sequitur in editis *Justini Dialogus cum Tryphone Judæo*, quem non modò à S. Martyre viva voce habitum, sed ipsâ ejus manu literis consignatum esse, testatur Eusebius Lib. IV. cap. 18. his verbis: Καὶ διάλογον δὲ πρὸς Ἰουδαίους συνέταξεν, ὃν ἐπὶ τῆς Ἐφεσίων πόλεως πρὸς Τρύφωνα τῶν τότε ἑβραίων ἐπισημότατον πεποίηται. *Composuit etiam Dialogum adversus Judæos, quem apud Ephesum habuit cum Tryphone, omnium tunc temporis Judæorum celeberrimo.* Promiserat id se facturum Justinus Tryphoni, dicens pag. 306. ὅτι δ᾽ οὐκ ἐφ᾽ ὑμῶν μόνων τοῦτο λέγειν με ἐπίστασθε, τῶν γεγενημένων ὑμῖν λόγων ἁπάντων, ὡς δύναμίς μου, σύνταξιν ποιήσωμαι. *Ut non tantummodò apud vos me hoc dicere sciatis, disputationum harum nostrarum omnium, quoad potero, opus componam.* Quæ Justini verba, ut obiter id moneam, Labbeus & cum illo Tentzelius §. 21. haud rectè de alia à Dialogo distincta ac prolixiori expositione accepere. Ex eo verò, quod Eusebius ait, Tryphonem Judæorum istius ætatis celeberrimum fuisse, confirmatur conjectura doctissimi D. Cavii, eundem fuisse existimantis, quem Judæi Rabbi Tarphonem & vulgò הכהן העשיר *Sacerdotem divitem* appellarunt. Quisquis autem Trypho ille fuerit, is ita de semetipso fatur in principio Dialogi p. 217. εἰμὶ δὲ Ἑβραῖος ἐκ περιτομῆς, φυγὼν τὸν νῦν γενόμενον πόλεμον, ἐν τῇ Ἑλλάδι καὶ τῇ Κορίνθῳ τὰ πολλὰ διάγων. *Sum ex circumcisione Ebræus, ex bello proximo profugus, atque in Græcia & Corintho plurimùm degere solitus.* Dicit bellum exeunte Hadriani imperio contra Judæos gestum νῦν γενόμενον. Unde Scaliger loco supra dicto rectè sibi visus colligere, hunc Dialogum sub finem imperii Hadriani scriptum esse. Non hæc pronunciasset, si in mente habuisset verba Justini ad Tryphonem pag. 349. οὐδὲ γὰρ ἀπὸ τοῦ

γένους

γενοῦς τοῦ ἐμοῦ, λέγω δὲ τῶν Σαμαρέων, τινὸς φροντίδα ποιούμενος, ἐγγράφως Καίσαρι προσομιλῶν, εἶπον πλανᾶσθαι αὐτοὺς πειθομένους τῷ ἐν τῷ γένει αὐτῶν Μάγῳ Σίμωνι. *Neque rationem aliquam popularium meorum, Samaritanorum inquam, habens, cum Scripto Cæſarem compellarem, dixi errare illos, qui Simoni gentis ſuæ Mago crederent.* In his enim cum manifeſtè alteram Apologiarum alleget, quarum primam Antonino Pio oblatam omnes confitentur; non potuit ſane ſub Hadriano Antonini Pii deceſſore Dialogus iſte haberi, multò minus literis mandari. Ad objectionem verò Scaligeri jam ſupra pag. 152. reſpondi, & id nunc addo, verba allegata in iſtum ſenſum accipi ſive debere, ſive ſaltem poſſe, quod Trypho *poſtquam ex bello profugus factus eſt, aliquod tempus in Græciâ & Corinthi egerit* : unde verſio Langii hîc mihi non placet, qui vocem *ſolitus* addens, ad tempora bellum præcedentia id referre voluit. Atqui ſi Trypho poſt fugam ex bello aliquamdiu in Græcia & Corinthi fuit, indeque Epheſum ſe contulit, aliquot ſane anni poſt bellum effluxerint neceſſe eſt, priuſquam Epheſi cum Juſtino Martyre diſputavit. Et hæc quidem ſatis plana ſunt, nec quiſquam, qui verba antea prolata conſideraverit, inficias ibit, poſt Apologiam Cæſari oblatam Dialogum à Juſtino ſcriptum eſſe. Sed quæ Apologia hîc intelligenda, num prior an poſterior? in utraque enim Juſtinus Simonis Magi & Samaritanorum, qui eum pro Deo habuerunt, diſertam fecit mentionem, in illa bis pag. 69. & 91. in hac ſemel pag. 52. Ac omnes quidem eruditi, quod ego ſciam, Juſtinum priorem Apologiam Antonino Pio inſcriptam reſpexiſſe, & ante poſteriorem, Marco Aurelio Antonino dedicatam, cum Tryphone Dialogum habuiſſe atque conſignaſſe putarunt. Aſt animi pendeo, dum Juſtini verba penitius conſidero, ac majorem eorum cum Apologia II. quàm cum I. conſonantiam deprehendo. Ita enim textus Apologiæ II. (in editt. I.) pag. 52. habet: Καὶ τοῦ ἐν τῷ ἐμῷ ἔθνει ἀσεβοῦς καὶ πλάνου Σιμωνιανοῦ διδάγματος κατεφρόνησα. *Ego verò etiam impiam atque erroneam in gente mea Simonianam deſpexi doctrinam.* Ubi expreſſè Samaritanos *gentem ſuam* dicit,

dicit, & vocem πλάνε adhibet, ſicut in Dialogo verbo πλανᾶσθαι uſus eſt. Cum tamen Juſtinus rem ipſam in Apolog. I. (in editt. II.) pag. 69. dixerit his verbis: Σχεδὸν πάντες μὲν Σαμαρεῖς, ὀλίγοι δὲ καὶ ἐν ἄλλοις ἔθνεσιν, ὡς τὸν πρῶτον Θεὸν ἐκεῖνον ὁμολογοῦντες, ἐκεῖνον καὶ προσκυνοῦσι. *Samaritani prope omnes, ex aliis autem nationibus etiam perpauci, illum quaſi primum Deum eſſe confitentes, ipſum quoque adorant*; cumque circumſtantiæ loci & temporis vix patiantur, Dialogum cum Tryphone Epheſi habitum Apologiâ poſteriori poſteriorem facere (hâc enim oblatâ, non ampliùs Româ abiiſſe, nec diu ſupervixiſſe vulgò putatur Juſtinus) in communi ſententia acquieſco, ac dictum Dialogum medio inter duas Apologias tempore, id eſt pro noſtris rationibus ſupra probatis, inter annum Chriſti 150. & 160. à Juſtino ſcriptum eſſe arbitror. Quâ autem hujus decennii parte, priori an poſteriori, definire nequeo; nec quicquam de tempore habeo, quod addam, niſi colloquium hoc contigiſſe, cum Juſtinus in procinctu eſſet, ac navi Epheſo abire vellet ut ex ejus clauſula patet: unde procul dubio in ipſo itinere per mare cuncta memoriâ repetens, ſimul ac ad deſtinatum locum appulit, Dialogum literis mandavit.

Dedicavit S. Martyr hoc opus cuidam, quem valde charum habuit, *Marco Pompeio*. Hunc enim pag. 225. alloquitur: ὦ φίλτατε, *ô amiciſſime*, & in fine pag. 371. nomen addit, ita ſcribens: ταῦτα εἰπὼν, ὦ φίλτατε Μάρκε Πομπήιε, ἐπαυσάμην. *His dictis, cariſſime Marce Pompei, conticui*. Quiſnam *Marcus* ille *Pompeius* fuerit, fruſtra ſe inquiſiviſſe fatetur Halloixius pag. 348. ſeq. ſiquidem *aliquot Pompeios agnoſcit martyrologium, ſed illos alio, quàm nunc tempore coronatos*, ut ibi inter alia ait. Langius interpres ſuſpicatus eſt, Pompeium hunc Adriani vel Antonini Ducem fuiſſe, qui Judaicam rebellionem contuderit; cum Prudentius in Apotheoſi ita adverſus Judæos cecinerit:

Quid mereare Titus docuit, docuere rapinis
Pompeianæ acies: quibus exſtirpata per omnes
Terrarum pelagique plagas tua membra feruntur.

Sed Chriſtianum fuiſſe φίλτατον, cui opus hoc inſcripſit Juſtinus,

Justinus, vix dubitari potest: Pompeium autem ducem suscepisse fidem in Christum, haud constat, imo nec vero simile est. Mihi *Marci* nomen cogitanti memoria suggessit, circa istud, quo Justinus Dialogum habuit, tempus Episcopum Hierosolymitanum quendam hujus nominis fuisse, cujus mentionem fecit Eusebius in Historia Ecclesiastica & Chronico, inque hoc ad Annum 19. Antonini Pii, 157. Christi, hæc adscripsit: Ἱεροσολύμων ἐπισκοπὴν μετὰ Μάρκον ιζʹ. παραλαμβάνει Κασσιανὸς, μεθ᾽ ὃν ιηʹ. Πούβλιος. *Hierosolymitanæ Ecclesiæ Episcopatum post Marcum decimo septimo loco suscepit Cassianus, post hunc decimus octavus Publius*,&c. Plura enim ibi nomina Episcoporum Hierosolymitanorum adscripsit, quod annos successionis eorum haud exactè noverit, ut ipse Lib. IV. Hist. Eccl. cap. 5. profitetur. Undecunque verò ea didicerit Eutychius, is sane in Annalibus pag. 359. seq. *Anno*, inquit, *imperii Antonini decimo tertio constitutus est Marcus Episcopus Hierosolymitanus*; *ubi annos octo sedit*, *mortuus est*. Cum igitur juxta hæc ab A. C. 149. usque ad 158. Marcus fuerit Hierosolymorum Episcopus, ei forte Justinus Dialogum contra Judæos illo ipso tempore habitum inscripsit. *Forte*, inquam: neque enim pro certo id statuere possum, quia de cognomine *Pompeii* non constat, licet alii Episcopi hoc nomine appellati fuerint, velut is, quem Sec. III. S. Cyprianus Epist. 41. (in edit. Oxon. 44.) memorat.

Quisquis verò Marcus ille Pompeius fuerit, cui Justinus M. disputationis cum Tryphone summam, vel ipsa potiùs verba retulit, suumque opus quasi dedicavit, non potuit non illud habere acceptissimum, utpote quo veritas fidei in Jesum Christum promissum Messiam, Deum & hominem, è virgine natum, in cruce passum, &c. egregiè contra Judæos probata est. Quò magis dolendum, id non integrum ad manus nostras pervenisse. Equidem quæ Eusebius loco citato inde excerpsit, ea omnia quoque in nostro exemplari reperiuntur pag. 234. seq. 297. & 308. Attamen hoc mancum esse dubitari nequit. Nam manifesta est lacuna pag. 300. edit. Paris. inter ista verba: Καὶ βασιλεύειν πάσης τῆς

γῆς

γῆς κατηξιωμένον ὑπ' αὐτοῦ, & locum è Deuteronomii 31. citatum; ubi finis colloquii primi & initium ſecundi intercidit. Nam diſputationem cum Tryphone per duos dies continuatam fuiſſe, ex pag. 304, 311, 320, 322, 346. conſtat. Quod autem poſterior prioris Dialogi pars, & prior poſterioris perierit, ex pag. 304. colligitur, ubi Juſtinus ait: ὅτι δὲ Ἡσαΐας καὶ περὶ τοῦ συμβόλου τοῦ κατὰ τὸ σπήλαιον προκεκηρύχει, ἀνιστόρησα ὑμῖν, ἔφην, καὶ δι' αὐτοὺς δὲ τοὺς σήμερον σὺν ὑμῖν ἐλθόντας, πάλιν τῆς περικοπῆς ἐπιμνησθήσομαι, εἶπον, καὶ ἀνιστόρησα ἣν καὶ προέγραψα ἀπὸ τοῦ Ἡσαΐου περικοπήν, εἰπὼν διὰ τοὺς λόγους ἐκείνους τοὺς τὰ Μίθρα μυστήρια παραδιδόντας ἐν τόπῳ ἐπικαλουμένῳ παρ' αὐτοῖς σπηλαίῳ μυεῖσθαι ὑπ' αὐτῶν, ὑπὸ τοῦ διαβόλου ἐνεργηθῆναι εἰπεῖν. *Quod verò Eſaias & de ſymbolo ſpecûs prophetaverit, vobis, inquam, recenſui: & eorum gratiâ, qui hodie vobiſcum venerunt, locum eum repetam, dixi: & verba Eſaiæ, quæ antea ſcripſi, denuo commemoravi, addens inſuper, propter verba ejuſmodi eos, qui Mithræ myſteria inſtituerunt, in loco, qui apud illos Spelæum* (ſpecus) *vocetur, ſuos initiare, ſacraque ſua arcana peragere, Diaboli inſtinctu incitatos me dixiſſe.* Atqui hæc, quæ Juſtinus præcedente die à ſe dicta memorat, reperiuntur paulo antè pag. 296. ubi tam verba Eſaiæ recitantur, quàm Mithræ myſteria perſtringuntur, (de quibus, ut & aliis à Dæmone ad ſimilitudinem Chriſtianorum Sacramentorum effictis, vide Notas ad hanc paginam *) ut adeo nullum ſit dubium, medio inter hæc loco deſiderari ea, quæ primâ veſperâ & ſecundo mane ſunt diſputata. Quænam verò iſta? Equidem Langius interpres apud Sylburgium in Notis ad pag. 300. exiſtimat, *primùm à Juſtino hic abſolutam eſſe Pſalmi* XCV. *expoſitionem; deinde poſt digreſſionem de mutilatis per Judæos Scripturis, reſumptum eſſe locum Eſaiæ de Chriſto è virgine nato; tum in ſequenti Moſis loco ex Deuteron. cap.* 31. *actum eſſe de Iſraëlis in terram promiſſam inductione per cognominem Chriſto Jeſum Navæ filium: ac primùm quidem de illius Jeſu tranſnominatione dictum eſſe, de qua ſupra etiam aliquoties; deinde de populi defectione.* Sed unde Langius hæc conjecerit, vel conjecturas ſuas probare queat, plane igno-

rare me fateor. Unum ego, Dialogum Juſtini perlegens, obſervavi, nempe eum pag. 311. & ſequ. teſtari, ſe pridie priora Pſalm. 148. verba Davidis: *Laudate Dominum de cœlis*, &c. allegaſſe, quibus probare intendit, ὅτι καὶ ἄγγελοί εἰσιν ἐν οὐρανῷ καὶ δυνάμεις, *quod & Angeli in cœlo ſint & virtutes*. At verò hæc nuſquam in præcedentibus reperio, ideoque ſuſpicor, ea cum fine prioris Dialogi intercidiſſe. Sed & alios quoſdam, minores licet, in colloquio primæ diei deprehendi defectus. Sic pag. 278. dicit Juſtinus, ſe antea ultimam partem cap. XVIII. Geneſeos à verſ. 23. uſque ad finem deſcripſiſſe, ideoque repetere nolle. Aſt dum præced. pag. 275. inſpicio, Scribam ibi compendium, dicam an diſpendium, feciſſe video, cumque Juſtinus totum XVIII. caput Geneſeos & magnam cap. XIX. partem recitaverit, eum duos priores tantum cap. XIX. verſus deſcripſiſſe, & inde addidiſſe: καὶ τὰ λοιπὰ μέχρι τοῦ, ὤρθρισε δὲ Ἀβραάμ. &c. qui eſt verſ. 27. cap. XIX. Porro pag. 288. Juſtinus ad Tryphonem ſocioſque ait: Καὶ ἐκ τῶν ἄλλων, ὧν παρεῖπον ὁμοίως διὰ Δαβὶδ λελέχθαι λόγων, ὅτι ἀπ' ἄκρων τῶν οὐρανῶν προέρχεσθαι ἔμελλεν, καὶ πάλιν εἰς τοὺς αὐτοὺς τόπους ἀνιέναι ἐμηνύετο, ἀναμνήσθητε, ἵνα Θεὸν ἄνωθεν προελθόντα, καὶ ἄνθρωπον ἐν ἀνθρώποις γενόμενον γνωρίσητε, καὶ πάλιν ἐκεῖνον παραγενησόμενον. *Ex aliis item verbis per Davidem itidem editis, quæ quadam ex parte ſupra commemoravi, quod oſtenſum ſit è ſummis cœlis progreſſurum, & in eadem loca rediturum, in memoriam revocate, ut & Deum cœlitus profectum hominemque inter homines factum, & rurſus illum rediturum cognoſcatis.* At in prioribus nihil tale legitur: & pag. 260. quidem iſta Pſalmi XIX. verba, *In omnem terram exivit ſonus eorum*, ad S. Apoſtolos applicantur; ſed aliorum modò dictorum nulla ibi vel alibi facta mentio. Alios defectus haud memini me obſervaſſe: nam quod iſta in fine Dialogi pag. 371. attinet, ubi Trypho ad Juſtinum juxta Langii verſionem ait: *In procinctu, ſicuti dixiſti, cum ſis*, &c. nihil tale quidem à Juſtino dictum præceſſit; attamen defectum inde colligere nolim, quia Græcus textus Latino hîc non conſonat. Dictam autem jacturam eò magis

magis doleo, quia nullum MS. Codicem novi, ex quo resarciri possit. In Anglia sane nullus datur, nec in Cæsarea Bibliotheca, ut ex Lambecii & Nesselii Catalogis patet; neque in Bibliotheca Regis Galliæ plures uno, quo R. Stephanus usus est, Codices reperiri, ab amico accepi. Unum tamen quod excidit dictum ex Catena MS. in Psalmos in Bibliotheca Bodleiana restituam, & aliud ex alio MS. Codice huc forte pertinens infrà dabo pag. 174. seq.

Post scripta Justini contra Gentes & Dialogum cum Tryphone Judæo sequitur *Expositio fidei de recta Confessione, sive de sancta consubstantiali Trinitate*, cujus ordinis rationem Editores petiisse puto ex initio ejus p. 372. ἱκανῶς τὸν κατὰ Ἰουδαίων καὶ Ἑλλήνων λέξαντες ἔλεγχον, ἀκολούθως αὖθις τὸν ὑγιῆ τῆς πίστεως ἐκτιθέμεθα λόγον. *Cum abunde satis Judæos juxtà & Græcos orationibus nostris confutaverimus: consequens est, ut sanam etiam fidei explicemus rationem.* Atque utinam tale Justini opus germanum daretur; sed quod habemus spurium esse, omnes jam eruditi statuunt; attamen in ea sunt sententia, jam Sec. VI. à Leontio Byzantino illud allegatum esse. Verùm & id ego nego: nego, inquam, Leontium expositionem fidei, qualis nunc extat, habuisse; licet concedam, quædam ex opere cujusdam Justini de Trinitate, à Leontio contra Nestorianos & Eutychianos citata, in dicta Expositione reperiri. Leontius tres ad minimum libros Justini de Trinitate habuit: quippe allegat ἐκ τοῦ τρίτου βιβλίου τοῦ περὶ τῆς ἁγίας τριάδος συντάγματος, noster verò unicus est liber, neque is spissus. Deinde priora verba citat ἐκ κεφαλαίου γ'. cap. 3. (ut expressè habet Codex Bodleianus Laud A.33. veteri manu scriptus) quæ in expositione fidei pag. 381. leguntur. Mox verò post duas vel tres periodos pag. 382. sequuntur, quæ Leontius ex κεφαλ. ιζ'. cap. 17. adduxit; adeò ut necesse sit, plura capita quàm periodos vel commata ejus libri statuere, si idem fuisset. Constat igitur, longè prolixius & diversum à nostro fuisse istud, quo Leontius usus est, Justini opus. Neque id observatione indignum, in Justino pag. 385. duas velut connexas periodos junctim legi, quarum prior incipit: πάλιν ὡς ἐν μὲν φῶς, posterior,

ſterior, καὶ αὖθις ὥσπερ, &c. in MS. autem Leontio hæc velut disjuncta legi, & duas voces καὶ αὖθις non ut partem poſterioris periodi, ſed ut formulam citandi poſitam eſſe, ſicut nos dicere ſolemus: *Et iterum*, ſubintelligentes eundem Auctorem ita pergere. Quæ cuncta ubi conſideravi, fateor ſuſpicionem mihi obortam eſſe, utrum non *Juſtini Expoſitio fidei* ejuſdem generis ſit opus, ac *Conſolatio Ciceronis ſuper morte filiæ ſuæ*, compoſitum ſcilicet recentiori manu ex fragmentis antiquioris operis, à Leontio & aliunde petitis, ac additis connexionum, ubi neceſſe erat, formulis, nec non præfatione & clauſula. In qua ſuſpicione inde confirmor, quod poſterior operis pars, qua *Oeconomia*, id eſt, incarnatio filii Dei explicatur, (in priori enim de S. Trinitate agitur) incipiat pag. 381. à primo Leontii fragmento, & mox poſt ultimam ab eo citatam ſententiam finiatur pag. 385. his, quæ Latinè ſolùm dare placet, verbis: *Cæterùm cum abunde ſatis pro virili noſtra profeſſionem fidei rectam expoſuerimus, vale Eccleſiæ filiis dicto, & gratiis ei, qui rationem & orationem ſuppeditavit, actis, finem commentationi imponentes, de cætero vitam in quiete agemus.* Quanquam mox de novo ordiatur Auctor, niſi forte alius adhuc mango hæc addiderit. Quiſquis autem artifex hujus operis fuerit, is ſane inertiam ſuam ſatis prodidit, haud unis malæ fraudis veſtigiis relictis, quæ Critici hinc inde legêre, & Rivetus aliique collegere, ac nuperrime Tentzelius §. 22. Atque horum argumenta plurima non modò hactenus dictam fidei expoſitionem, ſed & illud, quo Leontius uſus eſt, opus feriunt, cujus vel ſola inſcriptio, nomen ἁγίας τριάδος ſonans, ſuſpicionem movere queat, multò magis phraſis τῶν ἄμφω φύσεων, ἄκρας ἑνώσεως, &c. Licet enim Juſtinus Patrem Filium & Spiritum S. unum Deum, & Chriſtum Deum atque hominem, tam in Apologia utrâque, quàm Dialogo cum Tryphone, clara voce profeſſus ſit, nuſquam tamen dictis uſus eſt phraſibus, quæ recentioris utique ævi eſſe videntur. Quapropter Leontio fraudi fuit, ſive falſi tituli ſuppoſitio, ſive nominis Juſtini ambiguitas, quandoquidem alius exeunte

Seculo

Seculo V. in Sicilia floruit Justinus, qui forte istorum trium, vel plurium, quos Leontius allegavit, librorum Auctor fuit, inque horum tertio duas in Christo naturas contra Eutychianos defendit; adversus quos & aliàs calamum strinxit, epistolâ ad Petrum Fullonem exaratâ, quæ Græcè & Latinè extat Tom.IV. Concil. Labbæi col. 1103. & sequ. Cujuscunque vero Auctoris sint fragmenta ista, cùm in supra dictis vetustis membranis Bibliothecæ Bodleianæ correctiora legantur, quam in editis, uno alteroque in loco prorsus corruptis, ea illinc descripta genuinis Justini Martyris fragmentis inferiùs subjungam, & cum Latina quoque Turriani versione in Bibliothecis Patrum editâ comparabo. Cæterùm Expositioni fidei subjunguntur *Quæstiones & Responsiones ad Orthodoxos*, de quibus duæ sunt eruditorum sententiæ, aliis eas omnino spurias, & male Justini Martyris nomine insignitas statuentibus; aliis genuinas, sed multùm interpolatas & nova appendice auctas esse censentibus. Auctorum ab utraque parte nomina & verba atque argumenta citavit sæpe laudatus Tentzelius §.22. & in Addendis. Ego priori sententiæ subscribo, quia in omni ista farragine paucissima reperio, Justini ejusque ætatis phrasi & doctrinæ consona, atque in ipsis prioribus Quæstionibus & Responsionibus quasdam deprehendo voces, quæ nusquam in S. Martyris genuinis scriptis reperiuntur, nec istius temporis stylum sapiunt. Cuinam verò Auctori hoc opus tribuendum sit, an Theodoreto, vel Justino Siculo, haud definiri potest.

Quid tandem de duabus Justini Epistolis, unâ *ad Diognetum*, altera *ad Zenam & Serenum*, quæ agmen editorum Justini operum claudunt, est statuendum? Inter spurias sane rejicere nolim, quia vix irrefragabilia prostant suppositionis indicia; neque tamen pro indubiis venditare ausim. Quippe de priori dubitare me facit stylus nimium quantum à reliquis Justini operibus diversus, & argutiis, quæ raræ apud S. Martyrem alibi reperiuntur, totus abundans. Dubium quoque injicit titulus *Discipuli Apostolorum*, quo semetipsum ornavit Auctor hujus epistolæ prope finem

scribens:

ſcribens: Αποϛόλων γϑνόμϑυ@ μαθητὴς, γίνομαι διδάσκαλ@ ἐθνῶν, *Quum Apoſtolorum fuerim diſcipulus, gentium fio doctor.* Nam Juſtinum poſt S. Apoſtolorum obitum Chriſtianum factum eſſe, ratio temporis demonſtrat: illumque *haud procul ab Apoſtolorum ætate remotum* dixit Sec. III. Methodius in Fragmento libri de Reſurrectione inferius citando. Quæ adverſus poſteriorem Epiſtolam moventur dubia, leviora ſunt, fateor, ac prolixè diſcuſſa à Tentzelio §. 25. & in Addendis. Quibus vix habeo, quod opponam vel addam: unde ad alia progredior.

Inter deperdita Juſtini Martyris ſcripta primo loco nomino librum adverſus omnes hæreſes, de quo ipſe Apol. I. (in edit. II.) pag. 70. ad Imperatorem ait: ἔϛι δὲ ἡμῖν ϗ σύνταγμα κτ̀ πασῶν τῶν γεγϑνημϑύων αἱρέσεων συντεταγμϑύον (hæc vox apud Euſeb. Lib. IV. c. 11. deeſt) ᾧ εἰ βέλεσθε ἐντυχεῖν, δώσομϑυ. *Eſt autem nobis liber contra omnes exortas hæreſes compoſitus: quem ſi legere volueritis, dabimus.* Is totus periit, nec unicum ſuperſtes habemus fragmentum: nullum tamen eſt dubium, quin plura ex illo in ſuos adverſus omnes hæreſes libros tranſtulerit Irenæus, præſertim cum & Valentinum à Juſtino refutatum diſertè teſtetur Tertullianus lib. contra Valentinianos cap. 5. Diſtincti ab iſto opere fuere λόγοι κτ̀ Μαρκίων@, ut Photius Cod. CXXV. appellat, *contra Marcionem inſignia volumina*, ut Hieronymus in Catal. Script. Eccl. ea laudat. Horum enim uterque ambos viderunt Tractatus, eoſque ut diverſos memorarunt. Ac poſterius quidem opus prioris quaſi ſupplementum fuiſſe videtur: quippe cum hoc ſub Adriano ſcriptum Cedrenus ſupra pag. 45. citatus veriſimiliter tradat, contra Marcionem, qui tunc nondum invaluerat, nil ibi dictum fuiſſe conjicere licet: unde poſthæc peculiaribus hunc hæreticum libris impugnare S. Martyr ſategit. Ac unum quidem tantùm ejus librum contra Marcionem olim extitiſſe, ex Irenæi locis mox citandis colligere quiſpiam poſſet; ſed notum eſt σύνταγμα, ut Irenæus appellat, aliquando pluribus conſtare libris, quibus diverſæ pertractantur doctrinæ. Tale iſtud contra Marcionem fuiſſe ex Hieronymo & Photio

Photio conſtat; cumque ab his haud diſtinctè memoretur genuinus Juſtini liber *de Reſurrectione carnis*, illum partem hujus ſyntagmatis, & unum iſtorum à Photio dictorum λόγων fuiſſe puto, quia & hunc de Reſurrectione Tractatum Procopius Gazæus in cap. 3. Geneſeos ſub titulo λόγου citavit, ejuſque prolixiſſima fragmenta inferiùs recitanda ſatis indicant, tam hæreticis quàm infidelibus oppoſitum illum fuiſſe. Marcionem autem unà cum infidelibus Reſurrectionem carnis impugnaſſe notum eſt, eumque Stoicorum principiis in hunc errorem inductum teſtatur Tertullianus Lib. V. contra Marcionem cap. 19. Cæterùm iſtius adverſus Marcionem libri, quo primarium de altero Deo veteris, altero Novi Teſtamenti errorem refutavit Juſtinus, duas tantùm ſententias ex Irenæo infrà dabimus; quæ enim Euſebius Lib. IV. cap. 11. ex Juſtini Tractatu contra Marcionem allegare videtur, non inde, ſed ex Apologia II. ſunt deprompta, ut in Notis ad calcem hujus Tomi * probabo, inſuper Juſtini Apologiam ex Euſebio hac occaſione emendaturus. Aſt libri de Reſurrectione primam eamque magnam partem in Parallelis ſive Excerptis ex S. Patrum ſcriptis Tit. A. 73. nobis conſervavit Joannes Damaſcenus, ex cujus MS. Codice in Bibliotheca Collegii Claromontani deſcriptam eam cum Latina verſione edidit Halloixius Tom. II. in Vita Juſtini Martyris, ſingularem hâc opera laudem meritus. Cum autem liber iſte ſit rariſſimus, ampliſſima iſta & egregia fragmenta in diſtinctos numeros diviſa huic Spicilegio inſerere, ac aliud à Methodio in libro de Reſurrectione citatum ſubjungere viſum fuit. Atque hujus octoginta circiter annis poſt Juſtinum florentis auctoritas haud dubitare nos ſinit, iſtud Juſtini opus plane genuinum eſſe; neque ſane in laudatis fragmentis quicquam reperitur, quod contrarium probet, vel ſaltem innuat.

Præter hos Tractatus alii duo tempore Euſebii extitere, quorum mentionem ipſe facit Lib. IV. Hiſt. Eccl. cap. 18. his verbis: Ἐπὶ τούτοις ἐπιγεγραμμένον Ψάλτης· καὶ ἄλλο σχολικὸν περὶ ψυχῆς, ἐν ᾧ διαφόρους πεύσεις προτείνας περὶ τοῦ κατὰ τὴν ὑπόθεσιν προβλήματος,

ματος, τῶν παρ' ἕλλησι φιλοσόφων παρατίθεται τὰς δόξας· αἷς καὶ ἀντιλέξειν ὑπισχνεῖται, τήν τε αὐτὸς αὐτοῦ δόξαν ἐν ἑτέρῳ παραθήσεσθαι συγγράμματι. *Est & alius liber cui titulum fecit Psaltes: alius item excerptorum liber de Anima, in quo propositis variis interrogationibus quæ ad argumentum illud pertinent, Gentilium Philosophorum offert sententias: quibus etiam se contradicturum, suamque de his sententiam in alio opere prolaturum esse pollicetur.* Ut de posteriori horum priùs dicam, formam ejus Eusebius voce σχολικὸν expressit, de qua vide Vales. in Not. ad hunc locum. Materiam ejus quod attinet, nulla quidem hujus libri fragmenta supersunt; attamen tam hunc, quam alium, quem à Justino promissum ait Eusebius, magna ex parte conservatum puto in Tertulliani libro de Anima: utpote in cujus cap. 5. plurima Philosophorum recenset nomina & placita diversa, Eubuli, Critolai, Xenocratis, Platonis, Aristotelis, Hipparchi, Heracliti, Hipponis, Thaletis, Empedoclis, Critiæ, Epicuri, Zenonis, &c. ut & in seqq. capitibus passim, ea approbans ex parte, ex parte, & quidem majori, refutans. Atque in dicta opinione mea haud parum confirmor, dum Tertullianum in aliis Tractatibus sedulum antiquorum Ecclesiasticorum Scriptorum, ipsiusque Justini imitatorem fuisse cogito, & aliquot ejus in Lib. de Anima dicta de Philosophis in superstitibus Justini libris deprehendo. Sic cap. 16. Tertullianus Platonis sententiam de Anima his refert verbis: *Plato bifariam partitur animam, per rationalem & irrationalem — duo genera subdividit ex irrationali indignativum, quod appellant* θυμικὸν, *& concupiscentivum, quod vocant* ἐπιθυμητικόν. Atqui eædem istæ voces leguntur in Justini Parænesi ad Græcos pag. 7. Πλάτων μὲν γὰρ τριμερῆ αὐτὴν εἶναί φησι, καὶ τὸ μὲν λογικὸν αὐτῆς, τὸ δὲ θυμικὸν, τὸ δὲ ἐπιθυμητικὸν εἶναι λέγει. Quæ Langius ita vertit: *Plato tres ejus* (animæ) *partes esse ait, rationis, iracundiæ & cupidinis.* Addit paulo post Justinus de Platone: ὁ μὲν ἀεικίνητον αὐτὴν εἶναι λέγει. *Ille eam continenter moveri ait*: Sed & Tertull. cap. 28. perstringit sententiam Platonis *de animarum reciproco discursu, quod hinc abeuntes eant illuc, & rursus huc veniant,*

niant & vivant, & dehinc è vita abeant. Apud Justinum in Dial. cum Tryphone Judæo pag. 223. legimus: Ἀγέννη-τος δὲ καὶ ἀθάνατός ἐστι κατά τινας λεγομένους Πλατωνικούς. *Ingenita & immortalis est* (anima) *ex quorundam qui Platonici dicuntur sententia.* Ita & Tertull. cap. 4. *Hoc Plato excludit, innatam & infectam animam volens.* Plura brevitatis causâ prætereo, ad finem præfationis jam satis prolixæ properans. De altero autem antedicto Tractatu Justini, qui titulum *Psaltæ* gessit, vix habeo quod dicam, quia nuda ejus mentio in Veterum Scriptis occurrit. Conjicio tamen de hymnis, quos teste Plinio Lib. X. Epistol. prisci Christiani Christo Deo suo dicebant, ibi actum, ac impias atque contentiosas cantilenas reprehensas fuisse. Nam & in Epistola ad Zenam atque Serenum, si modo hæc ejus sit, sequentia hac de re scripsit: ὕμνους τε καὶ ψαλμοὺς καὶ ᾠδὰς καὶ αἶνον ᾀστέον· μὴ ὥσπερ τὸν διαμαχόμενον, αὐτοῦ κατακρίνοντα παρακολουθεῖν ἐνίοις αἰνιγματωδῶς, διὰ ψαλμῳδίας τὸν πλησίον λυπεῖν, ἵνα μήτε δοκῇ διαφέρεσθαι. *Hymni quoque, Psalmi, carmina & laudes dicendæ: non perinde quasi qui concertatorem suum condemnans, proximum Psalmodiâ contristet, obscuris quibusdam dictis eum insectando, adeo ut ne quidem videatur ab eo dissidere.* Aut dicendum, iis forte, qui canendo aliis in Ecclesia præiverunt, ibi regulas quasdam præscriptas fuisse.

His accedit Tractatus Justini *in Hexaëmeron*, qui quidem nec ab Eusebio, nec à Photio in Bibliotheca nominatus est; attamen forte in eorum numero fuit, de quibus Eusebius suprà citato Lib. IV. cap. 18. post aliquorum recensionem addit: πλεῖστα δὲ καὶ ἕτερα παρὰ πολλοῖς φέρεται ἀδελφοῖς τῶν αὐτοῦ πόνων. *Extant penes multos fratres & alia ejusdem opera.* Aliquamdiu autem ante Photium, saltem Seculo VI. extitisse istum Justini in *opus sex dierum* Commentarium, certam nobis fidem facit Anastasius Sinaita Patriarcha Antiochenus *Senior*, qui Lib. VII. suorum in Hexaëmeron Tractatuum dictum Justini librum citans, pauca inde excerpta nobis conservavit, quæ Græcè inedita ex MS. Codice Bibliothecæ Collegii Novi descripta infrà suo loco dabo. Aliud insuper fragmentum ex Lib. VI. Ana-

ſtaſii Latinè allegavit Halloixius in Vita Juſtini Martyris cap. 25. §. 5. Sed iſtud in VI[to]. libro haud inveni; inveniam autem procul dubio alicubi, ubi integrum Anaſtaſii opus perluſtravero, (quod brevi, Deo volente faciam) idque itidem Græcè & Latinè * in Notis ad hanc paginam benevolo Lectori communicabo: neque enim nunc curſum meum ob id ſiſtere conſultum duco. Ceterùm Juſtinum Martyrem ob dictum Tractatum inter illos numerarem Scriptores, quos memorat Theophilus Lib. II. ad Autolycum pag. 91. edit. Pariſ. ubi poſtquam dixerat magnam Dei ſapientiam elucere ἐν τῇ ἑξαημέρῳ, mox addit: πολλοὶ μὲν οὖν τῶν συγγραφέων ἐμιμήσαντο καὶ ἠθέλησαν περὶ τούτων διήγησιν ποιήσασθαι. *Multi igitur Scriptores imitati ſunt ac conati Hexaëmeron deſcribere.* Aſt quia ſequentia oſtendunt, ei de Ethnicis Hiſtoricis, Poëtis, Philoſophis ſermonem fuiſſe, ab iis abſtineo. Quid verò dicendum de Juſtini Martyris Commentario in Apocalypſin, quem aliqui inter Scripta ejus numerant? Equidem è verbis Hieronymi in Catal. Script. Eccleſ. cap. 9. ubi de S. Joannis Apocalypſi ait: *Quam interpretatur Juſtinus Martyr & Irenæus*, primo intuitu colligere quiſpiam poſſet, dictam Revelationem à B. Martyre peculiari libro illuſtratam eſſe. Verum cum nullus unquam Scriptor, ſive Juſtini, ſive Irenæi Commentaria talia nominet, nec ipſe Hieronymus eorum Tractatus ex inſtituto recenſens ullam illorum mentionem fecerit, hujus verba de expoſitione quorundam locorum Apocalypſeos, ſcriptis S. Juſtini & Irenæi hinc inde inſperſâ accipo. Nam Irenæus paſſim, maximè Lib. V. adverſus hæreſes Apocalypſin citavit & explicavit; nec Juſtinus Martyr eam plane neglexit, ſed in Dialogo cum Tryphone Judæo aliqua inde allegavit, quæ cum verbis Chriſti Luc. xx. 35. & ſeqq. confert, ſicque, ut Hieronymi verbo utar, Apocalypſin Joannis *interpretatur*. Porro de *literis ad Papam ſcriptis*, quarum in epiſtola ad Zenam & Serenum fit mentio, nullum autem ſupereſt fragmentum, idem quod de hac ſtatuendum, nempe eas aliquatenus dubias eſſe. Ceterùm valde ſuſpectus, ne dicam manifeſtè ſpurius,

rius, mihi videtur λόγος περὶ προνοίας καὶ πίστεως, *Tractatus de Providentia & Fide adversus Euphrasium Sophistam*, cujus hoc initium: "Αχραντος ὁ λόγος, teste Maximo Tom. II. opusculorum Polemicorum pag. 154. ubi aliqua inde fragmenta allegat, aliudque breviusculum citat Euthymius Zigabenus Panopliæ Dogmaticæ Part. II. Tit. 15. quod in fine operum Justini pag. 516. legitur. Sed ex ungue leonem agnoscas: siquidem in hoc τῶν δύο τοῦ Χριστοῦ φύσεων, *duarum Christi naturarum* fit mentio. Quam phrasin à Justino aliisque istius ætatis Patribus, rem ipsam licet firmiter credentibus, alienam esse, pag. 164. notavi. Nec jam habeo amplius, quod de Scriptis S. Justini Martyris addam, quàm memoratas à Photio Cod. CXXV. ἀπορειῶν κατὰ τῆς εὐσεβείας κεφαλαιώδεις ἐπιλύσεις, *Dubitationum contra religionem* (Christinam) *summarias solutiones*, haud distinctum ab enumeratis opus fuisse; verùm idem, non quidem cum *Quæstionibus & Responsionibus ad Orthodoxos*, sed uti modò adverto, cum *Quæstionibus Græcanicis ad Christianos & Christianorum responsionibus de incorporeo, de Deo, & de Resurrectione*, de quibus supra p. 157. dictum est. Nam uti hæ in omnibus Justini editionibus *eversioni Aristotelicorum dogmatum* post *Christianorum ad Græcos Quæstiones* subjunctæ sunt; ita & à Photio continuò post illam nominantur: unde eodem ordine in Photii Codice collocatas ac easdem fuisse colligo, præsertim quia dictæ Græcorum ad Christianos quæstiones horum religioni è diametro adversantur; non item illæ Orthodoxis propositæ, quæ si non omnes, saltem pleræque non *contra*, sed *circa* fidem fuere agitatæ.

Fragmenta Orationis Justini *contra Græcos.*

Tatianus in Orat. adversus Græcos.

Ὁ θαυμασιώτατος Ἰουστῖνος ὀρθῶς ἐξεφώνησεν ἐοικέναι τοὺς προειρημένους (δαίμονας) λῃσταῖς.

Rectè Justinus, maxima dignus admiratione, prædictos (*Dæmones*) latronibus similes esse pronunciavit.

Quæ ſequuntur apud Tatianum, ipſius, non Juſtini, verba eſſe puto, ideoque omitto. Hanc verò Dæmonum comparationem, quæ in editis B. Martyris operibus nuſquam reperitur, ex deperdita contra Gentes oratione petitam inde conjicio, quia in eâ de Dæmonibus ſermonem habuit, uti ſupra pag. 149. ſeq. ex Euſebio dictum eſt.

Leontius Lib. II. *contra Eutychianos & Neſtorianos, in Cod. MS. Bibliothecæ Bodleianæ Laud. A.* 33.

Juſtini Philoſophi & Martyris ex Sermone contra Gentes:

Cum formaſſet Deus hominem à principio, fecit ut quæ naturæ erant, ex voluntate ejus penderent, fecitque uno mandato experimentum. Fecit enim, ut ſi hoc ſervaſſet, vitam immortalem ſortiretur; ſi non ſervaſſet contrariam. Sic factus homo cum ad violationem mandati ſtatim reſpiceret, corruptionem naturaliter admiſit. Corruptione autem ad naturam accedente, neceſſe erat, ut qui ſalvare volebat, ipſam ſubſtantiam corrumpentem deleret. Hoc autem aliter fieri non poterat, niſi quæ erat ſecundum naturam vita, copularetur cum eo, quod corruptionem ceperat, & corruptionem deleret; immortale verò in poſterum ſervaret, quod corruptum fuerat. Idcirco opus fuit, ut verbum in corpore eſſet, ut à morte naturalis corruptionis nos liberaret. Si ergo, ut dicitis, ſolo nutu mortem noſtram avertit, non acceſſit quidem propter voluntatem (*ſcil. Salvatoris, eam à nobis procul eſſe jubentis*) mors, nihilominus verò rurſus corruptibiles ſumus, naturalem in nobis ipſis corruptionem circumferentes.

Ἰουστίνου Φιλοσόφου καὶ Μάρτυρος, ἐκ τοῦ κατὰ Ἑλλήνων.

Πλάσας ὁ Θεὸς κατ' ἀρχὰς τὸν ἄνθρωπον, τῆς γνώμης αὐτοῦ τὰ τῆς φύσεως ἀπηώρησεν, ἐντολῇ μιᾷ ποιησάμενος τὴν διάπειραν. Φυλάξαντα μὲν γὰρ ταύτην, τῆς ἀθανάτου λήξεως πεποίηκεν ἔσεσθαι· παραβάντα δὲ τῆς ἐναντίας. οὕτω γεγονὼς ὁ ἄνθρωπος, καὶ πρὸς τὴν παράβασιν εὐθὺς ἰδὼν, τὴν φθορὰν φυσικῶς εἰσεδέξατο. φύσει δὲ τῆς φθορᾶς προσγινομένης, ἀναγκαῖον ἦν, ὅτι σῶσαι βουλόμενος ἦν τὴν φθοροποιὸν οὐσίαν ἀφανίσαι. τοῦτο δὲ οὐκ ἦν ἑτέρως γενέσθαι, εἰ μήπερ ἡ κατὰ φύσιν ζωὴ προσεπλάκη τῷ τὴν φθορὰν δεξαμένῳ, ἀφανίζουσα μὲν τὴν φθορὰν, ἀθάνατον δὲ τοῦ λοιποῦ τὸ [a] δεξάμενον διατηροῦσα. διὰ τοῦτο τὸν λόγον ἐδέησεν ἐν σώματι γενέσθαι, ἵνα τοῦ θανάτου τῆς κατὰ φύσιν ἡμᾶς φθορᾶς ἐλευθερώσῃ. Εἰ γὰρ, ὡς φατὲ, νεύματι μόνον τὸν θάνατον ἡμῶν ἀπεκώλυσεν, οὐ προσῄει μὲν διὰ τὴν βούλησιν ὁ θάνατος· οὐδὲν δὲ ἧττον φθαρτοὶ πάλιν ἦμεν, φυσικὴν ἐν ἑαυτοῖς τὴν φθορὰν περιφέροντες.

a Addendum forte τὴν φθορὰν, aut ſaltem ſubintelligendum.

Leontii

Leontii Libri III. contra Nestorium & Eutychen, Latinè versi à Francisco Turriano, habentur in Bibliothecis Patrum, sed Græcè inediti sunt. Unde hæc ex vetustis membranis Bibliothecæ Bodleianæ Laud A. 33. descripsi, ut deperditâ Justini oratione, hoc saltem servaretur fragmentum: cujus primam partem Joannes Damascenus quoque Lib. I. Parallel. cap. 9. citavit. Videtur autem Justinus, ubi hæc protulit, disputasse contra opinionem Platonis, incorruptionem mundi & immortalitatem animarum nudæ voluntati Dei attribuentis, de quo vide Justinum in Dial. cum Tryphone pag. 223. Recitato autem fragmento consona sunt verba Irenæi Lib. III. adversus hæres. cap. 20. Εἰ μὴ ὁ Θεὸς ἐδωρήσατο τὴν σωτηρίαν, οὐκ ἂν βεβαίως ἔχομεν αὐτήν· καὶ εἰ μὴ συνηνώθη ὁ ἄνθρωπος τῷ Θεῷ, οὐκ ἂν ἠδυνήθη μετασχεῖν τῆς ἀφθαρσίας. *Nisi Deus donasset salutem, non firmiter haberemus eam: & nisi homo conjunctus fuisset Deo nostro, non potuisset particeps fieri incorruptibilitatis.*

Fragmenta Apolog. II. Justini Martyris.

Ex Joannis Damasceni Lib. II. *Parallel. cap.* 87. *& Antonii Melissa, Lib.* I. *cap.* 19.

Δυσμετάβατος ἡ ψυχὴ ἐπὶ ταῦτα, ἀφ' ὧν ὠλίσθησε καλῶν· δυσεκβίβαστός τε τούτων, ὧν συνειθίσθη κακῶν.

Animus ad ea bona, quibus excidit, ægre revocari potest: ac rursus ab iis, quibus adsuevit malis, non facile retrahi potest.

Hoc in Latina Damasceni editione & Græca Antonii ut Justini Martyris dictum citatur, non apposito libro, ex quo depromptum sit. Et nusquam quidem in editis Justini scriptis id inveni: inveni autem locum, quò est referendum. Occurrit namque in principio Apologiæ I. (reapse II.) lacuna, ante quam præcisè hæc leguntur verba: διὰ τὸ δυσμετάθετον καὶ φιλήδονον, καὶ δυσκίνητον πρὸς τὸ καλὸν ὁρμῆσαι, *propter animorum pertinaciam & voluptatis studium, & quod ad honestatem consectandam difficulter moveri queant.* Cum quibus supra recitata verba ita aptè & necessariò cohærent, ut de proprio eorum loco nullus dubitandi locus relictus videatur. Sed & aliud huc pertinens fragmentum sequitur

Ex MS. Codice Claromontano Joannis Damasceni Parallel. Lib. II. *cap.* 77.

Ὥσπερ πᾶσι τοῖς γενομένοις σώμασιν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ συνυπάρχει καὶ

Quemadmodum corporibus omnibus à Deo procreatis hoc insitum est, ut umbram habeant:

beant: ſic Deum quoque, qui juſtitiâ præditus eſt, tum iis, qui virtutem ſibi colendam propoſuerint, tum iis, qui vitium amplexari maluerint, pro cujuſque merito præmia pœnaſque tribuere conſentaneum eſt.

τὸ σκιὰν ἔχειν· οὕτως τῷ Θεῷ δικαίῳ ὄντι, τοῖς τὰ καλὰ ἑλομένοις, καὶ τοῖς τὰ κακὰ προτιμήσασιν, ἀκόλουθόν ἐστι τὸ κατ' ἀξίαν ἑκάστῳ ἀπονεῖμαι.

Ita hæc verba in Latina Damaſceni editione reddidit Billius, quæ Græcè ex dicto Codice deſcripta Pariſiis huc mihi tranſmiſit Perilluſtris Dnus. Ezechiel Spanhemius, Sereniſſimi Electoris Brandeburgici ad Aulam Regis Galliæ Legatus. Et in Latino quidem Damaſceno nudum Juſtini nomen eſt appoſitum; in Græco Codice autem ita citatur: τοῦ ἁγίου Ἰουστίνου φιλοσόφου καὶ μάρτυρος ἐκ τῆς α'. ἀπολογίας αὐτοῦ. Cum autem in neutra Apologiarum verba iſta repererim, ea in vacuum, de quo modò dixi, locum, præter quem nullæ ibi lacunæ dantur, reponenda eſſe conjicio: hancque conjecturam confirmat, quod in ultima, quæ hanc lacunam præcedit, periodo mentio fiat Divinæ juſtitiæ, malis pœnam, bonis præmium decernentis. Ait enim Chriſtianos perſuaſos eſſe, τοὺς ἀδίκους καὶ ἀκολάστους ἐν αἰωνίῳ πυρὶ κολασθήσεσθαι· τοὺς δὲ ἐναρέτους καὶ ὁμοίως Χριστῷ βιώσαντας, ἐν ἀπαθείᾳ συγγενέσθαι τῷ Θεῷ, *Injuſtos & incontinentes in igne æterno excruciatum iri: qui verò in virtute & ad exemplum Chriſti vitam duxerint, extra omnem dolorem cum Deo futuros eſſe.* Quam Dei juſtitiam apta ſimilitudine inde illuſtravit Juſtinus. Cæterùm hujus Apologiam poſteriorem dum ſub titulo prioris citavit Damaſcenus, jam ejus ætate iſtam ordinis permutationem, quæ in noſtris editionibus ab eruditis animadverſa eſt, obtinuiſſe colligo: imò forte ulteriùs tempore Euſebii, utpote qui paſſim quidem *primam Apologiam* vocavit, quæ revera prior fuit; attamen Lib. IV. cap. 17. allegans aliqua ex poſteriori, quæ in editis eſt I. itidem extare ait ἐν τῇ προτέρᾳ ἀπολογίᾳ, quod forte in ſuo Codice aliam præcederet. Nimis enim violenta eſt eruditorum quorundam emendatio, qui ἐν τῇ δευτέρᾳ pro προτέρᾳ reponi volunt.

Fragmentum deperditæ partis Dialogi cum Tryphone Judæo.

Ex Cod. 223. Barocc. qui eſt Catena in Pſalmos, ad iſta Pſalmi II. *verba*: Dirumpamus vincula eorum.

Non de Ethnicis alienigenis loquitur, ſed de (*populo*) cum

Οὐ περὶ ἐθνῶν ἀλλοφύλων φησίν, ἀλλὰ περὶ τοῦ συμφωνοῦντος τοῖς ἔθνεσιν,

ἔθνεσιν, κατὰ τὸ εἰρημένον ὑπὸ Ἱερεμίου· Πικρόν σοι τὸ καταλιπεῖν ἐμὲ, λέγει Κύριος ὁ Θεός σου, ὅτι ἀπ᾽ αἰῶνος συνέτριψας ζυγόν σου, καὶ διέῤῥηξας τοὺς δεσμούς σου, καὶ εἶπας· οὐ δουλεύσω σοι, ἀλλὰ πορεύσομαι ἐπὶ πᾶν ὄρος ὑψηλὸν, καὶ ὑποκάτω παντὸς ξύλου, καὶ ἐκεῖ διαχυθήσομαι ἐν τῇ πορνείᾳ μου.

gentibus conſpirante, juxta dictum Jeremiæ (cap. 2. v. 19.) *Amarum tibi, quod dereliqueris me, dicit Dominus Deus tuus, quia à ſeculo confregiſti jugum tuum, & dirupiſti vincula tua, & dixiſti: non ſerviam tibi, ſed ibo ad omnem montem excelſum, & ſubter omne lignum, & ibi diffundar in fornicatione mea.*

Hæc cùm Judæos apertè feriant, in Dialogo cum Tryphone iſtâ, quæ periit, parte à Juſtino prolata eſſe merito creditur.

Ex Cod. Barocc. 143. *fol.* 253. *pag.* 2. *& Joannis Damaſceni Lib.* I. *Parallel. cap.* 19.

Οὔτε τὸ φῶς ἔσται σκότος ποτὲ, ἕως ἂν ᾖ φῶς· οὔτε ἡ τῶν παρ᾽ ἡμῖν πραγμάτων διαλεχθήσεται ἀλήθεια. Ἀλήθεια γάρ ἐστι ταύτης ἰσχυρότερον οὐδέν. πᾶς ὁ δυνάμενος λέγειν τὴν ἀλήθειαν, καὶ μὴ λέγων, κριθήσεται ὑπὸ τοῦ Θεοῦ.

Nec lux unquam caligo erit, quamdiu lux fuerit: nec rerum noſtrarum veritas uſquam falſi convincetur. Veritas enim eſt, quâ nihil fortius eſſe poteſt. Quiſquis cum veritatem dicere queat, eam ſubticet, à Deo condemnabitur.

Ita hæc Latinè reddidit Billius, Damaſceni interpres; Græca verò deſcripſi ex dicto Codice membranaceo optimæ notæ, quo ſimile parallelis Damaſceni florilegium ex Divinis & Eccleſiaſticis libris collectum continetur. Cum autem ultima periodus extet in Dialogo cum Tryphone pag. 308. priora quoque ex priore iſtius Dialogi parte deperditâ Damaſcenum deſumpſiſſe, & poſterioribus junxiſſe autumo. Continua enim ſerie in dicto Codice connexa leguntur, nec nomen Juſtini ad marginem, ſed ante initium horum verborum ſcriptum eſt, adeo ut priora perinde ut poſteriora ipſius Juſtini eſſe vix ullum ſit dubium.

Fragmenta libri contra Marcionem.

Irenæus Lib. IV. *adverſus hæreſes cap.* 14.

Καλῶς Ἰουστῖνος ἐν τῷ πρὸς Μαρκίωνα συντάγματι φησίν· ὅτι αὐτῷ τῷ Κυρίῳ οὐδ᾽ ἂν ἐπείσθην, ἀλ-

Bene Juſtinus in libro, qui eſt ad (*contra*) Marcionem, ait: Quoniam ipſi quoque Domino non credidiſſem, alterum Deum

um annuncianti, præter fabricatorem, & factorem, & nutritorem nostrum. Sed quoniam ab uno Deo, qui & hunc mundum fecit, & nos plasmavit, & omnia continet, & administrat, unigenitus filius venit ad nos, suum plasma in semetipsum recapitulans, firma est mea ad eum fides & immobilis erga Patrem dilectio: utraque Deo nobis præbente.

λον Θεὸν καταγγέλλοντι παρὰ τὸν δημιουργὸν * * *

* * * *

* * * *

* * * *

* * * *

* * *

* * *

* * *

* * * *

Idem Lib. V. *cap.* 26.

Bene Justinus dixit, quoniam ante Domini adventum nunquam ausus est Satanas blasphemare Deum, quippe nondum sciens suam damnationem: quoniam & in Parabolis & allegoriis à Prophetis de eo sic dictum est. Post autem adventum Domini ex sermonibus Christi & Apostolorum ejus discens manifestè, quoniam ignis æternus ei præparatus est ex sua voluntate abscidenti à Deo, & omnibus qui sine pœnitentia perseverant in apostasia, per hujusmodi homines blasphemat eum Deum, qui judicium importat, quasi jam condemnatus, & peccatum suæ apostasiæ conditori suo imputat, & non suæ voluntati & sententiæ.

Καλῶς ὁ Ἰουστῖνος ἔφη, ὅτι πρὸ μὲν τῆς τοῦ Κυρίου παρουσίας οὐδέποτε ἐτόλμησεν ὁ Σατανᾶς βλασφημῆσαι τὸν Θεὸν, ἅτε μηδέπω εἰδὼς αὐτοῦ τὴν κατάκρισιν· * *

* * *

* * * *

* * * *

* * *

* * *

* * * *

* * *

* * *

* * *

* * * *

* * *

* * *

Non nominat quidem Irenæus Tractatum Justini, ex quo ista depromserit; sed ex eodem, unde priora citavit, libro contra Marcionem sumpta esse verosimillimum est. Nam crimen blasphemiæ adversus Creatorem, quod hîc ministris quibusdam Satanæ tribuit Justinus, Marcioni imputat Irenæus Lib. I. c. 29. his verbis: *Marcion Ponticus, adampliavit doctrinam, impudoratè blasphemans eum, qui à lege & Prophetis annuntiatus est Deus, malorem factorem.* Vide de utroque dicto novam, quæ sub prælo est, Irenæi editionem.

Prima

Prima pars Libri Justini Martyris *de Resurrectione è Damasceni Parallelis MSS. in Collegio Claromontano. A. Tit.* 73. περὶ φοβερᾶς ἀναστάσεως, *De terribili Resurrectione.*

Ὁ μὲν τῆς ἀληθείας λόγος ἐστὶν ἐλεύθερός τε καὶ αὐτεξούσιος· ὑπὸ μηδεμίαν βάσανον ἐλέγχου θέλων πίπτειν, μηδὲ τὴν παρὰ τοῖς ἀκούουσι δι' ἀποδείξεως ἐξέτασιν ὑπομένειν. Τὸ γὰρ εὐγενὲς αὐτοῦ καὶ πεποιθὸς, αὐτῷ τῷ πέμψαντι πιστεύεσθαι θέλει· λόγος δὲ ἀληθείας ἀπὸ Θεοῦ πέμπεται. Διὸ καὶ τὸ ἐλεύθερον τὸ περὶ αὐτὸν οὐ φορτικόν· κατ' ἐξουσίαν γὰρ φερόμενος, εἰκότως οὐδὲ τὰς ἀποδείξεις τῶν λεγομένων ἀπαιτεῖσθαι θέλει· ὅτι μηδέ εἰσιν ἄλλαι παρὲξ αὐτῆς τῆς ἀληθείας, ὅπερ ἐστὶν ὁ Θεός. πᾶσα γὰρ ἀπόδειξις ἰσχυροτέρα τε καὶ πιστοτέρα τοῦ ἀποδεικνυμένου τυγχάνει· εἴγε τὸ πρότερον ἀπιστούμενον πρινὴ τὴν ἀπόδειξιν ἐλθεῖν, ταύτης κομισθείσης ἔτυχε πίστεως, καὶ τοιοῦτον ἐφάνη, ὁποῖον ἐλέγετο. Τῆς δὲ ἀληθείας ἰσχυρότερον οὐδὲν *, οὐδὲ πιστότερον· ὥστε ὁ περὶ ταύτης ἀπόδειξιν αἰτῶν, ὅμοιός ἐστι τῷ τὰ φαινόμενα τοῖς αἰσθήσεσι, λόγοις θέλοντι ἀποδεικνύναι, διότι φαίνεται. Τῶν γὰρ διὰ τοῦ λόγου λαμβανομένων κριτήριόν ἐστιν ἡ αἴσθησις· αὐτῆς δὲ κριτήριον οὐκ ἔστι πλὴν αὐτῆς. Ὥσπερ οὖν τὰ διὰ τοῦ λόγου θηρώμενα ἀπάγοντες ἐπὶ τὴν αἴσθησιν, ταύτῃ κρίνομεν, ὁποῖά ποτε ὄντα τυγχά-

Veritatis sermo liber est, & sui juris: nec sub ullam cadere vult argumenti probationem, nedum examen per demonstrationem apud audientes sustinere. Quippe nobilitas ejus & certitudo illi ipsi, qui misit, vult credi: sermo autem veritatis à Deo mittitur. Quocirca libertas ejus minimè arrogans est: quod enim cum potestate profertur, meritò demonstrationes eorum, quæ dicuntur, exposci non vult: cùm nec aliæ sint extra ipsam veritatem, quæ est Deus. Nam omnis demonstratio fortior est & fide dignior eo, quod demonstratur; siquidem id quod prius non credebatur, antequam subiret demonstratio, illâ jam productâ fidem assequitur, & tale apparet, quale dicebatur. Atqui veritate nihil fortius, nihil credibilius: adeo ut si quis de illa demonstrationem exposcat, ei similis sit, qui sensibus apparentia demonstrari velit, quod appareant. Nam eorum, quæ per rumorem accipiuntur, judicium penes sensum est: ipsius autem sensûs, præter ipsum, non est aliud. Quemadmodum igitur res per famam investigatas ad sensum cùm adduxerimus, illo ipso judicamus, quales sint,

verane quæ dicuntur, an falsa, nec ultra dijudicamus, fidem illi habentes: ita humanos ac mundanos sermones ad veritatem remittimus, & per illam maline sint, an non, discernimus. At verò sermones veritatis aliâ re nullâ judicamus; sed ei credimus. Est enim veritas Deus, pater universorum, qui est mens perfecta: cujus filius existens Logos (*verbum*) ad nos descendit, carnem gestans, seque ipsum & Patrem ostendens, & dans nobis in seipso resurrectionem ex mortuis, & posthæc vitam æternam. Est autem ipse Jesus Christus, Salvator noster & Dominus: ac proinde idem & sui ipsius & cunctorum fides est ac demonstratio. Quocirca qui illum sequuntur, & illum cognoverunt, fidem in eum, tanquam demonstrationem, habentes in ipso acquiescunt.

II. Quia verò adversarius oppugnare mortales non definit, sed multis ac densis artibus ad insidias utitur; contra fideles quidem, ut eos à fide abducat; contra infideles autem, ut non credant: necessarium mihi videtur, ut etiam nos invictis fidei sermonibus obarmati, infirmorum causâ contra ipsos pugnemus. Aiunt ergo, qui deteriora profitentur, non esse carnis resurrectionem. Impossible enim esse, eam nunc corruptam & minutim dissolutam in statum pristinum redigi. Sed & impossibilem & inuti-

νει, εἴτε καὶ ἀληθῆ, εἴτε καὶ ψευδῆ τὰ λεγόμενα, οὐκέτι δὲ κρίνομεν, πιστεύοντες αὐτῇ· οὕτω καὶ τοὺς ἀνθρωπίνους καὶ κοσμικοὺς λόγους ἀναπέμπομεν ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν, καὶ ταύτῃ κρίνομεν, εἴτε φαῦλοι, εἴτε καὶ μὴ τυγχάνουσι ὄντες. Τοὺς δὲ τῆς ἀληθείας οὐδενὶ κρίνομεν ἑτέρῳ, πιστεύοντες αὐτῇ. ἔστι δὲ ἀλήθεια ὁ Θεὸς, ὁ πατὴρ τῶν ὅλων, ὅς ἐστι νοῦς τέλειος· οὗ γενόμενος υἱὸς ὁ Λόγος ἦλθεν εἰς ἡμᾶς, σάρκα φορέσας· ἑαυτόν τε καὶ τὸν πατέρα μηνύων, διδοὺς ἡμῖν ἐν ἑαυτῷ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν, καὶ τὴν μετὰ ταῦτα ζωὴν αἰώνιον. ἔστι δὲ οὗτος Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ σωτὴρ ἡμῶν καὶ δεσπότης· οὗτος τοίνυν αὐτός ἐστιν ἑαυτοῦ τε καὶ τῶν ὅλων πίστις τε καὶ ἀπόδειξις. Διόπερ οἱ τούτῳ κατακολουθοῦντες, καὶ γνόντες αὐτὸν, τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν, ὡς ἀπόδειξιν, ἔχοντες ἀναπαύονται ἐν αὐτῷ.

β'. Ἐπειδὴ δὲ πολλοὺς ὁ ἀντικείμενος πολεμῶν οὐ παύεται· πολλαῖς δὲ πυκναῖς τε μεθόδοις πρὸς ἐπιβουλὴν χρῆται· πρὸς μὲν τοὺς πεπιστευκότας, ἵνα τούτους τῆς πίστεως ἀπαγάγῃ, πρὸς δὲ τοὺς ἀπίστους ἔτι, ἵνα μὴ πιστεύσωσιν· ἀναγκαῖον εἶναί μοι δοκεῖ, καὶ ἡμᾶς καθωπλισμένους τοῖς τῆς πίστεως λόγοις ἀτρώτοις οὖσιν, ἀντιπολεμεῖν αὐτῷ διὰ τοὺς ἀσθενεῖς. Φασὶν οἱ τὰ χείρονα λέγοντες, * μὴ εἶναι τῆς σαρκὸς ἀνάστασιν· ἀδύνατον γὰρ εἶναι τὴν φθειρομένην, καὶ διὰ λεπτῶν λυομένην ταύτην συναχθῆναι εἰς τὸ αὐτό. πρὸς γὰρ ἀδύνατον καὶ ἀσύμφορον

φασιν

φασιν ὑπάρχειν τῆς ταύτης σωτηρίαν· καὶ κακίζουσιν αὐτὴν, τὰ ἐλαττώματα προφέροντες· καὶ αὐτὴν μόνην τὴν ἁμαρτημάτων αἰτίαν ἀποφαίνονται. ὥστε εἰ μέλλει, φασὶ, σὰρξ ἀνίστασθαι, καὶ τὰ ἐλαττώματα συναναστήσεται· Καὶ σοφίσματα πλέκουσι τοιαῦτα· Εἰ ἡ σὰρξ ἀνίσταται, ἤτοι ὁλόκληρος ἀναστήσεται, καὶ πάντα τὰ μόρια ἔχουσα, ἢ ἀτελής· ἀλλὰ τὸ μὲν ἐλλειπῆ μέλλειν αὐτὴν ἀνίστασθαι, ἀδυναμίαν ἐμφαίνει τοῦ Θεοῦ, εἰ τὰ μὲν ἠδυνήθη σῶσαι, τὰ δὲ οὔ. εἰ δὲ πάντα τὰ μέρη καὶ τὰ μόρια ἕξει, δηλονότι ταῦτα λέγειν ὑπάρχειν μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν, καὶ πῶς οὐκ ἄτοπον; τοῦ σωτῆρος εἰρηκότος· οὔτε γαμοῦσιν, οὔτε γαμίσκονται. ἀλλ' ἔσονται ὡς ἄγγελοι ἐν τῷ οὐρανῷ. οἱ δὲ ἄγγελοί, φασιν, οὔτε σάρκα ἔχουσιν, οὔτε ἐσθίουσιν, οὔτε συνουσιάζονται· ὥστε οὐδὲ σαρκὸς ἀνάστασις γενήσεται. Ταῦτα μὲν οὖν καὶ τὰ τούτου ὅμοια λέγοντες πειρῶνται διαστρέφειν τοὺς ἀπὸ τῆς πίστεως. Εἰσὶ γάρ τινες,* οἳ λέγουσι καὶ αὐτὸν τὸν Ἰησοῦν πνευματικὸν μόνον παρεῖναι, μηκέτι ἐν σαρκί· φαντασίαν δὲ σαρκὸς παρέχειν, πειρώμενοι καὶ αὐτοὶ ἀποστερεῖν τῆς ἐπαγγελίας τὴν σάρκα. Πρῶτον μὲν τὰ ὑπ' αὐτῶν δοκοῦντα ἄπορα φαίνεσθαι, λύσομεν· εἶθ' οὕτως ἑξῆς ἐπάξομεν τὸν ἀποδεικνύντα λόγον περὶ τῆς σαρκὸς, ὡς ἔχει σωτηρίαν.

γ'. Φασὶ τοίνυν, εἰ ὁλόκληρον ἀναστήσεται τὸ σῶμα, καὶ τὰ μόρια αὐτοῦ

lem esse addunt ejus salutem: accusantque illam, & ejus vitia proferunt, & solam ipsam peccatorum esse causam criminantur: ita ut si caro resurgat, inquiunt, ipsius quoque vitia resurrectura sint. Atque etiam talia quædam nectunt sophismata: Si caro resurget, aut integra & omnibus instructa partibus resurget, aut imperfecta; atqui debere imperfectam resurgere, arguit Dei impotentiam, si unas quidem partes servare potuerit, alias non. Sin omnibus partibus & membris instructa; hæc scilicet post resurrectionem ex mortuis esse dicere, ecquomodo absurdum non est? cùm Salvator dixerit: * *Neque nubent, neque nubentur: sed erunt sicut Angeli in cœlo.* Angeli autem, inquiunt, nec carnem habent, nec comedunt, nec commiscentur: adeo ut nec carnis futura sit resurrectio. Hæc igitur & his similia afferentes conantur aliquos à fide avertere. Sunt item quidam, qui & ipsum Jesum Christum dicant in Spiritu tantùm advenisse, non item in carne, sed speciem duntaxat carnis exhibuisse: conantes & ipsi carnem promissione fraudare. Primò igitur ea, quæ ipsis videntur inexplicabilia, resolvemus; tum ita deinceps sermonem de carne inducemus, & quonam pacto ea salutem consequatur, demonstrabimus.

III. Dicunt ergo: si integrum corpus resurget, atque omnia

* *Marci* 12. *ver.* 25.

ſua membra recipiet, neceſſariò & ipſas membrorum functiones futuras: ut & uterus concipiat, & viri genitale ſeminet, & alia ſimiliter. Ab hoc proinde uno totus ſermonis pendeat cardo: (nam ejus demonſtrata falſitate, omnis eorum ratio corruet) Nempe membra operari illa, ad quæ apta ſunt, nihil neceſſe eſt. Quod ut planum fiat, ita conſideremus. Uteri munus eſt concipere, & virilis membri ſeminare. Quemadmodum igitur ad hæc præſtanda talibus operari muneribus convenit: ita illis ab initio hæc efficere nihil neceſſe eſt. Videmus enim non paucas mulieres, quæ non concipiunt, utpote ſteriles uteros nactas. Ita non ſtatim neceſſarium eſt, eam, cui uterus ſit, etiam concipere. Aliæ autem minimè quidem ſteriles à principio, ſed virginitatem colentes, à congreſſu abſtinuerunt: aliquæ verò etiam ab aliquo tempore. Viros item alios quidem ab initio, alios autem à certo tempore caſtimoniam obſervantes intuemur: ita ut ab ipſis diſſolvantur per cupidinem initæ citra legis neceſſitatem nuptiæ. Quin & pecorum quædam invenimus ſterilia, tametſi uteros habentia: & muli mares mulum non generant. Quò fit, ut tam per homines, quam per alias animantes, mutuæ conſuetudini, etiam ante futurum ſeculum, videamus eſſe derogatum. Et ſanè Dominus noſter Jeſus Chriſtus non alia de cauſa virgine natus eſt, quàm ut iniquæ concupiſcentiæ generationem aboleret, ac ſimul demon-

πάντα ἕξει, ἀνάγκη δὲ καὶ τὰ ἔργα τῶν μορίων ὑπάρξαι· μήτραν μὲν κυΐσκειν, σπερματίζειν δὲ μόριον ἀνδρὸς, καὶ τὰ λοιπὰ δὲ ὁμοίως. ἔστω δὲ ἀφ' ἑνὸς οὗτος ὁ λόγος ἱστάμενος· (τούτου γὰρ ἀποδεικνυμένου ψευδοῦς, οἰχήσεται πᾶς ὁ λόγος αὐτῶν) τὸ μὲν οὖν, τὰ μόρια ἐνεργοῦντα ταῦτα ἐνεργεῖν οὐκ ἀναγκαῖον. * ἵνα δὲ σαφὲς ᾖ τὸ λεγόμενον, οὕτω σκοπήσωμεν. Μήτρας ἐστὶν ἡ ἐνέργεια τὸ κυΐσκειν· καὶ μορίου ἀνδρὸς τὸ σπερμαίνειν. ὥσπερ δὲ εἰς ταῦτα μέλλει ἐνεργεῖν τοιαύτας ἐνεργείας, οὕτως οὐκ ἀναγκαῖον αὐτοῖς ἐστι, τὸ τὴν ἀρχὴν ἐνεργεῖν. Ὁρῶμεν γὰρ πολλὰς γυναῖκας μὴ κυϊσκούσας, ὡς τὰς μήτρας ἐχούσας στείρας· οὕτως οὐκ εὐθέως καὶ τὸ μήτραν ἔχειν, καὶ κυΐσκειν ἀναγκάζειν. ἄλλαι καὶ μὴ στεῖραι μὲν ἐξ ἀρχῆς, παρθενεύουσαι δὲ *, κατήργησαν τὴν συνουσίαν· ἕτεραι δὲ καὶ ἀπὸ χρόνου. Ἄρρενας μὲν, τοὺς μὲν ἀπ' ἀρχῆς παρθενεύοντας ὁρῶμεν, τοὺς δὲ ἀπὸ χρόνου· ὥστε δι' αὐτῶν καταλύεσθαι τὸν δι' ἐπιθυμίας ἄνομον * γάμον. Ἀλλὰ μὴν καὶ κτηνῶν τινα εὑρίσκομεν ἄτοκα, καίτοι μήτρας ἔχοντα· ἡμίονον δὲ καὶ οἱ ἄρρενες οὐ γεννῶσιν ἡμίονοι. Ὥστε καὶ διὰ ἀνθρώπων, καὶ δι' ἀλόγων καταργουμένην τὴν συνουσίαν, καὶ πρὸ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος ὁρᾶσθαι. Καὶ ὁ κύριος δὲ ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, οὐ δι' ἄλλο τι ἐκ παρθένου ἐτέχθη, ἀλλ' ἵνα καταργήσῃ γέννησιν ἐπιθυμίας ἀνόμου, καὶ δείξῃ ὅτι καὶ δίχα συνου-

σίας

σίας ἀνθρωπίνης δυνατὴν εἶναι τῷ Θεῷ τὴν ἀνθρώπου πλάσιν. Καὶ γεννηθεὶς δὲ, καὶ πολιτευσάμενος τὴν λοιπὴν τῆς σαρκὸς πολιτείαν· λέγω δὴ ἐν τροφαῖς, καὶ πότοις, καὶ ἐνδύμασι· ταύτην δὲ τὴν διὰ συνουσίας μόνον οὐκ εἰργάσατο· ἀλλὰ τὰς τῆς σαρκὸς ἐπιθυμίας, τὰς μὲν ἀναγκαίας ὑπάρχειν, κατεδέξατο, τὰς δὲ μὴ ἀναγκαίας οὐ προσήκατο. Τροφῆς μὲν γὰρ, καὶ ποτοῦ, καὶ ἐνδυμάτων ὑστερουμένη σὰρξ, καὶ διαφθαρείη ἄν· συνουσίας δὲ ὑστερουμένη ἀνόμου, οὐδὲν ὅτι (l. ἔτι) πάσχει κακόν. Ἅμα δὲ καὶ τὴν μέλλουσαν καταργεῖσθαι τῆς διὰ συνουσίας μίξιν ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι προεμήνυσεν ὅς φησιν· οἱ υἱοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου γαμοῦσι, καὶ γαμίσκονται· οἱ δὲ υἱοὶ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος οὔτε γαμοῦσιν, οὔτε γαμίσκονται, ἀλλ᾽ ἔσονται ὡς ἄγγελοι ἐν τῷ οὐρανῷ. Μὴ θαυμαζέτωσαν οὖν οἱ τῆς πίστεως ἐκτὸς, εἰ τὴν ἀπὸ τοῦ νῦν καταργουμένην ἐν τοῖς ἔργοις τούτοις σάρκα, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι καταργήσει.

δ'. Ναὶ, φασίν· εἰ οὖν ἡ σὰρξ ἀνίσταται, καὶ τοιαύτη ἀνίσταται, οἵα κλιθήσεται· ὥστε εἰ μονόφθαλμος κλιθήσεται, μονόφθαλμος ἀνίσταται, εἰ χωλὸς, χωλός· εἰ ἄλλό τι τοῦ σώματος ὕστερον εἴη, τοῦτο καὶ ἔλαττον ὁ ἄνθρωπος ἀναστήσεται. τετυφλωμένοι ὡς ἀληθῶς τὰ τῆς ἀληθείας ὄμματα. Οὐ γὰρ εἶδον ἐπὶ τῆς γῆς τυφλοὺς βλέποντας, χωλοὺς περιπα-

ſtraret, etiam ſine humana conſuetudine poſſibilem eſſe Deo hominis formationem. Genitus porrò, & reliquam vitæ corporeæ rationem amplexus, in cibo, inquam, & potione, & indumentis; hanc ſolam, quæ fit per concubitum, non exercuit: ſed alias carnis cupiditates neceſſarias quidem ſuſcepit, non neceſſarias autem non admiſit. Nam caro quidem, ſi cibo & potione & indumentis privetur, ipſa corrumpetur: ſin autem privata fuerit conſuetudine, quæ nulla lege præcipitur, nihil prorſus patietur mali. Simul autem deſituram eſſe in futuro ſæculo eam, quæ per concubitum fit, commiſtionem prædixit ille, qui dixit: * *Filii hujus ſæculi nubunt, & traduntur ad nuptias: filii autem futuri ſæculi, neque nubunt, neque ducunt uxores, ſed erunt ſicut Angeli in cœlo.* Ne mirentur proinde infideles, ſi carnem abhinc ab iſtis operibus ceſſantem, in futuro ſæculo ſit ab iiſdem ſejuncturus.

IV. Sit ita, inquiunt. Itaque ſi caro reſurgit, talis utique reſurgit, qualis occubuerit: ut ſi quis monoculus occubuerit, etiam reſurget monoculus; ſi claudus, claudus; itidemque ſiquid aliud corporis mutilum fuerit: ita quoque homo reſurget mutilus. Sic iſti verè excæcatos ad veritatem habentes oculos. An enim non viderunt in terra hac cæcos videntes, & claudos ambulantes?

* *Lucæ* xx. ver. 34.

Hæc

Hæc omnia verbo ſuo fecit Salvator: primò quidem, ut impleretur quod dictum eſt per Prophetas de illo: * *Cæci vident, ſurdi audiunt*, & alia hujuſmodi: deinde ad fidem faciendam, carnem in reſurrectione eſſe reſurrecturam. Si enim in terra carnis infirmitates ſanavit, & corpus integrum reddidit; quanto magis in reſurrectione id faciet, ut caro integra & perfecta reſurgat? Quæ igitur inſanabilia ipſis videntur, ſic ſanabuntur.

V. Rurſus autem eorum, qui reſurrectionem carnis negant, quidam velut impoſſibilem negant: alii, tanquam Deo eam ſuſcitare non conveniat, utpote vilem ac deſpicabilem: nonnulli denique, quòd illi primitus non promiſſa ſit. Equidem operæ pretium duco, eos qui impoſſibilem Deo eſſe dicunt carnis reſuſcitationem, primò omnium aggredi. Quippe qui ignorant, ſe verbo quidem fideles eſſe profiteri, ſed factis demonſtrare ſe infideles, adeoque infidelibus infideliores. Nam Gentes omnes, quæ idolis crediderunt, etiam perſuaſum habent, omnia illis eſſe poſſibilia. Quemadmodum & Homerus Poëta canit: † *Dî omnia poſſunt: & facilè.* Addidit verò vocem ῥεῖα, quod eſt facilè, ut magnitudinem potentiæ Deorum declararet. Quare multò illis infideliores apparent. Si enim Gentes idolis,

πεύντας; Τῷ ἑαυτοῦ λόγῳ ἅπαντα ἐποίησεν ὁ σωτήρ· πρῶτον μὲν, ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ τῶν Προφητῶν περὶ αὐτοῦ, ὅτι τυφλοὶ βλέπουσι, κωφοὶ ἀκούουσι, καὶ τὰ ἄλλα· ἔτι δὲ καὶ εἰς πίστιν τοῦ ὅτι ἐν τῇ ἀναστάσει ἡ σὰρξ ἀναστήσεται. εἰ γὰρ ἐπὶ τῆς γῆς τὰς ἀσθενείας τῆς σαρκὸς ἰάσατο, καὶ ὁλόκληρον ἐποίησε τὸ σῶμα, πολλῷ μᾶλλον ἐν τῇ ἀναστάσει τοῦτο ποιήσει, ὥστε καὶ ἀκέραιον καὶ ὁλόκληρον ἀναστῆναι τὴν σάρκα; Τὰ μὲν οὖν παρ᾽ αὐτῶν νομιζόμενα ἄπορα, τοῦτον τὸν τρόπον ἰαθήσονται.

έ. Ἔτι δὲ καὶ τῶν λεγόντων μὴ ἀνίστασθαι τὴν σάρκα, οἱ μὲν ὡς ἀδύνατον ἀναστῆναι λέγουσιν· οἱ δὲ ὡς μὴ προσῆκεν τῷ Θεῷ ἀνιστάνειν αὐτὴν, διὰ τὸ εὐτελὲς καὶ εὐκαταφρόνητον αὐτῆς· οἱ δὲ ὅτι τὴν ἀρχὴν οὐδὲ ἐπαγγελίαν ἔχειν. πρῶτον μὲν οὖν μοι δοκεῖ πρὸς τοὺς ἀδύνατον εἶναι λέγοντας τῷ Θεῷ τὸ ταύτην ἀναστῆναι, διεξελθεῖν· ὅτι ἀγνοοῦσιν αὐτοὶ τῷ λόγῳ λέγοντες ἑαυτοὺς εἶναι πιστοὺς, καὶ διὰ τῶν ἔργων ἀποδεικνύντες ἀπίστους ἑαυτοὺς, καὶ τῶν ἀπίστων ἀπιστοτέρους. Τῶν γὰρ ἐθνῶν ἁπάντων ἐπὶ τὰ εἴδωλα πεπιστευκότων καὶ πεπεισμένων, ὅτι πάντα δυνατὰ αὐτοῖς ἐστιν· ὡς καὶ Ὅμηρος ὁ ποιητής [a] φησι· θεοὶ δέ τε πάντα δύνανται, καὶ ῥεῖα. * ἀλλὰ καὶ τὸ ῥεῖα προσέθηκεν, ὅπερ ἐστὶν εὐχερῶς, ἵνα τὴν μεγαλειότητα τῆς τῶν Θεῶν δυνάμεως ἐκφάνῃ. Πολὺ οὖν τούτων ἀπιστότεροι φαίνονται. Εἰ γὰρ τοῖς εἰδώ-

* *Iſaiæ* xxxv. *ver.* 5. a αὐτῶν addit Petavius hunc locum citans itidem ex MS.Cod. in Addendis ad Tom.I. Dogm.Theol. p.836. † *Homer. Odyſſ.*xi.*ver.*306.

λοις

λοις τὰ ἔθνη τοῖς Θεοῖς αὐτῶν, οἳ ὦτα ἔχουσι καὶ οὐκ ἀκούουσιν, ὀφθαλμοὺς ἔχουσι καὶ οὐκ ὄπτονται), τὰ πάντα δύνασθαι πεπιστεύκασι, δαιμονίοις οὖσι, καθὼς ἡ γραφὴ λέγει· ὅτι οἱ Θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαιμόνια· πολλῷ μᾶλλον ἡμεῖς ἑαυτὴν ἐξαίρετον καὶ ἀληθῆ πίστιν ἔχοντες ὀφείλομεν τῷ Θεῷ ἡμῶν πιστεύειν, ἔχοντες τεκμήρια· καὶ πρῶτον μὲν τὴν τοῦ πρωτοπλάστου γένεσιν *, ὅτι ἐκ γῆς ὑπὸ Θεοῦ γέγονεν· ἱκανὸν γὰρ τοῦτο δεῖγμα τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως. Επειτα δὲ καὶ τὴν μετὰ ταῦτα ἐξ ἀλλήλων γένεσιν κατανοοῦσιν ἔστιν ἰδεῖν καὶ θαυμάσαι μειζόνως, ὅτι ἐξ ἐλαχίστης ῥανίδος ὑγροῦ τηλικοῦτον πλάσσεται ζῶον *. Αλλὰ μὴν περὶ τῆς ἀναστάσεως ἡμῖν ἔδειξεν ὁ σωτὴρ ἀποτελέσματα, ἃ μετ' ὀλίγον ἐροῦμεν. νῦν δὲ τὸ δυνατὴν εἶναι τὴν τῆς σαρκὸς ἀνάστασιν ἐπιδεικνύομεν, συγγνώμην αἰτούμενοι παρὰ τῶν τῆς ἀληθείας τέκνων, εἰ καὶ τῶν ἔξωθεν εἶναι δοκούντων καὶ κοσμικῶν λόγων. . . . . .

ς'. Ερώμεθα οὖν πρῶτον, ὅτι οὐδέν ἐστιν ἔξωθεν τοῦ Θεοῦ· δεύτερον, ὅτι πρὸς ἀπίστους τούτους ποιούμεθα τοὺς λόγους. Εἰ γὰρ πρὸς πιστοὺς, αὐτάρκες ἦν εἰπεῖν ὅτι πεπιστεύκαμεν· νυνὶ δὲ διὰ ἀποδείξεων χωρεῖν ἀναγκαῖον. ἱκανὰ μὲν οὖν καὶ τὰ προειρημένα τεκμήρια πρὸς τὸ δυνατὴν εἶναι δεικνύειν τὴν τῆς σαρκὸς ἀνάστασιν· ἀλλ' ἐπεὶ λίαν εἰσὶν ἄπιστοι, καὶ ἀναγκαστικώτερον ἐπάξωμεν τὸν λόγον·

Diis ſuis (qui * *aures habent, & non audiunt ; oculos habent, & non vident*) cuncta eos poſſe crediderunt, cùm ipſi ſint Dæmonia, ſicut loquitur Scriptura : † *Dii Gentium dæmonia* ; multò magis nos ipſam eximiam & veram fidem tenentes, Deo noſtro credere debemus,cùm & argumenta fide digna habeamus : ac primum quidem,ipſam protoplaſtæ generationem, qui è terra à Deo factus eſt : eſt enim iſtud potentiæ Dei clarum documentum. Deinde verò qui illam, quæ ex ipſis inter ipſos poſtmodum facta eſt, generationem attenderint, id ipſum videbunt ac mirabuntur magis: quo ſcilicet pacto è minimâ humoris guttula tantum efformetur animal. Atqui de reſurrectione ipſemet nobis Salvator oſtendit effecta, quæ paulatim poſtea exequemur. Nunc autem carnis reſurrectionem eſſe poſſibilem demonſtramus, veniam interim à filiis veritatis expoſcentes, ſi extraneis ac mundanis ſermonibus utamur.

VI. Dicamus igitur primò, nihil Deo eſſe extraneum : deinde nos ad infideles hunc afferre ſermonem. Nam ſi ad fideles, ſatis fuiſſet dicere, nos credidiſſe : nunc autem per demonſtrationes procedere eſt neceſſarium. Tametſi igitur antehac producta argumenta ſatis ad demonſtrandum poſſibilem eſſe carnis reſurrectionem fuerint idonea ; tamen ob nimiam quorundam infidelitatem,ratione utar quæ ma-

* *Pſal.* CXIII. *ver.* 6. † *Pſal.* XCV. *ver.* 5.

gis urgeat,

gis urgeat, non à fide quidem ducta, à qua illi sunt extranei; sed ab infidelitate ipsorum matre: à rationibus, inquam, mundanis. Si enim ex his possibilem esse carnis resurrectionem demonstramus, sanè multa confusione digni sunt, qui nec mundanas sequi rationes possunt. Aiunt ergo Physici hujus mundi, quos Sapientes vocant, hi quidem, hoc universum esse materiam & Deum, ut Plato; illi atomos & vacuum, ut Epicurus; alii hæc quatuor, ignem, aquam, aërem, terram, ut Stoici. Sufficit enim opinionum maximè præstantium meminisse. Et Plato quidem dicit cuncta ex materia à Deo facta esse, & secundum ejus providentiam: Epicurus autem cum suis, ex atomo & vacuo, quadam fortuitâ ipsorum corpusculorum per naturalem motum concursione: Stoici verò è quatuor elementis Deo per ipsa pervadente. Talis igitur cùm sit inter eos discrepantia, quædam tamen communia sunt omnium scita apud ipsos in confesso: unum quidem, ipsum quod est, neque ex non ente fieri, neque in non ens resolvi ac interire; & illud: elementa esse incorrupta, è quibus rei cujusque existit generatio.

VII. His ergo apud illos omnes ita se habentibus, apparebit possibilis ipsa carnis regeneratio. Sive enim sit materia & Deus è Platonis sententiâ; sunt hæc ambo incorrupta: & Deus quidem artificis locum tenet, tanquam fictoris: materia verò lo-

οὐκ ἐκ τῆς πίστεως, ὅτι μὴ τυγχάνουσιν ὄντες αὐτῆς· ἀλλ' ἐκ τῆς ἀπιστίας τῆς μητέρος αὐτῶν· λέγω δὴ τῶν κοσμικῶν λόγων. Εἰ γὰρ ἐκ τούτων ἐπιδεικνύομεν εἶναι τὴν τῆς σαρκὸς ἀνάστασιν, πολλῆς δήπουθεν αἰσχύνης εἰσὶν ἄξιοι, οἳ μήτε τοῖς τοῦ κόσμου ἀκολουθεῖν δύνανται. φασὶ τοίνυν οἱ τοῦ κόσμου φυσικοὶ, σοφοὶ λεγόμενοι, τὸ πᾶν ὑπάρχειν, οἱ μὲν ὕλην καὶ Θεὸν, ὡς Πλάτων· οἱ δὲ ἄτομα καὶ κενὸν, ὡς Ἐπίκουρος· οἱ δὲ τὰ τέσσαρα, πῦρ, ὕδωρ, ἀέρα, γῆν, ὥσπερ οἱ Στωϊκοί· ἀρκεῖ γὰρ ἐπιμνησθῆναι τῶν ἐπικρατουσῶν μάλιστα δοξῶν*. Καὶ ὁ μὲν Πλάτων φησὶν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τὰ πάντα ἐκ τῆς ὕλης γεγονηκέναι, καὶ κατὰ πρόνοιαν αὐτοῦ· ὁ δὲ Ἐπίκουρος, καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ ἐκ τῆς ἀτόμου, καὶ ἐκ τοῦ κενοῦ κατὰ ταυτόματόν τινα φορὰν τῆς ἐκ τῶν σωμάτων φυσικῆς κινήσεως· οἱ δὲ Στωϊκοὶ ἐκ τῶν τεσσάρων, διήκοντος δι' αὐτῶν τοῦ Θεοῦ. Τοιαύτης δὲ διαφωνίας αὐτῶν οὔσης, ἔστι τινὰ παρ' αὐτοῖς ὁμολογούμενα κοινὰ δόγματα πρὸς ἁπάντων· ἓν μὲν, τὸ ὂν μήτε ἐκ τοῦ μὴ ὄντος γίνεσθαι, μήτε εἰς τὸ μὴ ὂν ἀναλύεσθαι καὶ ἀπόλλυσθαι· καὶ τὸ, τὰ στοιχεῖα ἄφθαρτα ὑπάρχειν, ἐξ ὧν ἡ ἑκάστου πράγματος γένεσίς ἐστι.

ζ'. Τούτων οὖν οὕτως ἐχόντων κατὰ πάντας αὐτοὺς, φανήσεται δυνατὴ ἡ τῆς σαρκὸς ὑπάρχειν παλιγγενεσία. Εἴτε γὰρ κατὰ Πλάτωνά ἐστιν ἡ ὕλη, καὶ ὁ Θεός· ἀμφότερα ταῦτα ἄφθαρτα· καὶ ὁ μὲν Θεὸς ἐπέχει τόπον τεχνίτου, οἷον πλάστου· ἡ δὲ ὕλη ἐπέχει

τόπον

τόπον πηλοῦ, ἢ κηροῦ, ἢ τοιούτου τινός. τὸ μὲν οὖν ἐκ τῆς ὕλης γινόμενον φθαρτὸν πλάσμα, ὁ ἀνδριὰς, ἢ εἰκών· ἡ δὲ ὕλη αὐτὴ ἄφθαρτος· οἷον πηλὸς, ἢ κηρὸς, ἢ ἄλλο τι τοιοῦτον εἶδος ὕλης. Οὕτως ὁ πλάστης ἐκ τοῦ κηροῦ ἢ πηλοῦ πλάσσει καὶ ζωοποιεῖ ζώου μορφήν· πάλιν ἐὰν διαλυθῇ τὸ πλάσμα, οὐκ ἀδύνατον αὐτῷ ἐστι, τὴν αὐτὴν ὕλην ἀναφύροντι καὶ καινοποιήσαντι, τὸ αὐτὸ πλάσμα ποιῆσαι. Οὕτως κατὰ Πλάτωνα οὐδὲ τῷ Θεῷ ἀφθάρτῳ ὄντι, ἄφθαρτον ἔχοντι τὴν ὕλην, τοῦ ἐξ αὐτοῦ γινομένου πλάσματος διαλυθέντος, ἀδύνατόν ἐστιν ἀνακαινοποιῆσαι πάλιν αὐτὴν, καὶ ποιῆσαι τὸ αὐτὸ πλάσμα, ὁποῖον ἦν καὶ τὸ πρότερον. Αλλὰ μὴν κατὰ τοὺς Στωϊκοὺς ἐκ τῆς τῶν τεσσάρων στοιχείων κράσεως γινομένου τοῦ σώματος καὶ διαλυομένου τούτου εἰς τὰ τέσσαρα, παραμενόντων τούτων ἀφθάρτων, δυνατόν ἐστιν, πάλιν τὰ τέσσαρα στοιχεῖα τὴν αὐτὴν μίξιν καὶ κρᾶσιν λαμβάνοντα ἀπὸ τοῦ διήκοντος Θεοῦ, ποιῆσαι ὃ πρότερον ἐπεποιήκει σῶμα· ὥσπερ εἴ τις ἐκ χρυσοῦ, καὶ ἀργύρου, καὶ χαλκοῦ, καὶ κασσιτέρου ποιήσει μίγμα, ἔπειτα θελήσει πάλιν διαλῦσαι, ὥστε κατ' ἰδίαν ἕκαστον εἶναι, καὶ πάλιν μίξας τὰ αὐτὰ, ποιήσῃ ὃ πρότερον πεποίηκεν ἐξ αὐτῶν μίγμα.

η'. Καὶ κατὰ τὸν Επίκουρον δὲ, τῶν ἀτόμων ἀφθάρτων οὐσῶν καὶ τοῦ κενοῦ, παρὰ τὴν ποίαν τάξιν καὶ θέσιν τῶν ἀτόμων συντιθεμένων γίνεται τά τε ἄλλα συγκρίματα, καὶ τὸ σῶμα, χρό-

cum luti, aut ceræ, aut talis cujuſpiam. Quod igitur è materiâ figmentum fictum eſt, ſeu ſtatua, ſeu imago, corruptioni eſt obnoxium: materia verò ipſa, ut lutum aut cera, aliave talis ſpecies materiæ, incorrupta. Ita fictor è cerâ aut luto fingit & ad vivum exprimit formam animalis: rurſus ſi figmentum diſſolutum fuerit, ei impoſſibile non erit, eandem miſcenti ac renovanti materiam, idem figmentum efficere. Quare ſecundum Platonem neque Deo incorrupto, materiam habenti itidem incorruptam, (poſtquam figmentum ab eo factum corruptum fuerit) impoſſibile erit eam renovare, atque idem figmentum, quale prius fuerat, reficere. Sed & ſecundùm Stoicos corpore è quatuor elementorum miſtione efformato, & eodem in eadem quatuor reſoluto, poſſibile eſt, illis remanentibus incorruptis, rurſus quatuor elementa eandem commiſtionem ac temperamentum à Deo pervadente ſuſcipientia efficere id, quod priùs fuerat, corpus: Quemadmodum ſiquis ex auro, & argento, & ære, & ſtanno mixtum aliquod faciat, deinde velit diſſolvere, ut unumquodque ſeorſum ſit; ac denuo eadem commiſcens, idem ex illis mixtum faciat, quod antè fecerat.

VIII. Denique ſecundùm Epicuri opinionem, cùm atomi & vacuum incorrupta ſint, fit ut atomis certo ordine & ſitu compoſitis, tum aliæ concretiones fiant, tum etiam corpus aliquod;

quod; dissolubile quidem illud tempore, sed rursus in atomos ex quibus factum fuerat. His porrò manentibus incorruptis, nequaquam impossibile est, coëuntibus rursum, & eundem situm atque ordinem resumentibus, facere corpus, quod prius fuerat, & simile. Sicut si tessellarius è tesserulis fingat animalis formam: deinde illis vel à tempore vel ab ipsomet dissolutis, easdem dispersas recolligat, haud illi impossibile fuerit illis collectis ac similiter, ut priùs, dispositis, eandem animalis formam repræsentare. Et Deus dissoluta carnis membra atque disjuncta non poterit in idem corpus restituere, quod antè compegerat? At enim satis idonea ratione mihi demonstratum est, secundum Ethnicos possibilem esse carnis resurrectionem. Si autem secundum infideles non invenitur impossibilis esse carnis resurrectio, quanto minus secundum fideles?

IX. Deinceps porro ad eos mihi sermo convertendus est, qui carnem infamant, indignamque tam resurrectione, quàm cœlesti gloria esse dicunt; primò quidem, quod ejus substantia sit terra; deinde quòd omnis peccati plena: adeo ut & animam ad secum peccandum ipsa adigat. Videntur autem isti ignorare, materiam ipsam & primam hominis creationem atque formationem, ipsumque adeo mundum, Dei esse opificium An non enim dicit Scriptura, * *faciamus*

νῷ μετὰ διαλυόμενον, [a] διαλύεται πάλιν εἰς τὰς ἀτόμους, ἐξ ὧν καὶ ἐγένετο. Τούτων μενουσῶν ἀφθάρτων, οὐδὲν ἀδύνατόν ἐστι, συνελθουσῶν πάλιν, καὶ τὴν αὐτὴν θέσιν καὶ τάξιν λαβουσῶν, ποιῆσαι ὃ πρότερον ἐγεγόνει ἐξ αὐτῶν σῶμα, καὶ ὅμοιον· ὥσπερ εἴ τις ψηφοθέτης ἐκ ψήφων ποιήσει ζώου μορφήν· ἔπειτα τούτων ἀπὸ χρόνου διαλυθέντων, ἢ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ ποιήσαντος, τὰς αὐτὰς ἔχων ψήφους ἐσκορπισμένας συναγάγῃ, οὐκ ἀδυνατήσει συλλέξας αὐτὰς καὶ διαθεὶς ὁμοίως ποιῆσαι τὸ αὐτὸ εἶδος τοῦ ζώου. ὁ δὲ Θεὸς ἀναλυθέντα τὰ μέλη τῆς σαρκὸς ἀπ' ἀλλήλων, οὐ δυνήσεται πάλιν ποιῆσαι τὸ αὐτὸ τῷ πρότερον γεγονότι ὑπ' αὐτοῦ σώματι; Ἀλλὰ γὰρ ὁ μὲν περὶ τοῦ δυνατὴν εἶναι τὴν τῆς σαρκὸς ἀνάστασιν, ἱκανὸν ἀποδέδεικταί μοι λόγος κατὰ τοὺς ἐθνικούς. εἰ δὲ κατὰ τοὺς ἀπίστους οὐχ εὑρίσκεται ἀδύνατος ἡ ἀνάστασις τῆς σαρκὸς, πόσῳ μᾶλλον κατὰ τοὺς πιστούς;

θ'. Ἑξῆς δὲ λεκτέον πρὸς τοὺς ἀτιμάζοντας τὴν σάρκα, καὶ φάσκοντας μὴ ἄξιον εἶναι τῆς ἀναστάσεως, μηδὲ τῆς ἐπουρανίου βασιλείας· ὅτι πρῶτον αὐτῆς ἐστιν ἡ οὐσία γῆ· μετέπειτα δὲ καὶ μεστὴ γέγονε πάσης ἁμαρτίας· ὥστε καὶ τὴν ψυχὴν ἀναγκάσαι συναμαρτάνειν. Ἐοίκασι δὲ οὗτοι τὴν ὕλην τοῦ Θεοῦ πραγματείαν ἀγνοεῖν, καὶ τὴν ἐξ ἀρχῆς γένεσιν τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πλάσιν, καὶ τὰ ἐν κόσμῳ. ἢ γὰρ οὐ φησὶν ὁ λόγος· ποιήσωμεν ἀνθρω-

a Constructio hîc non adeo accurata est. * *Gen.* 1. *vers.* 26.

πον

πον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν; ποῖον; δηλονότι σαρκικὸν λέγει ἄνθρωπον. Φησὶ γὰρ ὁ λόγος· καὶ ἔλαβεν ὁ Θεὸς χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἔπλασε τὸν ἄνθρωπον. Δῆλον οὖν, ὡς κατ' εἰκόνα Θεοῦ πλασσόμενος ὁ ἄνθρωπος ἦν ὁ σαρκικός. εἶτα πῶς οὐκ ἄτοπον τὴν ἀπὸ Θεοῦ σάρκα πλασθεῖσαν κατ' εἰκόνα τὴν ἑαυτοῦ, φάσκειν * ἄτιμον εἶναι, καὶ οὐδενὸς ἀξίαν; ὅτι δὲ τίμιον κτῆμα ἡ σὰρξ παρὰ Θεῷ, δῆλον· πρῶτον μὲν ἐκ τοῦ πρὸς αὐτοῦ πεπλάσθαι· εἴγε καὶ εἰκὼν τῷ πλάσῃ καὶ ζωγράφῳ τιμία γινομένη· καὶ ἐκ τῆς λοιπῆς δὲ κοσμοποιΐας μαθεῖν πάρεστιν. οὗ γὰρ ἕνεκεν γέγονε τὰ λοιπά, τοῦτο πάντων τῷ ποιήσαντι τιμιώτερον. ἀλλ' ἁμαρτωλὸς ἡ σὰρξ, ὥστε καὶ τὴν ψυχὴν ἀναγκάζει αὐτῇ συναμαρτάνειν· μάτην κατηγοροῦντες αὐτῆς, καὶ τὰ τῶν ἀμφοτέρων ἁμαρτήματα μόνῃ περιτιθέντες. Ποῦ γὰρ καθ' ἑαυτὴν ἡ σὰρξ ἁμαρτῆσαι δυνήσεται; ἐὰν μὴ τὴν ψυχὴν ἔχει προηγουμένην, καὶ προκαλουμένην αὐτήν. ὥσπερ γὰρ ζεῦγος βοῶν λυθέντων ἀπ' ἀλλήλων τοῦ ζυγοῦ, οὐδέτερος αὐτῶν κατ' ἰδίαν ἀροῦν δύναται· οὕτως οὐδὲ ψυχὴ καὶ σῶμα λυθέντα τῆς συζυγίας καθ' ἑαυτὰ ποιῆσαί τι δύνανται. εἰ δὲ καὶ ἡ σὰρξ μόνη ἁμαρτωλὸς, ταύτης ἕνεκεν ἦλθεν ὁ σωτὴρ, καθώς φησιν· Οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλούς.

hominem ad imaginem & similitudinem nostram? Quem? nempe hominem carneum. Ait enim Scriptura: * *Et accepit Deus limum à terra, & formavit hominem.* Planum igitur est hominem, qui creatus est ad imaginem Dei, fuisse carneum. Deinde quomodo non est absurdum dicere carnem, quæ à Deo ad suam imaginem formata est, vilem esse ac nihili? Atqui carnem apud Deum rem esse pretiosam satis liquet: primò quidem quòd ab ipso formata sit: (siquidem imago fictori & pictori suo est cara) idque è cætero mundi opificio quoque pronum est discere. Nam cujus caussâ reliqua facta sunt, id ei qui fecit omnibus est carius. Certè, inquiunt. At caro peccatrix est: adeo ut & animam secum in peccatum trahat. Ita temere illam criminantur, & amborum peccata illi soli affingunt. Quo enim pacto per seipsam peccabit caro, nisi animam sibi præeuntem habeat ac provocantem? Ut enim in jugo boum, si alter ab altero sejungatur, neuter eorum arare seorsum potest: ita nec anima & corpus soluto conjunctionis vinculo facere singulatim quicquam possunt. Sin sola caro peccatrix est; igitur ejus solius causâ venit Salvator: sicut ait: † *Non veni vocare justos, sed peccatores.*

* *Gen.* ii. *vers.* 7. † *Matthæi* ix. *vers.* 13.

X. Posthæc contradicendum illis, qui dicunt, carnem, licet Dei opus sit, & præ omnibus maxime honorabilis, non tamen promissionem resurrectionis habere. Verùm quomodo non absurdum est, id quod tanto studio factum sit, & præ cæteris omnibus honoratum, sic ab eo, qui fecit, despici, ut prorsus id in nihilum redigat? Deinde fictor quidem & pictor imagines à se expressas perennare volunt, ut gloriam ex iis colligant, ipsasque veterascentes renovant: & Deus scilicet rem suam & opus suum adeo despicabitur, ut perire funditus sinat? Immo an non etiam frustra in opere suo laborasse diceremus? Si enim id de illo censeri solet, qui domum fabricatus, illam deinde destruit, aut ruituram negligit, cum instaurare potuit, non & Deum argueremus, quòd frustra laborasset? At ille æternus non est talis; illa omnium mens non est amens: obmutescant infideles, siquidem non habeant fidem. Verumtamen carnem & ad resurrectionem vocavit, & vitam sempiternam promittit. Dum enim annuntiat homini eum salvatum iri, tum & carni annuntiat. Quid est enim aliud homo, quàm ex anima & corpore constans animal rationale? An igitur anima singillatim est homo? nequaquam; sed est hominis anima. Num ergo corpus homo vocabitur? minimè gentium; sed corpus hominis appellabitur. Quare si neutrum illo-

ι'. Ἐπειδὴ οὖν τιμία,[a] πρὸς τοὺς λέγοντας, ὅτι εἰ καὶ τὰ μάλιστα Θεοῦ ποίημα τυγχάνουσα καὶ τιμία αὐτῷ παρὰ πάντα, οὐκ εὐθέως καὶ τὴν ἐπαγγελίαν τῆς ἀναστάσεως ἔχει. Καί τοι πῶς οὐκ ἄτοπον, τὸ κατὰ τηλικαύτης σπουδῆς γενόμενον, καὶ παρὰ πάντα τὰ λοιπὰ τίμιον περιορᾶν τὸν ποιήσαντα, εἰς τὸ μηκέτι εἶναι; εἶτα ὁ μὲν πλάστης καὶ ζωγράφος, εἰ τὰς εἰκόνας, ἃς ἂν ποιήσωσι, διαμένειν ἐθέλουσιν, ἵνα δι' αὐτῶν δοξάζωνται, καὶ φθειρομένας αὐτὰς ἀνακαινοποιοῦσιν· ὁ δὲ Θεὸς τὸ αὐτοῦ κτῆμα καὶ πλάσμα περιεῖδεν ἄν, εἰς τὸ μὴ ὂν ἀπολλύμενον; μηκέτι δὲ καὶ εἰς τὸ εἶναι ματαιόπονον ἀποκαλοῦμεν; ὥσπερ εἴ τις οἰκίαν οἰκοδομήσας ἔπειτα καταλύει, ἢ καταλυομένην περιορῶν, δυνάμενος ἀναστῆναι· τὸν δὲ Θεὸν οὐκ αἰτιασόμεθα, ὅτι μάτην ποιεῖ; Ἀλλ' οὐκ ὁ ἄφθαρτος τοιοῦτος· οὐκ ἄφρων ὁ τῶν ὅλων πέφυκε νοῦς· φιμούσθωσαν οἱ ἄπιστοι, εἰ τὸ μὴ πιστεύειν ἔχουσιν αὐτοί. ἀλλὰ μὴν καὶ κέκληκεν αὐτὴν ἐπὶ τὴν ἀνάστασιν, καὶ ἐπαγγέλλεται τὴν αἰωνίαν ζωήν. ἔνθα γὰρ τὸν ἄνθρωπον εὐαγγελίζεται σῶσαι, καὶ τῇ σαρκὶ εὐαγγελίζεται. τί γάρ ἐστιν ὁ ἄνθρωπος, ἀλλ' ἢ τὸ ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος συνεστὸς ζῶον λογικόν; μὴ οὖν καθ' ἑαυτὴν ψυχὴ ἄνθρωπος; οὔκ, ἀλλ' ἀνθρώπου ψυχή· μὴ οὖν καλοῖτο σῶμα ἄνθρωπος; οὔκ, ἀλλ' ἀνθρώπου σῶμα καλεῖται. Εἴπερ οὖν κατ' ἰδίαν μὲν τούτων οὐδέτε-

a Græca hic sunt manca vel corrupta indeque falsa Halloixii versio nata.

ρον

ρον ἄνθρωπός ἐστι· τὸ δὲ ἐκ τῆς ἀμφοτέρων συμπλοκῆς καλεῖται ἄνθρωπος· κέκληκε δὲ ὁ Θεὸς εἰς ζωὴν καὶ ἀνάστασιν τὸν ἄνθρωπον, οὐ τὸ μέρος, ἀλλὰ τὸ ὅλον κέκληκεν· ὅπερ ἐστὶ, τὴν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα· ἐπεὶ πῶς οὐκ ἄτοπον ἀμφοτέρων ὄντων κατὰ τὸ αὐτὸ, καὶ ἐν τῷ αὐτῷ, τὸ μὲν σώζειν, τὸ δὲ μή; Οὐκ ὄντος γὰρ ἀδυνάτου, καθάπερ δέδεικται, τὴν σάρκα ἔχειν τὴν παλιγγενεσίαν, τίς ἡ διάκρισις, ὥστε τὴν μὲν ψυχὴν σώζεσθαι, τὴν δὲ σάρκα μή;

ια'. Ἢ φθονερὸν ποιοῦσι τὸν Θεόν; ἀλλὰ ἀγαθός ἐστι, καὶ σώζεσθαι πάντας θέλει, καὶ δι' αὐτοῦ, καὶ τοῦ κηρύγματος αὐτοῦ· οὐχὶ μόνον ἤκουσεν ἡ ψυχὴ ἡμῶν, καὶ σὺν αὐτῇ ἡ σάρξ, καὶ ἐπίστευσαν ὁμῶς εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν. Ἀλλ' * ἀμφότερα καὶ ἐλούσαντο, καὶ ἀμφότερα τὴν δικαιοσύνην εἰργάσαντο. Ἆρα οὖν ἀχάριστον ἢ ἄδικον ἀποφαίνουσι τὸν Θεόν; εἰ τῶν ἀμφοτέρων πιστευόντων εἰς αὐτὸν, τὴν μὲν σώζειν θέλει, τὴν δὲ οὔ; ναὶ φασίν. ἀλλ' ἡ μὲν ψυχή ἐστιν ἄφθαρτος, μέρος οὖσα τοῦ Θεοῦ, * καὶ ἐμφύσημα· καὶ διὰ τοῦτο τὸ ἴδιον, καὶ συγγενὲς ἠθέληκε σῶσαι· ἡ δὲ σὰρξ φθαρτὴ, καὶ οὐκ ἀπ' αὐτοῦ, καθάπερ ἡ ψυχή. Εἶτα τίς αὐτῷ χάρις; καὶ τίς ἐπίδειξις τῆς δυνάμεως καὶ χρηστότητος αὐτοῦ; εἰ τὸ μὲν φύσει σωζόμενον καὶ μέρος ὑπάρχον αὐτοῦ σώζειν ἔμελλεν. αὐτὸ γὰρ ἐξ ἑαυτοῦ εἶχε τὴν σωτηρίαν· ὥστε τὴν μὲν ψυχὴν σώζων, οὐ μέγα ποιεῖ· τὸ γὰρ σώζεσθαι πάρεστιν αὐτῇ, ὅτι ἐστὶν

rum ſingillatim eſt homo, ſed quod ex amborum complexu conſtat, vocatur homo; & ſi Deus ad vitam & ad reſurrectionem hominem vocavit, non partem ejus, ſed totum, hoc eſt, animam & corpus vocavit. Et quomodo abſurdum non eſt, duobus ſecundum idem, & in eodem exiſtentibus, unum ſalvare, alterum non? Cum enim impoſſibile non ſit (uti demonſtratum eſt) carnem renaſci, quæ eſt illa diſcretio, animam ſalvari, corpus non?

XI. An invidum faciunt Deum? Atqui bonus eſt, & omnes vult ſalvos fieri, & per ſe, & per evangelii præconium. Neque ſolùm anima noſtra illud audivit, ſed cum illâ ſimul & caro: & in Chriſtum Jeſum ſimul crediderunt. Sed & ambæ ablutæ ſunt, & ambæ juſtitiam operatæ ſunt. An igitur ingratum aut injuſtum faciunt Deum? Siquidem ambabus in ipſum credentibus, unam ſalvare vult, non item alteram. Certè, inquiunt. At verò anima eſt incorrupta, utpote pars Dei, & ſpiraculum ejus: ac propterea id, quod proprium ſibi eſt & cognatum, ſalvare voluit: caro autem corruptioni eſt obnoxia, neque ex ipſo eſt, ſicut anima. Itane verò? Ecqua igitur ipſi gratia? aut quæ potentiæ & bonitatis ejus demonſtratio, ſi quod ſalvari natum eſt, & portio ejus eſt, ſalvandum ſit? Nam ipſum ex ſeipſo ſalutem habebat: ita ut qui animam ſalvat, nihil magni faciat: cùm ſalvari penes ipſam ſit, propterea quòd

quòd pars ejus ſit, ejuſque ſpiraculum. Ei enim, qui ſervat quod ſibi proprium, nulla eſt gratia: hoc enim eſt ſervare ſeipſum. Quandoquidem qui partem ſui ſervat, ſeipſum per ſeipſum ſervat, ne quando pars illa deficiat. Tale autem factum non eſt boni. Virum enim bonum nemo illum dicet, qui filiis ſuis ac nepotibus gratum quippiam fecerit. Nam hoc & maximè agreſtes feræ faciunt: quæ, etiamſi pro fœtibus mori oporteat, ultro ſe morti offerunt. At ſi quis eadem ſervis exhibeat, is demum meritò dicatur bonus. Hinc & Salvator nos docuit diligere inimicos: quoniam aliqua nobis inde ſit gratia. In quo nobis oſtendit bonum opus eſſe, non diligere ex ſe genitos tantùm, ſed etiam extraneos. Quæ autem nobis præcepit, multò priùs ipſe præſtitit.

Et poſt pauca.

XII. Si nullum ad uſum carne indiguit, cur eam ſanavit? Et, quod omnium fortiſſimum eſt, mortuos cur ſuſcitavit? Nonne ut demonſtraret, qualis futura eſſet reſurrectio? Quomodo autem mortuos ſuſcitavit? utrum animas, an corpora? Sed manifeſtum, quòd utraque. Nam ſi ſola ſpiritualis fuiſſet reſurrectio, oportuiſſet eum, qui ſuſcitavit, oſtendere ſeorſum corpus jacens, & ſeorſum exiſtentem animam. Nunc autem id non fecit; ſed ſuſcitavit corpus, in eo con-

αὐτοῦ μέρος, ἐμφύσημα αὐτοῦ οὖσα. ἀλλ' οὐδὲ χάρις αὐτῷ τὸ ἴδιον σώζοντι· τοῦτο γάρ ἐστιν ἑαυτὸν σώζειν. Ὁ γὰρ τὸ μέρος αὐτοῦ σώζων, δι' ἑαυτοῦ ἑαυτὸν σώζει, μήποτε ἐκεῖνο τὸ μέρος ἐνδεὲς γένηται. οὐκ ἔστιν ἀγαθοῦ τὸ τοιοῦτον· οὐδὲ γὰρ ἄνθρωπον ἀγαθόν τις ἐρεῖ, τὸν τοῖς τέκνοις αὐτοῦ καὶ ἐκγόνοις χαριζόμενόν τι. Τοῦτο γὰρ καὶ τὰ ἀγριώτατα τῶν θηρείων ποιοῦσι· κἂν ὑπεραποθανεῖν τῶν ἐκγόνων αὐτῶν δέοι, ἑκοντὶ τοῦτο ὑπομένουσιν. Εἰ δέ τις τὰ αὐτὰ τοῖς δούλοις παρέχοι, δικαίως ἂν οὗτος λέγοιτο ἀγαθός. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ σωτὴρ ἐδίδαξεν ἡμᾶς ἀγαπᾷν τοὺς ἐχθρούς· ἐπεί τις ἡμῖν χάρις ἐστίν. ὥστε ἔδειξεν ἡμῖν ἀγαθὸν ἔργον εἶναι, τὸ μὴ τοὺς ἐξ αὐτοῦ γεγονότας μόνον ἀγαπᾷν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἔξωθεν. ἃ δὲ ἡμῖν παρήγγειλε, πολὺ πρότερον αὐτὸς ποιεῖ.

Καὶ μετ' ὀλίγα.

ιβ'. Εἰ εἰς μηδὲν ἐχρῆζε τῆς σαρκὸς, τί καὶ ἐθεράπευσεν αὐτήν; καὶ, τὸ πάντων ἰσχυρότερον, νεκροὺς ἀναστῆσαι, τίνος ἕνεκεν; οὐχ * ἵνα δείξῃ τὴν ἀνάστασιν, οἵα μέλλει γίνεσθαι; πῶς οὖν τοὺς νεκροὺς ἀνέστησε; πότερον τὰς ψυχὰς, ἢ τὰ σώματα; ἀλλὰ δῆλον, ὅτι ἀμφότερα. εἰ δὲ ἦν πνευματικὴ μόνη ἡ ἀνάστασις, ἐχρῆν ἀναστάντα αὐτὸν κατ' ἰδίαν δὲ δεῖξαι τὸ σῶμα κείμενον, κατ' ἰδίαν δὲ τὴν ψυχὴν ὑπάρχουσαν. νῦν δὲ τοῦτο μὲν οὐκ ἐποίησεν· ἀνέστησε δὲ τὸ σῶμα, τῆς ζωῆς

ἐπαγγελίαν

ἐπαγγελίαν ἐν αὐτῷ πιστούμενος. τίνος οὖν ἕνεκεν ἐν τῇ σαρκὶ τῇ παθούσῃ ἀνέστη, εἰ μὴ ἵνα δείξῃ τὴν σαρκικὴν ἀνάστασιν; καὶ τοῦτο βουλόμενος πιστῶσαι τῶν μαθητῶν αὐτοῦ μὴ πιστευόντων, εἰ ἀληθῶς σώματι ἀνέστη, βλεπόντων αὐτῶν καὶ διστα ζόντων, εἶπεν αὐτοῖς· οὔπω ἔχετε πίστιν, φησίν; ἴδετε, ὅτι ἐγώ εἰμι. καὶ ψηλαφᾷν αὐτὸν ἐπέτρεπεν αὐτοῖς, καὶ τοὺς τύπους τῶν ἥλων ἐν ταῖς χερσὶν ἐπεδείκνυε. Καὶ πανταχόθεν αὐτὸν κατανοήσαντες, ὅτι αὐτός ἐστι, καὶ ἐν τῷ σώματι, παρεκάλεσαν αὐτὸν φαγεῖν μετ' αὐτῶν· ἵνα καὶ διὰ τούτου βεβαίως μάθωσιν, ὅτι ἀληθῶς σωματικῶς ἀνέστη. καὶ ἔφαγε κηρίον καὶ ἰχθύν. Καὶ οὕτως ἐπιδείξας αὐτοῖς, ὅτι ἀληθῶς σαρκὸς ἀνάστασίς ἐστι, βουλόμενος ἐπιδεῖξαι καὶ τοῦτο, καθὼς εἴρηκεν, ἐν οὐρανῷ τὴν κατοίκησιν ἡμῶν ὑπάρχειν, ὅτι οὐκ ἀδύνατον καὶ σαρκὶ εἰς οὐρανὸν ἀνελθεῖν, ἀνελήφθη βλεπόντων αὐτῶν εἰς τὸν οὐρανόν, * ὡς ἦν ἐν σαρκί. Οὐκοῦν εἴ τις ἀπαιτεῖ μετὰ πάντα τὰ εἰρημένα λόγους ἀποδεικτικοὺς περὶ ἀναστάσεως, οὐδὲν τῶν Σαδδουκαίων διαφέρει· ἐπειδὴ ἡ ἀνάστασις τῆς σαρκὸς δύναμις * Θεοῦ ἐστι, καὶ ὑπεράνω λόγου παντός· βεβαιουμένη μὲν πίστει, θεωρουμένη δὲ ἔργοις.

Καὶ μετὰ βραχέα.

ιγ'. Ἀνάστασίς ἐστι τοῦ πεπτωκότος σαρκίου· πνεῦμα γὰρ οὐ πίπτει. ψυχὴ ἐν σώματί ἐστιν, οὐ ζῇ δὲ ἄψυχον σῶμα, ψυχῆς ἀπολειπούσης, οὐκ ἔστιν. Οἶκος

firmans vitæ promissionem. Quâ igitur de causâ in carne, quæ passa erat, resurrexit? nisi ut carnis resurrectionem demonstraret? Nam volens ipse à discipulis suis non credentibus probari, quod reverâ corpore resurrexisset, ipsis videntibus ac dubitantibus dixit: * *Nondum*, inquit, *creditis? Videte, quia ego sum.* Et se palpandum ipsis obtulit, & loca clavorum in manibus suis ostendit †. Cum ergo undequaque cognovissent ipsum esse, etiam in corpore, hortati sunt illum ad manducandum secum: ut etiam per hoc certò cognoscerent, ipsum verè corporaliter resurrexisse. Et comedit favum mellis & piscem. Atque cum ita ipsis ostendisset, verè esse carnis resurrectionem; volens etiam illud ostendere (quemadmodum dixit ‡ *in cœlo nostram esse habitationem*) carni impossibile non esse in cœlum ascendere; * *videntibus illis assumptus est in cœlum*, uti erat in carne. Si quis proinde post hæc omnia, quæ diximus, rationes exposcat demonstrativas, nihil à Sadducæis differet: quoniam carnis resurrectio Dei potentia est, & omni ratione superior: quæ fide quidem stabilitur, sed operibus conspicitur.

Et paulo post.

XIII. Resurrectio est carnis, quæ cecidit: Spiritus enim cadere non potest. Anima in corpore est, non vivit autem sine anima corpus: deserente anima, non existit·

* *Luca* XXIV. 32. † *Joan.* XX. 27. ‡ *Joh* XIV. 2. * *Marc.* XVI. 19. *Act.* I. 9.

istit. Est enim corpus domicilium animæ: animæ autem domicilium Spiritus. Tria hæc in iis, qui spem sinceram & fidem firmam habuerint in Deo, salvabuntur. Considerantes igitur etiam mundanas rationes, ac secundùm illas deprehendentes, non esse impossibilem carnis resurrectionem, & præter hæc omnia Salvatorem per omne Evangelium carnis nostræ salvationem declarare; quid de cætero infideles ac perniciosos sermones sustinemus, nosque ipsi imprudentes retrorsum convertimus, dum audierimus, animam esse immortalem, corpus verò corruptioni obnoxium? Illa enim, etiam priusquam cognossemus veritatem, à Pythagorâ & Platone audivimus. Si hæc igitur dixit salvator, & solius animæ salutem annuntiavit; quid nobis novi aliud attulit, quàm Pythagoras, & Plato, & ipsorum Sectatores? At verò ipse spem novam & admirandam annuntiatum hominibus venit. Admirandum autem & novum fuit, Deum promittere, non incorruptione incorruptionem conservare, sed corruptioni incorruptionem dare.

XIV. At vero nequitiæ princeps, cum aliter corrumpere verbum fidei non possit, emisit improbos suos emissarios, & pestilentis doctrinæ inductores, electos ex iis, qui salvatorem nostrum crucifixerant, qui nomen quidem salvatoris ferebant, opera verò ejus, qui ipsos miserat, faciebant: per

γὰρ τὸ σῶμα ψυχῆς· πνεῦμα δὲ ψυχῆς οἶκος. Τὰ τρία * ταῦτα, τοῖς ἐλπίδα εἰλικρινῆ καὶ πίστιν ἀδιάκριτον ἐν τῷ θεῷ ἔχουσι, σωθήσεται. Θεωροῦντες οὖν καὶ τοὺς κοσμικοὺς λόγους, καὶ κατ' αὐτοὺς οὐχ εὑρίσκοντες ἀδύνατον ὑπάρχειν τῇ σαρκὶ τὴν παλιγγενεσίαν, καὶ ἐπὶ τούτοις πᾶσι τὸν σωτῆρα διὰ παντὸς τοῦ εὐαγγελίου δεικνύντα τὴν τῆς σαρκὸς ἡμῶν σωτηρίαν, τί λοιπὸν ἀνεχόμεθα τῶν ἀπίστων καὶ σκανδάλων λόγων, καὶ διαλανθάνομεν ἑαυτοὺς ἐπιστρέφοντες εἰς τοὐπίσω, ὁπόταν ἀκούσωμεν, ὅτι ἡ μὲν ψυχὴ ἀθάνατός ἐστι, τὸ δὲ σῶμα φθαρτὸν, καὶ οὐκέτι δυνάμενον ἀναζῆσαι; Ταῦτα γὰρ, καὶ πρὸ τοῦ μαθεῖν τὴν ἀλήθειαν, παρὰ Πυθαγόρου καὶ Πλάτωνος * ἠκούομεν. Εἰ οὖν ταῦτα ἔλεγεν ὁ σωτὴρ, καὶ μόνης τῆς ψυχῆς τὴν σωτηρίαν εὐηγγελίζετο· τί καινὸν ἡμῖν ἔφερε παρὰ Πυθαγόραν, καὶ Πλάτωνα, καὶ τὸν τούτων χορόν; Νῦν δὲ τὴν καινὴν καὶ ξένην εὐαγγελιζόμενος ἦλθεν ἀνθρώποις ἐλπίδα. Ξένον δὲ ἄρα ἦν καὶ καινὸν τὸ τὸν Θεὸν ὑπισχνεῖσθαι, μὴ τῇ ἀφθαρσίᾳ τὴν ἀφθαρσίαν τηρεῖν· ἀλλὰ τὴν φθορὰν ἀφθαρσίαν ποιεῖν.

ιδ'. Ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἄλλως δυνάμενος τὸν λόγον λυμαίνεσθαι ὁ τῆς πονηρίας ἄρχων, ἐξέπεμψε τοὺς ἀποστόλους αὐτοῦ κακοὺς, καὶ λοιμώδεις διδασκαλίας εἰσάγοντας, ἐκλεξάμενος αὐτοὺς ἐκ σταυρωσάντων τὸν σωτῆρα ἡμῶν, οἵτινες τὸ μὲν ὄνομα τοῦ σωτῆρος ἔφερον, τὰ δὲ ἔργα τοῦ πέμψαντος αὐτοὺς ἐποίουν·

ἐποίουν· δι' οὓς καὶ τῷ ὀνόματι ἠκολούθησεν ἡ βλασφημία. Εἰ δὲ μὴ ἀνίσταται ἡ σάρξ, διὰ τί καὶ φυλάσσεται; καὶ οὐ μᾶλλον αὐτῇ συγχωροῦμεν χρήσασθαι ταῖς ἐπιθυμίαις; καὶ οὐ μιμούμεθα τοὺς ἰατροὺς, φασὶν, οἵτινες ἐπειδὰν ἀπεγνωσμένον ἔχωσιν ἄνθρωπον σώζεσθαι μὴ δυνάμενον, ἐπιτρέπουσιν αὐτῷ ταῖς ἐπιθυμίαις ὑπηρετεῖν. ἴσασι γὰρ ὅτι ἀπόλλυται. ὅπερ ἀμέλει ποιοῦσιν οἱ τὴν σάρκα μισοῦντες, ἐκβάλλοντες αὐτὴν τῆς κληρονομίας, τὸ ὅσον ἐπ' αὐτοῖς. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ὡς νεκρὰν ἐσομένην ἀτιμάζουσιν αὐτήν· ὁ δὲ ἡμέτερος ἰατρὸς Χριστὸς ὁ Θεὸς ἀπὸ τῶν ἐπιθυμιῶν ἡμῶν ἀποσπάσας διαιτᾶται τῇ κατ' αὐτὸν σώφρονι καὶ ἐγκρατεῖ διαίτῃ τὴν σάρκα ἡμῶν· δῆλον ὡς ἐλπίδα σωτηρίας ἔχουσαν, ἀπὸ τῶν ἁμαρτημάτων αὐτὴν φυλάττει· καθάπερ τοὺς ἐλπίδα σωτηρίας ἔχοντας ἀνθρώπους οἱ ἰατροὶ οὐκ ἐῶσιν ὑπηρετεῖν ταῖς ἡδοναῖς.

quos & ipsum nomen comitata est blasphemia. Si enim non resurgit caro, quamobrem custoditur, ac non potiùs finitur suis indulgere desideriis? & cur medicos non imitamur, inquiunt, qui hominem nacti desperatæ valetudinis, ei permittunt suis inservire desideriis? Sciunt enim moriturum. Quod videlicet faciunt osores carnis, hereditate, quantum in ipsis est, illam expellentes. Idcirco enim & ipsam, quasi cadaver futuram, despiciunt. At medicus noster Christus Deus à desideriis nostris nos avellens, suam carni nostræ sobriam & continentem vitæ rationem præscribit: manifestum est autem, ideo facere, ut illam, tanquam spe salutis præditam, à peccatis custodiat: non secus quàm medici eos homines, in quibus spes est valetudinis, servire voluptatibus non finunt.

Methodius in libro de Resurrectione, explicans verba Pauli 1 *Corinth.* xv. Caro & sanguis Regnum Dei non hæreditabunt, *hæc Justini M. verba citat apud Photium* CCXXIV. *pag.* 922.

Ἰουστῖνος δὲ ὁ Νεαπολίτης, ἀνὴρ οὔτε τῷ χρόνῳ πόῤῥω ὢν Ἀποστόλων, οὔτε τῇ ἀρετῇ, κληρονομεῖσθαι μὲν τὸ ἀποθνῆσκον, κληρονομεῖν δὲ τὸ ζῶν (al. ζωὴν) λέγει· καὶ ἀποθνήσκειν μὲν σάρκα, ζῆν δὲ τὴν βασιλείαν οὐρανῶν.

Justinus verò Neapolitanus, vir haud longè ab Apostolorum tempore & virtute remotus dicit, id quod mortale est hæreditate accipi, vitam verò hæreditatem accipere: & carnem quidem mori, vivere autem Regnum Cœlorum.

Hanc itaque Justini M. sententiam suam fecit Methodius, & ad objectionem à dictis Apostoli verbis adversus Resurrectionis dogma petitam, his respondit verbis, quæ Latinè solùm ob pro-

lixitatem citare placet: *Quando igitur Paulus à carne & sanguine Regnum Dei hæreditari posse negat, non dicit hoc, ut carnis regenerationem videatur negare, sed ut doceat non hæreditari Regnum Dei, quod est vita æterna à corpore, sed corpus à vita. Si enim corpus hæreditate acciperet Regnum Dei, quod est vita, eveniret ut vita à corruptione absorberetur. Nunc contra vita, id quod mortuum est hæreditat, ut in victoria mors à vita absorbeatur, & corruptibile ab incorruptibili possideri videatur.* Eandem verborum Pauli explicationem habet Irenæus Lib. V. cap. 9. ita scribens: *Caro hæc secundum se ipsam sola Regnum Dei hæreditate possidere non potest: hæreditate autem possideri in Regno à Spiritu potest. Hæreditate enim possidet qui vivit ea, quæ sunt mortui.* (Ita enim legendum est è MSS. Codd. Arundeliano & Merceri, non ut in hactenus editis: *qui vivificat ea, quæ sunt mortua*; sequitur enim paulo post) *Quid igitur est quod vivit? scilicet Spiritus Dei. Quæ sunt autem, quæ sunt mortua?* (sive *mortui*) *scilicet membra hominis, quæ & corrumpuntur in terra. Hæc autem possidentur à Spiritu, translata in Regnum Cœlorum.* Sed ut verum fatear, hæc expositio haud genuina, nec ab Apostolo intenta videtur, qui semetipsum satis declarat verbis immediatè sequentibus: *Neque corruptio incorruptionem hæreditabit,* ὐδὲ ἡ φθορὰ τὴν ἀφθαρσίαν κληρονομεῖ. *Hæc enim repetitio,* inquit Augustinus Lib. II. contra adversarium Legis & Prophetarum capite 7. *sententiæ superioris est expositio, ut quod ibi dictum est caro & sanguis, hîc intelligamus corruptionem, non substantiam, carnis.* Et Theodoretus in Comment. ad 1 Corinth. xv. *Carnem & sanguinem appellat mortalem naturam. Fieri autem non potest, ut dum adhuc est mortalis, Regnum cœleste consequatur. Hoc enim subjunxit:* Neque corruptio incorruptelam hæreditabit. *Sed clarum est, quod cum à corruptione libera effecta fuerit, promissis bonis fruetur.* Verùm hæc Theologis relinquo.

Ego jam ad Justinum meum revertor: cujus *Orationem de Resurrectione* Procopius Gazæus in cap. III. Geneseos inter ista S. Patrum monumenta refert, quibus inventa ab hæreticis expositio *pellicearum Adami tunicarum de carne humani corporis* rejicitur; non tamen verba S. Martyris allegat, nec argumenta quibus hoc commentum refutavit. Horum unum idque clarissimum, ex Justino, (si conjecturæ locus dandus) depromsit Methodius Lib. de Resurrectione, ita scribens pag. 284. edit. Combefisii: Αὐτὸς πρὸ τῆς καττύσεως αὐτῶν ὁ πρωτόπλαστος ὁμολογεῖ, καὶ ὀστᾶ ἔχειν καὶ σάρκας, ὁπότε δὴ τὴν γυναῖκα αὐτῷ προσαχθεῖσαν θεασάμενος· τοῦτο νῦν ὀστοῦν ἐφώνησεν, ἐκ τῶν ὀστῶν μου, καὶ σὰρξ ἐκ τῆς σαρκός μου. καὶ πάλιν — ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. *Primus igitur ipse parens, antequam eæ tunicæ consuerentur, ossa se & carnem habere confitetur, cum nimirum adductam sibi mulierem*

lierem contemplatus ait: Hoc nunc os, ex ossibus meis, & caro de carne mea. Et iterum — Erunt duo in carnem unam. Cæterum nusquam alibi Justini Martyris Tractatum de Resurrectione allegatum reperio, ideoque ad aliud progredior supra pag. 170. promissum

Fragmentum Commentarii in Hexaemeron.

Ex Anastasii Lib. VII. *Anagogicarum Contemplationum in Hexaëmeron, Cod.* 139 *MS. in Biblioth. Collegii Novi.*

Καὶ τὸ μὴ κεῖσθαι ἐπὶ τῆς ἑβδόμης ἡμέρας κατ᾽ ἰσότητα τῶν ἄλλων ἡμερῶν τὸ, καὶ ἐγένετο ἑσπέρα καὶ ἐγένετο πρωῒ, σύμβολον ἐστὶν ἐναργὲς τῆς ἐν αὐτῇ γενομένης συντελείας περὶ τῆς συμπληρώσεως αὐτῆς, ὡς φασὶν οἱ πατέρες, καὶ μάλιστα οἱ περὶ τὸν ἱερὸν Κλήμεντα καὶ Εἰρηναῖον, καὶ Ἰουστῖνον τὸν μάρτυρα καὶ Φιλόσοφον, ὅστις λίαν τε ὑπερσόφως εἰς τὸν ἕκτον ὑπομνηματίζων τῆς ἕκτης ἡμέρας ἀριθμὸν, τὴν νοερὰν τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴν, καὶ τὰς πέντε αὐτοῦ αἰσθητικὰς αἰσθήσεις λέγει γὰρ ἓξ ἔργα τῆς ἕκτης ἡμέρας. ὅθεν καὶ πολλὰ διεξελθὼν περὶ τοῦ ἕκτου ἀριθμοῦ, πάντα φησὶ τὰ ὑπὸ Θεοῦ δημιουργηθέντα ἑξαχῶς διαιρεῖσθαι· τουτέστιν, εἰς νοερὰ καὶ ἀθάνατα οἷοί εἰσιν οἱ ἄγγελοι· καὶ εἰς λογικὰ θνητὰ, οἵτινές εἰσιν οἱ ἄνθρωποι· καὶ εἰς αἰσθητικὰ ἄλογα, οἷά εἰσι τὰ κτήνη, καὶ τὰ πετεινὰ, καὶ οἱ ἰχθύες· καὶ εἰς ἐκπορευτὰ μεταστατικὰ ἀναίσθητα, οἷά εἰσιν οἱ ἄνεμοι καὶ αἱ νεφέλαι, καὶ τὰ ὕδατα, καὶ οἱ ἀστέρες· καὶ εἰς αὐ-

Et quod in septimo die non æque ac in aliis diebus dictum sit, *& factum est vesper & mane dies unus*, est evidens signum ejus, quæ in ipso, priusquam finiretur, facta est, consummationis, sicut dicunt sancti Patres, maximè S. Clemens, & Irenæus, & Justinus Martyr atque Philosophus, qui sapientissimè in sextum sextæ diei numerum commentans, ait intelligentem hominis animam & quinque ejus sentientes sensus esse sex sextæ diei opera. Unde etiam cum multa disseruisset de sexto numero, dicit omnia quæ à Deo sunt fabricata, sescupliciter dividi; in res intelligentes & immortales, cujusmodi sunt Angeli; & in res ratione prædita mortales, cujusmodi sunt homines; & in res sentientes rationis expertes, cujusmodi sunt jumenta, & volucres, & pisces; & in res prodeuntes moventes & insensiles, cujusmodi sunt venti, & nebulæ, & aquæ, & stellæ; & in res

quæ augentur, quæque non moventur, cujuſmodi ſunt arbores; & in res inſenſiles, quæ non moventur, ut ſunt montes & terra, & alia ejuſmodi. Omnes enim creaturæ Dei in cœlo & terra ſub unam harum diviſionum cadunt, iiſque circumſcribuntur.

ξητικὰ ἀμετάστατα, οἷά εἰσι τὰ δένδρα· καὶ εἰς ἀναίσθητα ἀμετάστατα, οἷά εἰσι τὰ ὄρη καὶ ἡ γῆ, καὶ τὰ τοιαῦτα. πάντα γὰρ τὰ κτίσματα τοῦ Θεοῦ ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς, μιᾶς τινος τούτων τῶν ἐξ διαστολῶν ἅπτεται, καὶ ἐν αὐταῖς περιίσχεται.

De aliis verbis, que ex eodem libro petita falſo putantur, vide inferiùs pag. 202. & ſequ.

Fragmenta aliorum Tractatuum Juſtini Martyris.

Ex Damaſceni Lib. I. *Parallelorum cap.* 24. *MS. in Collegio Claromontano.*

Juſtini Martyris.

Doctrina ſana ad durum & contumacem animum minimè ingreditur, ſed tanquam reverberata ad ſe ipſam revertitur.

Τοῦ ἁγίου Ἰουστίνου.

Πρὸς σκληρὰν καὶ ἀπειθῆ καρδίαν λόγος ὑγιὴς οὐκ εἰσέρχεται, ἀλλ' ὥσπερ ἀντιλυπούμενος εἰς ἑαυτὸν ἐπανέρχεται.

Quod ex Latina Damaſceni editione ab Halloxio cap. 27. citatur dictum tanquam ejuſdem Juſtini: *Vitæ irrationalis dux eſt Dæmon*, non eſt B. Martyris, ſed Evagrii; quippe in membranis Claromont. ita legitur: Εὐαγρίου ἐκ τῶν γνωμῶν· ζωῆς ἀλόγου δαίμων ἡγεμών.

Ex ejuſdem libri I. *cap.* 65.

Ut corporis bonum eſt ſanitas; ſic animæ bonum eſt Dei cognitio.

Ὡς δὲ σώματος ἀγαθὸν ὑγεία· οὕτως ψυχῆς ἀγαθὸν γνῶσις.

Ita hanc Juſtini ſententiam Latinè vertit Billius, & prolixiorem fecit, continuâ ſerie addens: *Quæ eſt velut quædam animæ ſanitas, per quam Divina ſimilitudo comparatur.* Aſt hæc verba non inveniuntur in MS. Codice Græco, in quo neque habetur iſtud, quod in Latina Damaſceni editione Lib. I. cap. 12. Juſtino Martyri adſcribitur dictum: *Deum ignorantes propterea eum non lædemus, verùm nos ipſos ejus amicitiâ privabimus.* Cæterùm nihil amplius Juſtini in Damaſceni Parallelis invenitur, quod ex deperditis ejus Tractatibus ſit petitum. Nam quod Lib. I. cap. 98. citatur, extat Apol. II. pag. 59. D. quod verò Lib. II. cap. 26. allegatur, invenies

nies in Paræneſi ad Græcos pag. 5. & 11. Habentur autem aliqua Juſtini dicta, quæ in editis haud reperiuntur,

In Antonii Meliſſa, Lib. I. *Serm.* XIX.

Τὸ ὑποπεσεῖν καὶ παραχωρῆσαι τοῖς πάθεσιν, ἐσχάτη δουλεία· ὥσπερ τὸ κρατεῖν τούτων ἐλευθερία μόνη.

Succumbere & locum dare affectibus extrema eſt ſervitus: quemadmodum iis dominari ſola libertas.

Μεγίστου ὄντος ἀγαθοῦ, τὸ μὴ ἁμαρτάνειν, δεύτερον ἀγαθὸν τὸ δικαιωθῆναι· ὅστις δὲ πολὺν χρόνον ἀδικῶν ἀκόλαστος μένει, τοῦτον δεῖ νομίζειν τὸν ἀτυχέστατον.

Maximum revera bonum eſt non peccare; poſthoc bonum eſt pœnâ emendari: aſt qui multo tempore iniquè agens impunitus manet, hunc par eſt reputare infeliciſſimum.

Ante has duas alia quoque Juſtini ibidem citatur ſententia, ſed hæc jam ſupra pag. 173. eſt recitata.

In ejuſdem Meliſſæ Lib. II. *cap.* 6.

Ανάγκη ἀπειρίᾳ καὶ κακίᾳ ἡνιόχου τὰ ὑποζύγια κατὰ κρημνῶν φέρεσθαι, ὥσπερ ἐμπειρίᾳ καὶ ἀρετῇ διασώζεσθαι.

Neceſſe eſt imperitia & malitia aurigæ ſubjugales per præcipitia ferri; quemadmodum peritiâ & virtute conſervari.

Et cap. 43.

Τέλος τῷ φιλοσοφοῦντι ἡ πρὸς Θεὸν ὁμοίωσις κατὰ τὸ δυνατόν.

Finis philoſophanti eſt, Deo quoad ejus fieri poteſt aſſimilari.

His parallela, nec tamen prorſus eadem, habet Juſtinus in Dialogo cum Tryphone parum ab initio pag. 218. Ἔστι γὰρ τῷ ὄντι φιλοσοφία μέγιστον κτῆμα καὶ τιμιώτατον Θεῷ· ᾧ τε προσάγει καὶ συνίστησιν ἡμᾶς μόνη. *Eſt namque revera Philoſophia maximum bonum & Deo gratiſſimum; quippe quæ ſola nos ad illum adducat eique commendet.* Et ſequenti pag. 219. Κατόψεσθαι Θεὸν τέλος τῆς Πλάτωνος φιλοσοφίας. *Deum contemplando videre finis eſt Philoſophiæ Platonis.* Quæ dubitare nos vix ſinunt, allegatum prius dictum Juſtini genuinum eſſe. Ex quibus autem ejus ſcriptis hoc & præcedentia Antonius & Joannes Damaſcenus depromſerint, dicere nequeo: ſed de eo tantùm Lectorem certiorem facio, in iſtis B. Martyris, qui editi ſunt, libris illa haud legi; ac proinde in deperditis quærenda, ac ipſa per has ſimileſque ſententias invenienda, aut ubi inventa fuerint, examinanda eſſe, num genuina ſint necne.

Fragmenta

Fragmenta Lib. III. *de Trinitate.*

Ex Leontii Lib. I. *contra Eutychianos & Nestorianos MS. Cod. Laud. A.* 33.

S. Justini Philosophi & Martyris Lib. III. Tractatûs de S. Trinitate cap. 3.

Tunc igitur cœlo non decedens, ad nos descendit; non enim corporis ille erat descensus, sed veræ operationis voluntas. Et virgine, quæ genus à Davide propter promissiones ei factas duceret, intermediâ, ad œconomiam expediendam utens, & uterum ejus ut divinum quoddam semen ingrediens, sibi ipsi templum formavit: hominem integrum, particulâ aliquâ ex illius naturâ acceptâ, & fingendo templo in substantiam ejus redacta. Hoc ipso indutus juxta summam unionem, filius Dei utraque natura processit. Ex illo enim Filius, & Deus, & homo. Ad hunc modum œconomiam inter nos, provinciamque suam implevit.

Ejusdem ex cap. 17. *istius libri* :

Itaque cùm de uno Filio voces inter se diversas audieris, convenienter ea, quæ dicuntur, inter se collata, naturis distribue: si quid magnum atque divinum

Τοῦ ἁγίου Ἰουστίνου τοῦ Φιλοσόφου καὶ Μάρτυρος εἰς τὸ τρίτον βιβλίον τοῦ περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος συντάγματος κεφάλαιον γʹ.

Τότε δὴ (τότε) τῶν οὐρανῶν οὐκ ἀποστὰς πρὸς ἡμᾶς κατελήλυθεν· οὐ γὰρ ἦν σώματος κατάβασις, ἀλλ' a ἀληθινῆς" ἐνεργείας βούλησις. μέσῃ δὲ παρθένῳ ἐκ Δαυϊτικοῦ καταγομένῃ τοῦ γένους διὰ τὰς πρὸς αὐτὸν ἐπαγγελίας πρὸς τὴν τῆς οἰκονομίας b χρείαν" χρησάμενος· καὶ ταύτης τὴν νηδὺν εἰσδὺς οἱονεὶ c θεῖος σπόρος πλάττει ναὸν ἑαυτῷ τέλειον ἄνθρωπον, d μέρος τι λαβὼν τῆς ἐκείνης φύσεως καὶ εἰς τὴν τοῦ ναοῦ διάπλασιν οὐσιώσας. ἐνδὺς δὲ e τοῦτον" κατ' ἄκραν ἕνωσιν υἱὸς Θεοῦ f ἄμφω προελθὼν τὰς φύσεις". ἐξ ἐκείνου γὰρ ὁ υἱὸς, καὶ Θεὸς καὶ ἄνθρωπος, οὕτω τὴν καθ' ἡμᾶς οἰκονομίαν ἐπλήρωσεν.

Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸ ιζʹ. κεφάλαιον τοῦ αὐτοῦ συντάγματος.

Ὅταν οὖν ἀκούσῃς περὶ τοῦ ἑνὸς υἱοῦ τὰς ἐναντίας φωνὰς, καταλλήλως μέριζε ταῖς φύσεσι τὰ λεγόμενα· ἂν g μὲν" τι μέγα καὶ θεῖον,

a θείας habent editt. Justini pag. 381. & Turriani Codex, quia in versione posuit *divina operationis*. b χρῆσιν editt. c τις additum in exeusis. d οὐ μέρος legit in suo Codice Turrianus, quia reddidit: *substantiam perfecti hominis, & non partem illius,* &c. e αὐτὸν editt. f περιῆλθεν ἄμφω τὰς φύσεις editt. g deest in editt. pag. 382.

τῇ θείᾳ φύσει προσνέμων· ἂν δέ τι μικρὸν καὶ ἀνθρώπινον, τῇ ἀνθρωπείᾳ λογιζόμενος. οὕτω γὰρ καὶ τὸ τῶν φωνῶν ἀσύμφωνον διαφεύξῃ, ἑκάστης ἃ πέφυκεν δεχομένης φύσεως· καὶ τὸν υἱὸν τὸν ἕνα καὶ πρὸ πάντων τῶν αἰώνων, καὶ πρόσφατον κατὰ τὰς θείας γραφὰς ὁμολογήσεις.

naturæ divinæ adſcribens; ſin parvum & humanum, humanæ imputans. Hoc namque pacto tum vocum diſſonantiam evitabis, qualibet, quod ſibi inſitum eſt, natura recipiente: tum unum filium & ante omnia ſecula, & recens editum, ex ſacrarum literarum ſententia profiteberis.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ κεφαλαίου.

Ejuſdem ex eodem capite.

[a] "Ωσπερ" εἷς μέν ἐστιν ὁ ἄνθρωπος, ἔχει δὲ φύσεις [b] διαφόρους δύο· καὶ κατ' ἄλλο μὲν λογίζεται, κατ' ἄλλο δὲ τὸ λογισθὲν ἐνεργεῖ. ψυχῇ μὲν γὰρ [c] νοερᾷ" λογισάμενος εἰ τύχει, τοῦ πλοίου τὴν σύμπηξιν· χερσὶ δὲ τὸ νοηθὲν εἰς πέρας ἄγει· οὕτως ὁ υἱὸς εἷς ὢν καὶ δύο φύσεις, κατ' ἄλλην μὲν τὰς θεοσημείας [d] εἰργάσατο"· κατ' ἄλλην δὲ τὰ ταπεινὰ [d] παρεδέξατο".

Quemadmodum unus quidem eſt homo, ſed duas diverſas habet naturas; & per alteram quidem ratiocinatur, per alteram verò quod ratiocinio mentis concepit, efficit; animâ quidem intelligente, ſi fors ita ferat, navigii compagem complexus, manibus verò conceptum animi ad effectum perducit: ita Filius cum unus ſit & duæ naturæ, alterâ divina edidit ſigna; altera humilia in ſe ſuſcepit.

Καὶ μεθ' ἕτερα.

Et poſt alia.

"Ωσπερ γὰρ μετὰ τὴν ἕνωσιν τοῦ πρωτογόνου φωτὸς πρὸς τὸ ἡλιακὸν σῶμα, οὐκ ἄν τις αὐτὰ ἀπ' ἀλλήλων διέλοι· οὐδὲ τὸν μὲν ἥλιον ἰδιαζόντως καλέσοι, [e] οὐδὲ" πάλιν φῶς διῃρημένως· ἀλλ' [f] εἷς ὁ ἥλιος, καὶ ἓν τὸ φῶς λέγεται"· οὕτως ἐπὶ τοῦ ἀληθινοῦ φωτὸς καὶ τοῦ παναγίου σώματος οὐκ ἄν τις εἴποι μετὰ τὴν ἕνωσιν, τὸν μὲν [g] κεχωρισμένως" υἱόν, [h] οἷον" τὸν [i] θεῖον"

Quemadmodum poſt unionem primigeniæ lucis cum corpore ſolari, haudquaquam ea quis à ſe invicem ſecernat; neque hoc ſeorſum ſolem, neque illud ſeparatim lucem vocet, ſed unum ſolem & unum lumen dicat: ita in vera luce & ſanctiſſimo corpore nemo poſt unionem ſingillatim hunc quidem filium, utpote Divinum verbum, di-

a ὡς γὰρ in editt. Juſtini pag. 382. b ἐν ἑαυτῷ add. in editis. c deeſt in excuſis. d ἐργάζεται & παραδέχεται in præſenti habent editt. Juſtini pag. 382. ſed noſtra lectio eſt melior, quam & Turrianus in ſua verſione expreſſit. e τὸ δὲ eſt in excuſis pag 385. f in editis pag. 385. mutilè legitur: εἷς ἥλιος τὸ φῶς λέγεται. g κεχωρισμένως meliùs habent editt. Juſtini. h deeſt in editt. i Turrianus reddidit *Deum verbum*, quaſi θεὸν legiſſet. Sed noſtram lectionem genuinam eſſe oſtendit ſequens vox ἀνθρώπινον.

cat,

cat, alterum autem, utpote quod humanum ſit, haud filium appellet: ſed unum & eundem utrumque intelliget, velut unum lumen, & unum ſolem, tum lumen ſuſceptum, tum corpus quod ſuſcepit. Iterum, quemadmodum unum eſt lumen & unus ſol, naturæ verò duæ, una luminis, altera verò corporis ſolaris: ita & hîc unus quidem filius Dominus, & Chriſtus, & unigenitus, naturæ verò duæ; una ſuper nos, altera noſtra.

Et iterum.

Sicut operationem luminis, quatenus lumen eſt, nemo ſeparabit à corpore ipſo lumen recipiente; ſi verò ratione ſeparet, agnoſcet naturam, cujus eſt propria operatio: ſic in uno filio Dei omnem operationem nemo ſeparabit ab una filiatione: à natura verò, cui eſt cognatum quod fit, ratione ſeparabit.

λόγον· [a] τὸ δὲ, οἷον τὸ ἀνθρώπινον τυχὸν οὐχ υἱὸν", ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ἑκάτερα νοήσει, ὡς ἓν φῶς καὶ ἕνα ἥλιον· τό τε δεχθὲν φῶς, καὶ τὸ δεξάμενον σῶμα. πάλιν ὡς ἓν μὲν φῶς καὶ εἷς ἥλιος, φύσεις δὲ δύο, ἡ μὲν φωτὸς, ἡ δὲ σώματος ἡλιακοῦ· οὕτω κἀνταῦθα εἷς μὲν [b] υἱὸς" ὁ Κύριος καὶ Χριστὸς, καὶ μονογενής· φύσεις δὲ δύο· ἡ μὲν ὑπὲρ ἡμᾶς, ἡ δὲ ἡμετέρα.

[c] Καὶ αὖθις.

[d] "Ωσπερ τοῦ φωτὸς, ᾗ φῶς ἐστιν τὴν ἐνέργειαν οὐκ" ἄν τις χωρίσειε τοῦ σώματος αὐτοῦ τοῦ δεκτικοῦ· τῷ λόγῳ δὲ [e] διαιρῶν" γνωρίσειε τὴν φύσιν, ἧς ἐστιν ἰδία ἡ ἐνέργεια· οὕτως ἐπὶ τοῦ ἑνὸς υἱοῦ τοῦ Θεοῦ πᾶσαν μὲν ἐνέργειαν οὐκ ἄν τις χωρίσειε τῆς μιᾶς υἱότητος, τῆς δὲ φύσεως, ἧς ἐστι οἰκεῖον τὸ γινόμενον, τῷ λόγῳ γνωρίσειεν.

Plura deperditorum Juſtini Martyris Tractatuum fragmenta reperire haud potui, licet plures excuſos partim, partim Manuſcriptos libros hunc in finem pervolverim, eorum præſertim Auctorum, qui S. Patrum ſcripta crebro citare ſolent. Maximus quippe in ſuis Excerptis nuſquam Juſtinum allegavit. Apud Joannem Sapientem Cypariſſiotam in *Decadibus de Deo & Rebus Divinis*, quatuor in locis S. Martyris dicta reperi citata; ſed omnia ex editis, & quidem ſpuriis operibus petita. Nam quæ Decad. III. c. 6. p. 53. ſeq. allegat *ex libro contra Gentiles*, habentur in Quæſtionibus & Reſponſionibus ad Græcos pag. 177. ſeq. Quæ verò Decad. VII. cap. 1. p. 150. & cap. 8. p. 172. item Decad. VIII. c. 10. p. 219. allegat ex lib. *de recta confeſſione*, habentur omnia in Expoſitione fidei, priora quidem p. 386. & ſeq. ultimum

a Editt. Juſtini hic iterum ſunt imperfectæ, & ita habent: τὸν δὲ υἱὸν τὸν ἄνθρωπον. b ὁ υἱὸς eſt in editt. c Hæc in editt. Juſtini pag. 385. partem textûs conſtituunt. Vide ſupra pag. 164. d In editt. hæc vitiosè leguntur: ὥσπερ ἐπὶ τοῦ φωτὸς φῶς ἐστι τῇ ἐνεργείᾳ, οὐχ, &c. unde & verſio à ſenſu auctoris aliena nata eſt. e Edd. διελών.

pag.

pag. 372. Perluſtravi inſuper plures Patrum Catenas, uti vulgo vocari ſolent, tam impreſſas, quàm MSS. in Bibliotheca Bodleiana, nec tamen nomen vel dictum quodpiam Juſtini Martyris præter ſupra recitata reperi, niſi in Corderii Catena in Luc.cap. V. num. 5. ubi aliqua verba de Apoſtolis piſcatoribus hominum à Chriſto factis citantur ex Reſponſione ad Quæſt. 20. ad Orthodoxos, de quibus vide ſupra pag. 165. Quia autem hæc tam in Corderio quàm in impreſſis Juſtini editionibus, mutila partim, partim corrupta extant, ea ex Macarii Chryſocephali Orat. XI. in Matthæum fol. 131. pag. 2. Cod. 156. Barocc. integra & correcta hîc reddere placet.

Ἰουστίνου.

Ἐπειδὴ ἐχρῆν τοὺς ὑπὸ τῶν ἀποστόλων ἀγρευομένους ἀνθρώπους τῇ σαγήνῃ τῆς βασιλείας ἀποθανεῖν, ἀπὸ τῆς προτέρας αὐτῶν ἐν ἁμαρτίᾳ ζωῆς ἐλθόντας πρὸς τὸ φῶς τῆς θεογνωσίας, καὶ τὴν πνοὴν τοῦ παντοκράτορος, τὸ ζωοποιὸν καὶ πανάγιον πνεῦμα· διὰ τοῦτο τῇ ἄγρᾳ τῶν ἰχθύων παρείκασεν ὁ κύριος τὴν ἄγραν τῶν ἀνθρώπων, καὶ τοὺς ἀποστόλους ἐξ ἁλιέων τε ἐξελέξατο, καὶ ἁλιέας ποιεῖν ἀνθρώπων ἐπηγγείλατο. προσέθηκε δὲ καὶ τὸ ζωγρῶν κατὰ Λουκᾶν, τὸ ἐλλεῖπον τοῦ ὑποδείγματος τῷ ἐπιδεικνυμένῳ προστιθέμενος.

Juſtini.

Quandoquidem homines ab Apoſtolis ſagena Regni (*cælorum*) captos emori oportuit, ac primâ ipſorum in peccatis vitâ relicta, ad lumen cognitionis Dei & ſpiraculum omnipotentis Dei, vivificantem nempe & ſanctiſſimum ſpiritum, accedere: propterea capturæ piſcium comparavit Dominus capturam hominum, & Apoſtolos è piſcatorum grege elegit, eoſque piſcatores hominum facere pollicitus eſt. Addidit autem juxta Lucam *vocem* ζωγρῶν, (*quæ capturam vivorum ſignificat*) ut quod in ſimilitudine deficeret, in re, cujus demonſtrandæ gratiâ eſt adducta, compleret.

Dixi hæc in editt. Juſtini mutila partim, partim corrupta eſſe. Deſunt enim in priore parte periodi omnia ab ἐλθόντας, uſque ad πανάγιον πνεῦμα: in poſteriori autem colo omiſſa ſunt cuncta à καὶ τοὺς ἀποστόλους uſque ad ἐπηγγείλατο. Vitioſè pro τὸ ζωγρῶν κατὰ Λουκᾶν in editt. legitur τὸ εἰς ζωήν: neque enim vel Lucas, vel alius quiſpiam Evangeliſtarum, ubi hæc Chriſti verba referunt εἰς ζωήν addidit, at ζωγρῶν Luc. V. 10. legitur, idque ſignificat *vivum capere & conſervare*, ut Lexicographi notarunt, & ex illis Suicerus in Theſauro Eccleſiaſtico. Unde Syrus interpres verba Chriſti apud Lucam reddidit: *Ne timeas: poſthac piſcaturus es homines ad vitam.* Et Perſicus: *Ne timeas: poſthac venator eris hominum ad vitam.* Iſto itaque verbo Servatorem uſum eſſe notat

Auctor harum Quæstionum, ut id, quod in hac similitudine est dissimile, innueret, nempe captum iri ab Apostolis genus hominum, non ut instar piscium necarentur, sed vivi servarentur, qui velint.

Porro post recitata verba, apud Macarium Chrysocephalum fol. 132. pag. 1. immediatè hæc sequuntur: Ταῦτα θεϊκῇ δυνάμει προηγόρευσεν ὁ Σωτὴρ, &c. nullo alterius cujusdam Patris nomine ad marginem apposito: unde colligere quispiam posset, & ista Justini Martyris, vel Auctoris Quæstionum & Responsionum ad Orthodoxos, verba esse. Sed reapse sunt Eusebii, cui in Corderii Catena Patrum in Lucam loco supra dicto num. 6. ea disertè adscripta inveni. Quoniam verò ibi Latinè tantùm, neque integra habentur, Græcè ea ex Macario descripta dabo in Notis ad hanc paginam. Nunc verò ad Justinum redeo: cujus plura fragmenta ut reperirem, aliud quoque Macarii Volumen in Evangelium Lucæ, totum ex S. Patrum scriptis contextum, MS. Cod. 211. Barocciano comprehensum, perlustravi; sed non nisi semel Justini nomen deprehendi: & quidem supposita Justino verba, jam ante pag. 198. ex Leontio recitata: μέση δὲ παρθένῳ usque ἐσιώπησε, quæ apud Macarium eodem prorsus modo leguntur: sicut & alia, quæ Leontius ex cap. 17. citavit, à Theoriano in Dialogo contra Armenios Tom. XI. Bibliothecæ Patrum Parif. 1654. pag. 451. adducuntur. Similiter in aliis recentiorum Græcorum scriptis hinc inde spurios Justini libros, vix unquam autem genuinos allegatos reperi.

Cæterùm quod attinet eas, quas Michael Glycas in Annalibus tanquam Justini Martyris adduxit sententias, dubium est an ex Commentario in Hexaëmeron vel aliunde sint petitæ. Et ea quidem quæ pag. 4. & 19. de lumine ante creationem Solis allegantur, ex Justini Expositione fidei desumpta videntur. Ita enim Glycas loco priori: Τὸ γὰρ φῶς ἐκεῖνο διακεχυμένον ὂν ἁπανταχοῦ, συνεστέλλετο κελεύσει παραγαγόντος αὐτὸ Θεοῦ· συστελλομένου δὲ (leg. συστελλόμενον δὲ) πάροδον ἐδίδου τῇ νυκτὶ, καθά φησιν Ἰουστῖνος ὁ Φιλόσοφος, ὁ καὶ μάρτυς Χριστοῦ, καὶ μετ' ἐκεῖνον μέγας Βασίλειος. *Nam lux illa hinc inde diffusa colligebatur mandato Dei, qui eam condiderat: collecta verò nocti velut aditum quendam patefaciebat, uti Justinus Philosophus & Martyr, eumque secutus Basilius dixerunt.* Posteriori autem loco hæc habet Glycas: Πρὸ μέν τοι τῆς τετάρτης ἡμέρας, ἤγουν πρὸ τοῦ δημιουργηθῆναι τοὺς δίσκους, καθά φησιν Ἰουστῖνος ὁ Φιλόσοφος καὶ μάρτυς Χριστοῦ, καὶ ὁ λοιπὸς τῶν πατέρων κατάλογος φῶς, ὅλον δι' ὅλου τοῦ ἀέρος περικεχυμένον, οὔτε κίνησιν ὁμαλὴν διέτρεχεν οὔτε τὰς ἡμέρας τὰ μέτρα διώριζεν· ἀλλὰ συστελλόμενον πάροδον ἐδίδου τῇ νυκτί. *Cæterùm ante diem quartum, hoc est, priusquam ipsi siderum orbes crearentur, quemadmodum Justinus ille Philosophus & Christi testis ait, consentiente cum hoc reliquorum Patrum*

trum cœtu, lux universa passim per aëra diffusa, nec motu quodam æquabili ferebatur, nec diei metas definiebat; sed quamprimum collecta fuisset, succedendi sibi potestatem nocti faciebat. Quæ ex Commentario Justini in Hexaëmeron deprompta putavit Halloixius cap. 27. Sed fefellit eum conjectura, siquidem illa totidem verbis in Pseudo-Justini Expositione fidei p. 384. leguntur. Quod verò idem Glycas pag. 15. ait, Justinum & Basilium M. docuisse, ὅτι κοιλότητες ἐγένοντο τηνικαῦτα κατὰ θείαν κέλευσιν, *mandato divino concavitates quasdam extitisse*, quibus scilicet aquæ receptæ fuerint, id sane in Basilii M. Homil. IV. in Hexaëmeron reperitur, nusquam verò in editis Justini M. sive genuinis, sive spuriis operibus, ideoque ex hujus Commentario in Hexaëmeron petitum videtur.

Jam Justinum M. relinquo; cujus si quæ posthæc mihi occurrant fragmenta, ea inter Addenda ad Tom. II. suo loco referam. Si quæ verò in Præfatione mea de B. Martyre ejusque scriptis fuerint desiderata vel forte errata, ea vel ipse ibidem supplebo aut corrigam, vel id faciet is, quem amicitiæ & honoris causa nomino, doctissimus Dn. Thomas Creech, S. Theol. Baccalaureus, & Collegii omnium Animarum Socius, in accuratissima, quam parat Justini Martyris editione: quæ ut quantocyus prodeat, omnes eruditi optant.

HEGESIPPUS.

HEgesippum Justino Martyri præposuit in Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum Hieronymus, & ad ejus exemplum idem nuper fecit Dupinius, procul dubio inde, quod is Eusebio Lib. II. Hist. Eccles. dictus sit, ἐπὶ τῆς πρώτης τῶν ἀποστόλων γενόμενος διαδοχῆς, *vicinus Apostolicorum temporum*, uti reddidit Hieronymus. Ac haud quidem eo inficias, jam sub Hadriano Hegesippum pariter ac Justinum vixisse: unde sicut Justinus Martyr bellum quod sub imperatore isto accidit, νῦν γενόμενον, *nuper factum* dixit, ita & Hegesippus id quod cum Antinoo servo Cæsaris Adriani gestum est, tanquam ejus ætate contigisse narrat, aitque μέχρι νῦν *usque nunc*. Vide infra pag. 211. Attamen Hegesippum hoc loco posteriorem feci Justino, quia istos, quorum fragmenta exhibeo, libros composuit, postquam Martyrio defunctus erat Justinus. Id anno Christi 163. vel 165. factum supra pag. 146. probavi.

Aſt Hegeſippus ſcripſit, quando Eleutherus erat Romanæ Eccleſiæ Epiſcopus ut ex ipſis illius verbis pag. 212. recitandis colligitur. Atqui Eleutherus ſedit ab anno 170. ad 185. juxta rationes Pearſonii, vel ab anno 162. ad 177. juxta Cl. Dodwelli computationem, ut adeo ad hæc tempora referenda ſint Hegeſippi fragmenta.

Cæterùm pauca ſunt, quæ de hoc Auctore dici poſſunt. Euſebius Lib. IV. Hiſt. Eccl. cap. 22. teſtatur, illum ἐξ Ἑβραίων πεπιστευκέναι, *ex Hebræis ad Chriſtianam fidem tranſiiſſe*, idque inde confirmat, quod in libris ſuis quædam ex Evangelio ſecundum Ebræos, & Syriaco, nec non ex Hebraica lingua in medium protulerit, quodque aliqua ex Judæorum traditionibus haud ſcriptis memoriæ prodiderit. Harum enim, neque ſolùm Judaicarum, ſed & Chriſtianarum, maximè ſtudioſum fuiſſe Hegeſippum, tam longum ejus iter, de quo vide infrà p. 212. quàm præclarum librorum ejus inſtitutum ſatis ſuperque teſtatur. Nam, ut Euſebius Lib. IV. Hiſt. Eccl. cap. 8. ſcribit: ἐν πέντε συγγράμμασιν οὗτος τὴν ἀπλανῆ παράδοσιν τοῦ ἀποστολικοῦ κηρύγματος ἁπλουστάτῃ συντάξει γραφῆς ὑπομνηματισάμενος. *Quinque libris ille intemeratam Apoſtolicæ prædicationis traditionem ſimplici ſcripturæ genere expoſuit.* Et Hieronymus loco citato: *Omnes à paſſione Domini uſque ad ſuam ætatem, Eccleſiaſticorum actuum texens hiſtorias, multaque ad utilitatem legentium pertinentia hinc inde congregans, quinque libros compoſuit ſermone ſimplici: ut quorum vitam ſectabatur, dicendi quoque exprimeret characterem.* Atque hinc multùm dolenda V. horum ὑπομνημάτων jactura, præſertim cum pauca tantùm eorum ſuperſint fragmenta: ad quæ recenſenda ſine ulterioribus ambagibus procedo, ubi tempus mortis Hegeſippi annotavero ex Chronico Alexandrino, quod ad Olympiad. CCXXXIX. ita habet: Επὶ τούτου (Κομμόδου) Ἡγήσιππος τελευτᾷ, περὶ Αποστόλων μεγάλως συγγραψάμενος, ὡς ἱστορεῖ Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου. *Hoc imperante* (Commodo ſcilicet) *defunctus eſt Egeſippus, qui de Apoſtolis eximiè ſcripſit, ut de eo memorat Euſebius Pamphili.*

Fragmenta

Fragmenta Commentariorum Hegesippi.

Fragmentum Libri V. *ex Euseb. Lib.* II. *Hist. Eccles. cap.* 23. *pag.* 63.

Ἀκριβέστατά γε μὴν τὰ κατ' αὐτὸν ὁ Ἡγήσιππος ἐπὶ τῆς πρώτης τῶν Ἀποστόλων γενόμενος διαδοχῆς, ἐν τῷ πέμπτῳ αὐτοῦ ὑπομνημάτων τοῦτον λέγων ἱστορεῖ τὸν τρόπον· διαδέχεται δὲ τὴν Ἐκκλησίαν μετὰ τῶν ἀποστόλων, ὁ ἀδελφὸς τοῦ Κυρίου Ἰάκωβος, ὁ ὀνομασθεὶς ὑπὸ πάντων δίκαιος ἀπὸ τῶν τοῦ Κυρίου χρόνων μέχρι καὶ ἡμῶν. ἐπεὶ πολλοὶ Ἰάκωβοι ἐκαλοῦντο· οὗτος δὲ ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτοῦ ἅγιος ἦν. οἶνον καὶ σίκερα οὐκ ἔπιεν, οὐδὲ ἔμψυχον ἔφαγεν· ξυρὸν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ οὐκ ἀνέβη· ἔλαιον οὐκ ἠλείψατο, καὶ βαλανείῳ οὐκ ἐχρήσατο. τούτῳ * μόνῳ ἐξῆν εἰς τὰ ἅγια εἰσιέναι· οὐδὲ γὰρ ἐρεοῦν ἐφόρει, ἀλλὰ σινδόνας. καὶ μόνος εἰσήρχετο εἰς τὸν ναόν· ηὑρίσκετό τε κείμενος ἐπὶ τοῖς γόνασι, καὶ αἰτούμενος ὑπὲρ τοῦ λαοῦ ἄφεσιν· ὡς ἀπεσκληκέναι τὰ γόνατα αὐτοῦ δίκην καμήλου, * διὰ τὸ ἀεὶ κάμπτειν ἐπὶ γόνυ προσκυνοῦντα τῷ Θεῷ, καὶ αἰτεῖσθαι ἄφεσιν τῷ λαῷ. διά γέ τοι τὴν ὑπερβολὴν τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ, ἐκαλεῖτο δίκαιος, καὶ * Ὠβλίας· ὅ ἐστιν ἑλληνιστὶ περιοχὴ τοῦ λαοῦ καὶ δικαιοσύνη, ὡς οἱ Προφῆται δηλοῦσι περὶ αὐτοῦ. τινὲς οὖν τῶν ἑπτὰ αἱρέσεων τῶν ἐν τῷ λαῷ, τῶν προγεγραμ-

Omnium accuratissimè Hegesippus, qui Apostolorum temporibus proximus fuit, in quinto Commentariorum libro de ipso (*Jacobo*) perscripsit his verbis: Ecclesiae administrationem una cum Apostolis suscepit Jacobus frater Domini, qui jam inde à Christi temporibus ad nostram usque aetatem Justus cognominatus est. Nam multi quidem eodem nomine Jacobi vocabantur; sed hic ab ipso matris utero sanctus fuit. Nec vinum unquam bibit nec siceram: ab animantium carnibus penitus abstinuit: comam nunquam totondit: neque ungi, neque lavare balneo corpus unquam solitus. Unus ex omnibus in intimum templi sanctuarium ingrediendi jus facultatemque habebat. Neque enim lanicio, sed linea tantum veste utebatur. In templum solus intrare, atque ibi genibus flexis pro peccatis populi orare consueverat: adeo ut genua ipsius cameli instar occalluerint, dum assidue Deum venerans, & pro salute populi vota faciens humi sterneretur. Hic ergo ob singularem justitiam cognominatus est Justus & Oblias, quod latine munimentum populi & justitiam significat, quemadmodum etiam Prophetae de eo praedixerunt. Quidam autem ex septem sectis, quae apud Judaeos erant, de quibus in superioribus

rioribus libris scripsimus, interrogarunt eum, quodnam esset ostium Jesu. Quibus ille Jesum esse Servatorem respondit. Unde nonnulli eorum Jesum revera Christum esse crediderunt. Suprà scriptæ verò sectæ nec resurrectionem, nec futurum Christi adventum ut unicuique secundum opera tribuat, credebant. Quotquot verò ex iis crediderunt, Jacobi operâ utique crediderunt. Cum ergo multi, & ex ipsis primoribus aliqui crederent, tumultuari cœperunt Judæi & Scribæ ac Pharisæi: eò jam ventum esse clamantes, ut omnis populus Jesum quasi Christum exspectaret. Proinde in unum congregati, Jacobum ita allocuti sunt: hortamur te, ut populi errorem comprimas, qui falsam de Jesu opinionem imbibit ac si Christus esset. Persuade, rogamus te, omnibus qui festo Paschæ die huc conveniunt, ne circa Jesum decipiantur: tibi enim omnes fidem habemus. Nam cum universo populo hoc tibi testimonium perhibemus, justissimum te virum esse, nec ullum apud te personarum discrimen valere. Proinde plebi persuade ne circa Jesum aberret. Nam & universus populus & nos libenter tibi obtemperamus. Adscende igitur in fastigium templi, ut in sublimi loco positus, ab omnibus exaudiri & conspici facilè possis. Nam Paschalis solemnitatis gratiâ, cunctæ Judæorum tribus & ex gentibus non pauci huc convenerunt. Posthæc supradicti Scribæ & Pharisæi, cum Jacobum in fastigio

a Vide infra pag. 212.

μένων μοι ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν a, ἐπυνθάνοντο αὐτοῦ, τίς ἡ θύρα * τοῦ Ἰησοῦ. καὶ ἔλεγε τοῦτον εἶναι τὸν σωτῆρα. ἐξ ὧν τινὲς ἐπίστευσαν, ὅτι Ἰησοῦς ἐστὶν ὁ Χριστός. αἱ δὲ αἱρέσεις αἱ προειρημέναι οὐκ ἐπίστευον οὔτε ἀνάστασιν, οὔτε ἐρχόμενον ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. ὅσοι δὲ καὶ ἐπίστευσαν, διὰ Ἰάκωβον. πολλῶν οὖν καὶ τῶν ἀρχόντων πιστευόντων, ἦν θόρυβος τῶν Ἰουδαίων καὶ γραμματέων καὶ Φαρισαίων λεγόντων, ὅτι κινδυνεύει πᾶς ὁ λαὸς Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν προσδοκᾶν. ἔλεγον οὖν συνελθόντες τῷ Ἰακώβῳ· παρακαλοῦμέν σε, ἐπίσχες τὸν λαὸν, ἐπεὶ ἐπλανήθη εἰς Ἰησοῦν, ὡς αὐτοῦ ὄντος τοῦ Χριστοῦ. παρακαλοῦμέν σε πεῖσαι πάντας τοὺς ἐλθόντας εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ Πάσχα περὶ Ἰησοῦ· σοὶ γὰρ πάντες πειθόμεθα. ἡμεῖς γὰρ μαρτυροῦμέν σοι καὶ πᾶς ὁ λαὸς, ὅτι δίκαιος εἶ, καὶ ὅτι πρόσωπον οὐ λαμβάνεις. πεῖσον οὖν σὺ τὸν ὄχλον περὶ Ἰησοῦ μὴ πλανᾶσθαι. καὶ γὰρ πᾶς ὁ λαὸς καὶ πάντες πειθόμεθά σοι. στῆθι οὖν ἐπὶ τὸ πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ, ἵνα ἄνωθεν ᾖς ἐπιφανὴς, καὶ ᾖ εὐάκουστά σου τὰ ῥήματα παντὶ τῷ λαῷ. διὰ γὰρ τὸ Πάσχα συνεληλύθασι * πᾶσαι αἱ φυλαὶ μετὰ καὶ τῶν ἐθνῶν. ἔστησαν οὖν οἱ προειρημένοι γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι τὸν Ἰάκωβον ἐπὶ τὸ πτε-

ρύγιον

ῥύγιον τοῦ ναοῦ, καὶ ἔκραξαν αὐτῷ, καὶ εἶπον· δίκαιε, ᾧ πάντες πείθεσθαι ὀφείλομεν, ἐπεὶ ὁ λαὸς πλανᾶται ὀπίσω Ἰησοῦ τοῦ σταυρωθέντος, ἀπάγγειλον ἡμῖν τίς ἡ θύρα τοῦ Ἰησοῦ τοῦ σταυρωθέντος. καὶ ἀπεκρίνατο φωνῇ μεγάλῃ· τί με ἐπερωτᾶτε περὶ Ἰησοῦ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου; καὶ αὐτὸς κάθηται ἐν τῷ οὐρανῷ ἐκ δεξιῶν τῆς μεγάλης δυνάμεως, καὶ μέλλει ἔρχεσθαι ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ. καὶ πολλῶν πληροφορηθέντων καὶ δοξαζόντων ἐπὶ τῇ μαρτυρίᾳ τοῦ Ἰακώβου, καὶ λεγόντων ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαβίδ, τότε πάλιν οἱ αὐτοὶ γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι πρὸς ἀλλήλους ἔλεγον· κακῶς ἐποιήσαμεν τοιαύτην μαρτυρίαν παρασχόντες τῷ Ἰησοῦ *. ἀλλὰ ἀναβάντες, καταβάλωμεν αὐτὸν, ἵνα φοβηθέντες μὴ πιστεύσωσιν αὐτῷ. καὶ ἔκραξαν λέγοντες· ὢ ὤ, καὶ ὁ δίκαιος ἐπλανήθη. καὶ ἐπλήρωσαν τὴν γραφὴν τὴν ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ * γεγραμμένην· ἄρωμεν τὸν δίκαιον, ὅτι δύσχρηστος ἡμῖν ἐστί· τοίνυν τὰ γενήματα τῶν ἔργων αὐτῶν φάγονται. ἀναβάντες οὖν κατέβαλον τὸν δίκαιον, καὶ ἔλεγον ἀλλήλοις· λιθάσωμεν Ἰάκωβον τὸν δίκαιον. καὶ ἤρξαντο λιθάζειν αὐτὸν, ἐπεὶ καταβληθεὶς οὐκ ἀπέθανεν, ἀλλὰ στραφεὶς ἔθηκε τὰ γόνατα λέγων· παρακαλῶ Κύριε Θεὲ Πάτερ, ἄφες αὐτοῖς· οὐ γὰρ οἴδασι τί ποιοῦσιν. οὕτω δὲ καταλιθοβολούντων αὐτὸν, εἷς

templi collocassent, intenta voce sic eum alloqui cœperunt: O juste, cui nos omnes fidem adhibere par est, quandoquidem populus omnis errat, Jesum sectans crucifixum, doce nos quod sit ostium Jesu suffixi cruci. Tunc Jacobus edita voce iis respondit: Quid me, inquit, interrogatis de Jesu filio hominis? Ipse sedet in cœlo à dextris summæ virtutis, & venturus est in nubibus cœli. Cumque multi hoc Jacobi testimoni confirmati glorificarent (Jesum) dicentes Osanna filio David; tunc iidem Scribæ & Pharisæi inter se collocuti: malè, inquiunt, fecimus, qui tanto testimonio Jesum ornaverimus. Verùm adscendamus, eumque præcipitem dejiciamus, ut cæteri conterriti, fidem illi habere desinant. Conclamare deinde cœperunt ac dicere: O O, ipse etiam Justus erravit. Et impleta sunt ea, quæ apud Esaiam scripta sunt: * *Tollamus è medio Justum, quia molestus est nobis: propterea fructus operum suorum manducabunt.* Mox ergo conscendentes, præcipitem eum egerunt, & ad se invicem dixerunt: lapidibus obruamus Jacobum Justum. Et cœperunt lapidibus eum oppetere, quoniam præcipitatus non statim mortem obierat, sed conversus flexis genibus orabat dicens: Domine & Deus Pater, rogo ut ignoscas illis, quia nesciunt quid faciunt. Cumque hominem saxis obruerent, unus

* Cap. III. vers. 10. Vide Notas ad finem operis.

è Sa-

è Sacerdotibus, ex filiis Rechab filii Rechabim, qui Hieremiæ ſuffragio (cap. 35.) commendati ſunt, intenta voce: parcite, inquit, quid facitis? Juſtus orat pro vobis. Interim unus ex iis, fullo arrepto fuſte, quo veſtes exprimere ſolebat, caput Juſti percuſſit. Atque ita felici martyrio vitam finiit. Sepultus eſt in eodem loco, manetque adhuc cippus illius prope templum. Hic Jacobus tum Judæis tum Græcis locuples fuit teſtis, Jeſum verè Chriſtum fuiſſe. Nec multò poſt obſidio Veſpaſiani, & Judæorum captivitas ſubſecuta eſt. Hæc Hegeſippus prorſus cum Clemente conſentiens paulo fuſius retulit.

τῶν ἱερέων τῶν υἱῶν Ῥηχὰβ υἱοῦ Ῥαχαβεὶμ τῶν μαρτυρουμένων ὑπὸ Ἱερεμίου τοῦ Προφήτου, ἔκραζε λέγων· παύσασθε· τί ποιεῖτε· εὔχεται ὑπὲρ ὑμῶν ὁ δίκαιος. καὶ λαβών τις ἀπ' αὐτῶν εἷς τῶν γναφέων τὸ ξύλον ἐν ᾧ ἀπεπίεζε τὰ ἱμάτια, ἤνεγκε κατὰ τῆς κεφαλῆς τοῦ δικαίου· καὶ οὕτως ἐμαρτύρησεν. καὶ ἔθαψαν αὐτὸν ἐν τῷ τόπῳ, * καὶ ἔτι αὐτοῦ ἡ στήλη μένει παρὰ τῷ ναῷ. μάρτυς οὗτος ἀληθὴς Ἰουδαίοις τε καὶ Ἕλλησι γεγένηται, ὅτι Ἰησοῦς ὁ Χριστός ἐστιν. καὶ εὐθὺς Οὐεσπασιανὸς πολιορκεῖ τὴν Ἰουδαίαν, αἰχμαλωτίσας αὐτούς. ταῦτα διὰ πλάτους συνῳδὰ τῷ γε Κλήμεντι καὶ ὁ Ἡγήσιππος.

Ex Euſeb. Lib. III. *Hiſt. Eccleſ. cap.* 19. & 20.

Hæc quidem teſtatur Hegeſippus ita ſcribens: His temporibus adhuc ſupererant quidam ex cognatione Domini, nepotes Judæ illius, qui ſecundum carnem frater Chriſti vocabatur. Hos à nonnullis delatos, quod ex regia Davidis ſtirpe prognati eſſent, Evocatus ad Domitianum Cæſarem perduxit. Quippe Domitianus de adventu Chriſti perinde ac Herodes ſibi metuebat. Interrogati igitur ab illo, utrum ex ſtirpe Davidis eſſent oriundi, id veriſſimum eſſe confeſſi ſunt. Deinde ſciſcitatus eſt ex illis Domitianus, quantas poſſeſſiones, quantumve pecuniæ haberent. Illi vero novem tantummodo denariorum millia ſibi ambobus ſuppetere dixerunt, quorum dimidia pars ſingulis com-

Ταῦτα δὲ δηλοῖ κατὰ λέξιν ὧδέ πως λέγων ὁ Ἡγήσιππος· ἔτι δὲ περιῆσαν οἱ ἀπὸ γένους τοῦ Κυρίου, υἱωνοὶ Ἰούδα, τοῦ κατὰ σάρκα λεγομένου αὐτοῦ ἀδελφοῦ, οὓς ἐδηλατόρευσαν, ὡς ἐκ γένους ὄντας Δαβίδ. τούτους δ' ὁ ἠουόκατος ἤγαγε πρὸς Δομετιανὸν Καίσαρα· ἐφοβεῖτο γὰρ τὴν παρουσίαν τοῦ Χριστοῦ ὡς καὶ Ἡρώδης. καὶ ἐπηρώτησεν αὐτοὺς, εἰ ἐκ Δαβίδ εἰσί· καὶ ὡμολόγησαν. τότε ἠρώτησεν αὐτοὺς πόσας κτήσεις ἔχουσι, ἢ πόσων χρημάτων κυριεύουσιν. οἱ δὲ εἶπον ἀμφότεροι, ἐννακισχίλια δηνάρια ὑπάρχειν αὐτοῖς μόνα, ἑκάστῳ αὐτῶν ἀνήκοντος τοῦ ἡμίσεως· καὶ ταῦτα

οὐκ

οὐκ ἐν ἀργυρείοις ἔφασκον ἔχειν, ἀλλ' ἐν διατιμήσει γῆς πλέθρων τριάκοντα ἐννέα μόνων· ἐξ ὧν καὶ τοὺς φόρους ἀναφέρειν, καὶ αὐτοὺς αὐτουργοῦντας διατρέφεσθαι. εἶτα δὲ καὶ τὰς χεῖρας τὰς ἑαυτῶν ἐπιδεικνύναι· μαρτύριον τῆς αὐτουργίας, τὴν τοῦ σώματος σκληρείαν, καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς συνεχοῦς ἐργασίας ἐναποτυπωθέντας ἐπὶ τῶν ἰδίων χειρῶν τύλους παριστάντας. ἐρωτηθέντας δὲ περὶ τοῦ Χριστοῦ καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ, ὁποία τις εἴη, καὶ πότε καὶ ποῖ φανησομένη, λόγον δοῦναι, ὡς οὐ κοσμικὴ μὲν, οὐδ' ἐπίγειος, ἐπουράνιος δὲ καὶ ἀγγελικὴ τυγχάνει, ἐπὶ συνθελίᾳ (l. συντελείᾳ) τοῦ αἰῶνος γενησομένη, ὁπηνίκα ἐλθὼν ἐν δόξῃ κρινεῖ ζῶντας καὶ νεκροὺς, καὶ ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἐπιτηδεύματα αὐτοῦ. ἐφ' οἷς μηδὲν αὐτῶν κατεγνωκότα τὸν Δομετιανὸν, ἀλλὰ καὶ ὡς εὐτελῶν καταφρονήσαντα, ἐλευθέρους μὲν αὐτοὺς ἀνεῖναι, καταπαῦσαι δὲ διὰ προστάγματος τὸν κατὰ τῆς ἐκκλησίας διωγμόν. τοὺς δὲ ἀπολυθέντας ἡγήσασθαι τῶν ἐκκλησιῶν, ὡς ἂν δὴ μάρτυρας ὁμοῦ καὶ ἀπὸ γένους ὄντας τοῦ κυρίου· γενομένης τε εἰρήνης, μέχρι Τραϊανοῦ παραμεῖναι αὐτοὺς τῷ βίῳ. ταῦτα μὲν ὁ Ἡγήσιππος.

peteret: eas vero facultates nequaquam in argento habere, sed in æstimatione agrorum, novem scilicet ac triginta soli jugerum: ex quorum fructibus & tributa persolverent, & sibi ipsis non sine proprio labore victum compararent. Simulque manus ostendere cœperunt, duritiem cutis impressumque altè manibus callum ex laboris assiduitate, in testimonium operis sui proferentes. Postremò interrogati de Christo & de Regno illius, cujusmodi id esset, & quando, quibusve in locis appariturum: responderunt, non hujus mundi, nec terrarum imperium illud esse, sed angelicum & cœleste, quod in fine sæculorum futurum esset, tunc cum Christus adveniens cum gloria, vivos simul & mortuos judicabit, & unicuique secundum opera sua retribuet. His auditis Domitianus nihil adversus illos asperius decrevit: sed vilitatem hominum aspernatus, liberos abire jussit: missoque edicto persecutionem adversus Ecclesiam commotam compescuit. Illos vero ad hunc modum dimissos, Ecclesiis posthac præfuisse narrant, utpote Christi martyres simul & propinquos: & pace demùm Ecclesiæ redditâ ad Trajani usque tempora vitam perduxisse. Hæc quidem Hegesippus.

Ex ejusdem Euseb. Lib. III. *Hist. Eccl. cap.* 32.

Ἡγήσιππος δὲ περί τινων αἱρετικῶν ἱστορῶν· —ἀπὸ τούτων δηλαδὴ τῶν αἱρετικῶν, κατηγορεῦσί τινες Συμεῶ-

Hegesippus de hæreticis scribens: --Ex eorum, inquit, hæreticorum numero quidam Symeonem

onem Cleopæ filium detulerunt, quod ex ſtirpe Davidis oriundus & Chriſtianus eſſet. Atque ita Symeon, cum annos centum & viginti natus eſſet, martyrium ſubiit, principatu Trajani Auguſti, Attico conſulari Legato Syriam adminiſtrante. Idem præterea ſcribit, eos ipſos Symeonis accuſatores, cum tunc temporis omnes ex regia Judæorum tribu oriundi ſollicitè inveſtigarentur, convictos eſſe quod ex ea ſtirpe originem ducerent. — — Alios præterea poſteros unius ex Domini fratribus, cui nomen erat Judæ, ad hoc uſque Trajani imperium vitam produxiſſe idem ſcriptor refert, cum jam antea ſub Domitiano, ut diximus, Chriſti fidem conſtanter profeſſi fuiſſent. Sic autem ſcribit: Adſunt illi, & univerſæ Eccleſiæ præſident, utpotè martyres & agnati Chriſti. Tandemque profundâ pace Eccleſiæ reſtitutâ, ad Trajani uſque tempora ſuperſtites fuerunt: donec Symeon ſupradictus Cleopæ filius, ejus qui patruus erat Domini, accuſatus ſimiliter ab Hæreticis, & ob eandem cauſam in jus vocatus eſt coram Attico Conſulari; & per multos dies acerbiſſimis tormentis cruciatus, fidem Chriſti conſtantiſſimè profeſſus eſt; adeò ut & Conſularis ipſe, & omnes qui aderant, magnopere mirarentur, qua ratione vir centum ac viginti annos natus tot tormenta perferre potuiſſet. Tandem verò ſententiâ judicis cruci ſuffixus eſt. Poſt hæc idem ſcriptor res illa ætate geſtas commemorans, addit Eccleſiam ad hæc uſque tempora inſtar cujuſdam virgi-

νος τοῦ Κλωπᾶ, ὡς ὄντος ἀπὸ Δαβὶδ καὶ Χριστιανοῦ· καὶ οὕτως μαρτυρεῖ ἐτῶν ὢν ἑκατὸν εἴκοσιν, ἐπὶ Τραϊανοῦ Καίσαρος καὶ ὑπατικοῦ Ἀττικοῦ. φησὶ δὲ ὁ αὐτὸς, ὡς ἄρα καὶ τοὺς κατηγόρους αὐτοῦ, ζητουμένων τότε τῶν ἀπὸ τῆς βασιλικῆς Ἰουδαίων φυλῆς, ὡσὰν ἐξ αὐτῆς ὄντας, ἁλῶναι συνέβη. — — — — Ὁ δὲ αὐτὸς συγγραφεὺς καὶ ἑτέρους ἀπὸ γένους ἑνὸς τῶν φερομένων ἀδελφῶν τοῦ σωτῆρος, ᾧ ὄνομα Ἰούδας, φησὶν εἰς τὴν αὐτὴν ἐπιβιῶναι βασιλείαν, μετὰ τὴν ἤδη πρότερον ἱστορηθεῖσαν αὐτῶν ὑπὲρ τῆς εἰς τὸν Χριστὸν πίστεως ἐπὶ Δομετιανοῦ μαρτυρίαν. γράφει δὲ οὕτως· ἔρχονται οὖν καὶ προηγοῦνται πάσης Ἐκκλησίας ὡς μάρτυρες, καὶ ἀπὸ γένους τοῦ κυρίου. καὶ γενομένης εἰρήνης βαθείας ἐν πάσῃ Ἐκκλησίᾳ, μένουσι μέχρι Τραϊανοῦ Καίσαρος· μέχρις οὗ ὁ ἐκ θείου τοῦ κυρίου ὁ προειρημένος Συμεὼν υἱὸς Κλωπᾶ, συκοφαντηθεὶς ὑπὸ τῶν αἱρέσεων, ὡσαύτως κατηγορήθη καὶ αὐτὸς ἐπὶ τῷ αὐτῷ λόγῳ ἐπὶ Ἀττικοῦ τοῦ ὑπατικοῦ· καὶ ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας αἰκιζόμενος, ἐμαρτύρησεν ὡς πάντας ὑπερθαυμάζειν, καὶ τὸν ὑπατικὸν, πῶς ἑκατὸν εἴκοσι τυγχάνων ἐτῶν, ὑπέμεινε· καὶ ἐκελεύθη σταυρωθῆναι. ἐπὶ τούτοις ὁ αὐτὸς ἀνὴρ διηγούμενος τὰ κατὰ τοὺς δηλουμένους ἐπιλέγει, ὡς ἄρα μέχρι τῶν τότε χρόνων παρθένος καθαρὰ καὶ

ἀδιάφθορος ἔμεινεν ἡ Ἐκκλησία, ἐν ἀδήλῳ που σκότει φωλευόντων εἰσέτι τότε τῶν, εἰ καί τινες ὑπῆρχον, παραφθείρειν ἐπιχειρούντων τὸν ὑγιῆ κανόνα τοῦ σωτηρίου κηρύγματος. ὡς δ' ὁ ἱερὸς τῶν ἀποστόλων χορὸς διάφορον εἰλήφει τοῦ βίου τέλος, παρεληλύθει τε ἡ γενεὰ ἐκείνη τῶν αὐταῖς ἀκοαῖς τῆς ἐνθέου σοφίας ἐπακοῦσαι κατηξιωμένων, τηνικαῦτα τῆς ἀθέου πλάνης τὴν ἀρχὴν ἐλάμβανεν ἡ σύστασις, διὰ τῆς τῶν ἑτεροδιδασκάλων ἀπάτης· οἳ καὶ ἅτε μηδενὸς ἔτι τῶν ἀποστόλων λειπομένου, γυμνῇ λοιπὸν ἤδη τῇ κεφαλῇ, τῷ τῆς ἀληθείας κηρύγματι τὴν ψευδώνυμον γνῶσιν ἀντικηρύττειν ἐπεχείρουν. καὶ ταῦτα μὲν οὕτως περὶ τούτων διαλαβών, ὧδέ πως ἔλεξεν.

nis, integram atque incorruptam permansisse: adhuc in obscuro recessu delitescentibus, quicunque rectam prædicationis regulam depravare niterentur. Sed postquam sacer Apostolorum cœtus vario mortis genere extinctus est, effluxeratque jam ætas hominum illorum, qui divinam ipsam sapientiam suis auribus auscultare meruerant, tunc demum exorta est impii erroris conspiratio, fraude & malitia falsorum doctorum. Qui utpote nullo amplius ex Apostolis superstite, posthæc nudo (quod aiunt) capite adversus prædicationem veritatis adulterinam doctrinam opponere aggressi sunt. Et Hegesippus de iis rebus in hunc ferè modum scribit.

Ex Lib. IV. *cap.* 8.

Ἡγήσιππος — καθ' ὃν ἐγνωρίζετο σημαίνει χρόνον, περὶ τῶν ἀρχῆθεν ἱδρυσάντων τὰ εἴδωλα, οὕτω πως γράφων· οἷς καινοτάφια καὶ ναοὺς ἐποίησαν ὡς μέχρι νῦν· ὧν ἐστι καὶ Αντίνοος, * δοῦλος Αδριανοῦ Καίσαρος, οὗ καὶ ἀγὼν ἄγεται Αντινόειος, ὁ καὶ ἐφ' ἡμῶν γενόμενος. καὶ γὰρ καὶ πόλιν ἔκτισεν ἐπώνυμον Αντινόου, καὶ Προφήτας.

Hegesippus --- tempus ipsum quo floruit apertè designat, cum de iis, qui simulacra primùm erigere cœperant, in hunc modum scribit: Quibus cenotaphia templaque exstruxerunt, sicut nunc etiam fieri videmus. Ex quibus fuit Antinous, servus Cæsaris Adriani, in cujus honorem certamen sacrum, quod Antinoium vocant, nostrâ etiam ætate celebratur. Nam & urbem Antinoo cognominem Hadrianus condidit, & Prophetas instituit.

Ex eodem Lib. IV. *cap.* 22.

Καὶ ἐπέμενεν ἡ Ἐκκλησία ἡ Κορινθίων ἐν τῷ ὀρθῷ λόγῳ, μέχρι Πρίμου ἐπισκοπεύοντος ἐν Κορίνθῳ·

Et Corinthiorum quidem, inquit, Ecclesia in recta fide permansit usque ad Primum ejus loci Episcopum: Quibuscum fami-

liariter collocutus ſum, dum Romam navigarem; nec paucos dies verſatus ſum cum Corinthiis, mutuamque ex recta fide conſolationem cepimus. Romam verò cùm veniſſem, ſucceſſionem (*Epiſcoporum*) ibi feci uſque ad Anicetum, cujus tum diaconus erat Eleutherus. Poſt obitum deinde Aniceti ſucceſſit Soter, quem excepit Eleutherus. In ſingulis autem Epiſcoporum ſucceſſionibus, & per ſingulas urbes eadem manent, quæ per legem, ac Prophetas, & à Domino ipſo prædicata ſunt. Hæreſeon quoque quæ ætate ſua exortæ ſunt, initia quidem ſcriptor exponit his verbis: Poſtquam, inquit, Jacobus cognomento Juſtus martyrium perinde ac Dominus pertulit, ob ejuſdem doctrinæ prædicationem; rurſus frater patruelis Domini, Simeon Cleopæ filius, Epiſcopus conſtituitur: cunctis uno conſenſu ſecundum Antiſtitem illum renuntiantibus, eò quod cognatus Domini eſſet. Et Eccleſiam quidem hactenus virginem vocabant, quia vanis ſermonibus nondum corrupta fuerat. Primus Thebuthis, indignè ferens quod non creatus eſſet Epiſcopus, eam occultè vitiare cœpit. Fuit hic è ſeptem illis Sectis in Judaico populo oriundus. Ex quibus fuit etiam Simon, à quo Simoniani fluxerunt; & Cleobius, à quo Cleobiani: & Doſitheus, à quo Doſitheani: & Gortheus, à quo Gortheni: & Masbotheus, à quo Masbothæi ſunt cognominati. Ex his etiam manarunt Menandriani, & Marcioniſtæ,

οἷς συνέμιξα πλέων εἰς Ῥώμην, καὶ συνδιέτριψα τοῖς Κορινθίοις ἡμέρας ἱκανάς· ἐν αἷς συνανεπάημεν τῷ ὀρθῷ λόγῳ. γενόμενος δὲ ἐν Ῥώμῃ, διαδοχὴν * ἐποιησάμην μέχρις Ἀνικήτου, οὗ διάκονος ἦν Ἐλεύθερος. καὶ παρὰ Ἀνικήτου διαδέχεται Σωτήρ, μεθ' ὃν Ἐλεύθερος. ἐν ἑκάστῃ δὲ διαδοχῇ καὶ ἐν ἑκάστῃ πόλει οὕτως ἔχει, ὡς ὁ νόμος κηρύττει, καὶ οἱ Προφῆται, καὶ ὁ Κύριος. ὁ δ' αὐτὸς καὶ τὰς κατ' αὐτὸν αἱρέσεων τὰς ἀρχὰς ὑποτίθεται διὰ τούτων· καὶ μετὰ τὸ μαρτυρῆσαι Ἰάκωβον τὸν δίκαιον ὡς καὶ ὁ Κύριος ἐπὶ τῷ αὐτῷ λόγῳ, πάλιν ὁ ἐκ θείου αὐτοῦ Συμεὼν ὁ τοῦ Κλωπᾶ καθίσταται Ἐπίσκοπος· ὃν προέθεντο πάντες, ὄντα ἀνεψιὸν τοῦ Κυρίου, δεύτερον. διὰ τοῦτο ἐκάλουν τὴν Ἐκκλησίαν παρθένον· οὔπω γὰρ ἔφθαρτο ἀκοαῖς ματαίαις. ἄρχεται δὲ ὁ Θέβουθις, διὰ τὸ μὴ γενέσθαι αὐτὸν ἐπίσκοπον, ὑποφθείρειν, ἀπὸ τῶν ἑπτὰ αἱρέσεων ὤν, καὶ αὐτὸς ἦν ἐν τῷ λαῷ· ἀφ' ὧν Σίμων, ὅθεν οἱ Σιμωνιανοί· καὶ Κλεόβιος, ὅθεν Κλεοβιηνοί· καὶ Δοσίθεος, ὅθεν Δοσιθιανοί· καὶ Γορθαῖος, ὅθεν Γορθηνοί· καὶ [a] Μασβώθαιος, ὅθεν Μασβωθαῖοι. ὅθεν ἀπὸ τούτων Μενανδριανισταί, καὶ Μαρκιωνισταί, καὶ

[a] Has duas voces in Euſebio per incuriam ſive ſcribæ, ſive Typothetæ, omiſſas ex Nicephori Lib. IV. Hiſt. Eccleſ. cap. 17. reſtitui.

Καρποκρατιανοὶ, καὶ Οὐαλεντινιανοὶ, καὶ Βασιλειδιανοὶ, καὶ Σατορνιλιανοί· ἕκαστος ἰδίως καὶ ἑτέρως ἰδίαν δόξαν παρεισήγαγεν. ἀπὸ τούτων Ψευδόχριστοι, Ψευδοπροφῆται, Ψευδαπόστολοι· οἵτινες ἐμέρισαν τὴν ἕνωσιν τῆς Ἐκκλησίας φθοριμαίοις λόγοις κατὰ τοῦ Θεοῦ καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ. ἔτι δὲ ὁ αὐτὸς καὶ τὰς πάλαι γεγενημένας παρὰ Ἰουδαίοις αἱρέσεις ἱστορεῖ λέγων· ἦσαν δὲ γνῶμαι διάφοροι ἐν τῇ περιτομῇ ἐν υἱοῖς Ἰσραὴλ τῶν κατὰ τῆς φυλῆς Ἰούδα καὶ τοῦ Χριστοῦ αὐτῶν· Ἐσσαῖοι· Γαλιλαῖοι· ἡμεροβαπτισταί· Μασβωθαῖοι· Σαμαρεῖται· Σαδδουκαῖοι· Φαρισαῖοι. καὶ ἕτερα δὲ πλεῖστα γράφει, ὧν ἐκ μέρους ἤδη πρότερον ἐμνημονεύσαμεν, οἰκείως τοῖς καιροῖς τὰς ἱστορίας παραθέμενοι.

& Carpocratiani, & Valentiniani, & Basilidiani, & Saturniliani, aliique qui seorsum singuli proprias opiniones induxerunt. Ex his orti sunt Pseudo-Christi Pseudo-prophetæ, Pseudo-apostoli: qui adulterinam invehentes doctrinam adversus Deum & adversus Christum ejus, unitatem Ecclesiæ disciderunt. Idem præterea scriptor Sectas illas, quæ quondam apud Judæos invaluerunt, recenset his verbis: Erant, inquit, diversæ Sectæ atque sententiæ in circumcisione, inter filios Israel adversus tribum Judæ, & adversus Christum: Essæi scilicet, Galilæi, Hemerobaptistæ, Masbothæi, Samaritæ, Sadducæi, Pharisæi. Scribit etiam alia quamplurima, quæ nos jam superius maxima ex parte, suis quæque locis ac temporibus inserentes retulimus.

Aliud Lib. V. fragmentum.

Ex Stephano Gobaro apud Photium Cod. CCXXXII. *col.* 893.

Ἡγήσιππος μέν τοι, ἀρχαῖός τε ἀνὴρ καὶ ἀποστολικὸς, ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν ὑπομνημάτων, οὐκ οἶδ᾽ ὅ, τι καὶ παθὼν, μάτην μὲν εἰρῆσθαι ταῦτα λέγει, καὶ καταψεύδεσθαι τοὺς ταῦτα φαμένους τῶν τε θείων γραφῶν, καὶ τοῦ κυρίου λέγοντος· μακάριοι οἱ ὀφθαλμοὶ ὑμῶν οἱ βλέποντες, καὶ τὰ ὦτα ὑμῶν τὰ ἀκούοντα, καὶ ἑξῆς. *

Hegesippus quidem, vir antiquus & Apostolicus, libro quinto Commentariorum, haud scio an offensus, ait frustra hæc dici, & eos, qui talia proferunt, falsa dicere contra Divinam Scripturam & Dominum dicentem: **Beati oculi vestri videntes, & aures vestræ audientes*, & quæ deinceps sequuntur.

Ad cuncta hæc Hegesippi fragmenta excepto ultimo, plura annotavit Valesius; quibus aliqua & ipse addam in fine hujus Tomi. Cæterum nihil amplius Hegesippi, sive in impressis

* *Matth.* XIII. *vers.* 29.

libris,

libris, sive in Codicibus MSS. invenire potui. Quod enim Cod. 142. Barocc. de Jacobo legitur, excerptum est ex Euseb. Lib. II. cap. 23. ac prorsus idem cum iis, quæ suprà pag. 205. & seqq. recitata sunt. Neque diversa erunt, quæ Cod. CXLVI. Bibliothecæ Cæsareæ extant: siquidem & illa Jacobi historiam continent, uti Lambecius Lib. IV. in recensione istius Codicis testatur. De alterius Hegesippi sive potius Josippi historia, quorum aliquot MSS. exemplaria hîc in Anglia habentur, nihil opus est dicere, quia satis dixerunt viri doctissimi D. Cavius, Dupinius, aliique.

Dionysius Corinthius.

INter istos, qui imperante M. Aurelio Antonino in Ecclesia floruerunt scriptores, proximo post Hegesippum loco Dionysium Corinthium nominat Eusebius Lib. IV. Hist. Eccles. cap. 21. Hunc enim illi ætate supparem fuisse, imò literas quasdam scripsisse, antequam Hegesippus sua condiderit ὑπομνήματα, inde constat, quod ad Soterem, Eleutheri in Romana sede decessorem, epistolam dederit, cujus fragmenta nos infra dabimus. Nihil verò certi de hujus Dionysii persona & scriptis datur præter ea, quæ Eusebius sequenti cap. 23. habet: cujus verba, quod prolixa sint, Latinè solùm ex Valesii versione recitare placet: *Primùm quidem de Dionysio dicendum est, qui Corinthiorum Ecclesiæ Episcopatum gessit, nec solùm populis sibi commissis, verùm etiam aliarum regionum & urbium incolis divinos labores suos prolixè communicavit: omnium commodis utilitatique inserviens, in Catholicis illis, quas ad diversas Ecclesias scripsit, epistolis: ex quibus una quidem est ad Lacedæmonios, rectæ fidei institutionem continens, pacemque & unitatem insinuans. Altera vero ad Athenienses scripta, excitans ad fidem, & ad vitam ex præcepto Evangelii traducendam: qua in re negligentiam arguit Atheniensium, quippe qui à fide propemodum descivissent, ex quo Publius ipsorum Episcopus in persecutionibus tunc temporis excitatis Martyrium subierat. Meminit etiam Quadrati, qui post Martyrium Publii Episcopus Atheniensium est constitutus: ejusque labore & industria cives denuo*

denuo in Ecclesiam convenisse & redivivum fidei ardorem in illis reparatum esse testatur. Refert præterea Dionysium Areopagitam, qui à Paulo Apostolo ad fidem conversus est, quemadmodum traditur in Actibus Apostolorum, primum omnium Ecclesiæ Atheniensis Sacerdotium suscepisse. Sed & alia ejus epistola extat ad Nicomedienses in qua Marcionis hæresin impugnans, veritatis regulæ firmiter adhærescit. Ecclesiæ præterea Gortynensium, & reliquis simul Ecclesiis Cretâ literas scribens, episcopum ipsorum Philippum magnopere prædicat, quippe cujus Ecclesia egregiam laudem fortitudinis & generosi animi, communi omnium consensu retulisset: monetque ut ab hæreticorum fraude & versutia sibi caveant. In epistola vero quam scribit ad Ecclesiam Amastrianorum & cæteras simul Ecclesias Ponti, se quidem à Bacchylide & Elpisto ad scribendum impulsum esse commemorat. Episcopum autem ipsorum Palmam nominatim appellans, sacrarum Scripturarum expositionem affert. Multa quoque de nuptiis & de castitate eis præcepit, & cunctos, qui à quovis lapsu, sive delicto, sive etiam ab hæretica pravitate resiliunt, benigne suscipi jubet. In eodem volumine continetur etiam epistola ad Gnossios, in qua Pinytum Ecclesiæ illius Episcopum monet, ne grave onus castitatis fratrum cervicibus tanquam necessarium imponat; sed ejus quæ in plerisque hominibus inest infirmitatis rationem habeat. Cui epistolæ respondens postea Pinytus, admiratione quidem ac laudibus effert imprimis Dionysium: sed tamen hortatur, ut solidiorem cibum tandem impertiat, & transmissis iterum perfectioris doctrinæ literis plebem sibi commissam alere velit: ne fortè lacteis sermonibus perpetuò innutriti homines in infantili quadam disciplina paulatim consenescant. Quæ quidem epistola & rectam Pinyti fidem, & sollicitudinem de profectu plebis ipsi commissæ, eloquentiam quoque & peritiam rerum divinarum, velut tabella quadam picta egregiè commonstrat. Eadem habet Nicephorus Lib. IV. Hist. Eccles. cap. 8. Idem Lib. III. cap. 26. historiam, quæ sub Marco Aurelio Antonino contigit, refert: Judæum

dæum nempe quendam in itinere, repentino, eoque gravissimo, morbo correptum, Christianos viæ comites rogitasse, ut sacro baptismate eum perluerent: hosque ipsos, ubi Sacerdos pariter & aqua haud præsto essent, arenâ Sacramentum invocato Patris Filii & Spiritûs S. nomine illi ministrâsse; cujus tanta fuerit vis, ut ilico sanus iterum in itinere cum eis pergeret. Hac verò re ad Dionysium Alexandrinum, & ab hoc ad Ecclesiam delata, visum fuisse, ut proselytus iste aquâ ex instituto & ritu Ecclesiæ tingeretur. Quam narrationem in Annales suos referens Baronius ad A. C. 181. num. 2. Dionysium *Corinthium* pro *Alexandrino* substituit, quia illum sub M. Aurelio floruisse constat, Alexandriæ verò tunc temporis nullus Ecclesiam rexisse legitur Dionysius. Sed bene factum, quod errorem Baronii, nec non Nicephori, correxerit Halloixius in Notis ad vitam Dionysii cap. 3. & post eum Papebrochius d. VIII. Aprilis, qua Latini memoriam Dionysii colunt; Græcis die XXIX. Novembris (quâ ipsâ me hæc scribere contingit) illam celebrantibus, & in Menæo eum ense è medio sublatum referentibus. Atqui hoc sub M. Aurelio Antonino factum, rectè refert Cedrenus in Compend. Historiarum pag. 250. his verbis: Επὶ τούτου Πολύκαρπος ὁ μαθητὴς Ιωάννου τοῦ Εὐαγγελιστοῦ, καὶ Ιουστῖνος ὁ Φιλόσοφος, καὶ Διονύσιος ὁ Επίσκοπος Κορίνθου ἐμαρτύρησαν. *Sub hoc Polycarpus Joannis Evangelistæ discipulus & Justinus Philosophus ac Dionysius Corinthi Episcopus martyrio defuncti sunt.* Mirum verò, quod vita Dionysii nec à Simeone Metaphraste, nec alio quopiam descripta fuisse videatur. Sane neque Halloixius & Papebrochius in istis, quorum aditus eis patuit, Bibliothecis invenerunt; neque ego in Bodleiana tale aliquod scriptum reperire potui, quæ tamen & Simeonis Metaphrastæ & aliis ejusmodi pluribus abundat Manuscriptis Codicibus. Filum itaque abrumpo, & pauca epistolæ Dionysii ad Romanam Ecclesiam ejusque Episcopum Soterem datæ fragmenta hîc exhibeo.

Fragmenta

Fragmenta Epistolæ Dionysii Corinthii *ad Romanos.*

Ex Lib. IV. *Hist. Eccles. Euseb. cap.* 23.

ΕΤι τοῦ Διονυσίου καὶ πρὸς Ῥωμαίους ἐπιστολὴ φέρεται, Ἐπισκόπῳ τῷ τότε Σωτῆρι προσφωνοῦσα· ἐξ ἧς οὐδὲν οἷον τὸ καὶ παραθέσθαι λέξεις, δι' ὧν τὸ μέχει τοῦ καθ' ἡμᾶς διωγμοῦ φυλαχθὲν Ῥωμαίων ἔθος ἀποδεχόμενος, ταῦτα γράφει· ἐξ ἀρχῆς γὰρ ὑμῖν ἔθος ἐστὶ τοῦτο, πάντας μὲν ἀδελφοὺς ποικίλως εὐεργετεῖν, Ἐκκλησίαις τε πολλαῖς ταῖς κατὰ πᾶσαν πόλιν ἐφόδια πέμπειν· ὧδε μὲν τὴν τῶν δεομένων πενίαν ἀναψύχοντας· ἐν μετάλλοις δὲ ἀδελφοῖς ὑπάρχουσιν ἐπιχορηγοῦντας· δι' ὧν πέμπετε ἀρχῆθεν ἐφοδίων, πατροπαράδοτον ἔθος Ῥωμαίων Ῥωμαῖοι διαφυλάττοντες· ὃ οὐ μόνον διατετήρηκεν ὁ μακάριος ὑμῶν Ἐπίσκοπος Σωτὴρ, ἀλλὰ καὶ ἐπηύξηκεν· ἐπιχορηγῶν μὲν τὴν διαπεμπομένην δαψίλειαν τὴν εἰς τοὺς ἁγίους· λόγοις δὲ μακαρίοις τοὺς ἀνιόντας ἀδελφοὺς ὡς τέκνα πατὴρ φιλόστοργος παρακαλῶν. ἐν αὐτῇ δὲ ταύτῃ καὶ τῆς Κλήμεντος πρὸς Κορινθίους μέμνηται ἐπιστολῆς, δηλῶν ἀνέκαθεν ἐξ ἀρχαίου ἔθους ἐπὶ τῆς Ἐκκλησίας τὴν ἀνάγνωσιν αὐτῆς ποιεῖσθαι. λέγει

EXtat etiam epistola ejusdem Dionysii ad Romanos, Soteri tunc temporis Episcopo Romanæ urbis nuncupata, ex qua pauca quædam hic inserere non absurdum fuerit; ubi scilicet il'e morem institutumque Romanorum, ad persecutionem usquè nostra ætate factam perpetuò custoditum magnopere commendans, ita scribit. Hæc enim, inquit, vobis consuetudo est, jam inde ab ipso religionis exordio, ut fratres omnes vario beneficiorum genere afficiatis, & Ecclesiis quamplurimis, quæ in singulis urbibus constitutæ sunt, necessaria vitæ subsidia transmittatis. Et hac ratione tum egentium inopiam sublevatis, tum fratribus qui in metallis opus faciunt, necessaria suppeditatis: per hæc quæ ab initio transmittere consuevistis munera, morem institutumque à majoribus vestris acceptum Romani retinentes. Atque hunc morem beatus Episcopus vester Soter non servavit solum, verum etiam adauxit: tum munera sanctis destinata copiosè subministrans, tum fratres peregrè advenientes, tanquam liberos suos pater amantissimus beatis sermonibus consolando. In hac ipsa etiam Epistola meminit Clementis Epistolæ ad Corinthios scriptæ, quam ex prisca consuetudine in Ecclesia legi solitam esse testatur his verbis. Hodie, inquit,

quit, ſacrum diem Dominicum tranſegimus. In quo epiſtolam veſtram legimus; quam quidem perpetuo deinceps legentes, perinde ac priorem illam nobis à Clemente ſcriptam epiſtolam, optimis præceptis ac documentis abundabimus. Idem præterea ſcriptor epiſtolas ſuas à falſariis corruptas eſſe admonet, ita ſcribens. Epiſtolas, inquit, ſcripſi rogatus à fratribus. Sed illas miniſtri quidam Diaboli, Zizaniis compleverunt: quædam ex illis expungentes, quædam adjicientes. Quos certè manet feralis illa ſententia: Væ vobis. Non mirum igitur videri debet, ſi Sacroſancta Domini ſcripta quidam adulterare aggreſſi ſunt. Quandoquidem in longè inferioribus ſcriptis idem auſi fuiſſe deprehenduntur.

γοῦν. τὴν σήμερον οὖν κυριακὴν ἁγίαν ἡμέραν διηγάγομεν, ἐν ᾗ ἀνεγνώκαμεν ὑμῶν τὴν ἐπιστολήν· ἣν ἕξομεν ἀεί ποτε ἀναγινώσκοντες νουθετεῖσθαι, ὡς καὶ τὴν προτέραν ἡμῖν διὰ Κλήμεντος γραφεῖσαν· ἔτι δὲ ὁ αὐτὸς καὶ περὶ τῶν ἰδίων ἐπιστολῶν ὡς ῥᾳδιουργηθεισῶν, ταῦτά φησιν. ἐπιστολὰς γὰρ ἀδελφῶν ἀξιωσάντων με γράψαι, ἔγραψα. καὶ ταύτας οἱ τοῦ Διαβόλου ἀπόστολοι Ζιζανίων γεγέμικαν. ἃ μὲν ἐξαιροῦντες, ἃ δὲ προστιθέντες· οἷς τὸ οὐαὶ κεῖται. οὐ θαυμαστὸν ἄρα εἰ καὶ τῶν κυριακῶν ῥᾳδιουργῆσαί τινες ἐπιβέβληνται γραφῶν, ὁπότε καὶ ταῖς οὐ τοιαύταις ἐπιβεβλήκασι.

Ex Euſeb. Lib. II. *Hiſt. Eccleſ. cap.* 25.

Ita & vos, inquit, tanta admonitione veſtra, ſementem quæ Petri ac Pauli ſatione ſuccreverat, Romanos ſcilicet & Corinthios ſimul commiſcuiſtis. Ambo enim illi in urbem noſtram Corinthum ingreſſi, ſparſo Evangelicæ doctrinæ ſemine nos inſtituerunt; & in Italiam ſimul profecti, cum vos ſimiliter inſtituiſſent, eodem tempore martyrium pertulerunt.

Ταῦτα καὶ ὑμεῖς διὰ τῆς τοσαύτης νουθεσίας, τὴν ἀπὸ Πέτρου καὶ Παύλου φυτείαν γενηθεῖσαν Ῥωμαίων τε καὶ Κορινθίων συνεκεράσατε. καὶ γὰρ ἄμφω καὶ εἰς τὴν ἡμετέραν Κόρινθον φυτεύσαντες ἡμᾶς, ὁμοίως ἐδίδαξαν· ὁμοίως δὲ καὶ εἰς τὴν Ἰταλίαν ὁμόσε διδάξαντες, ἐμαρτύρησαν κατὰ τὸν αὐτὸν καιρόν.

Theophilus Antiochenus.

DIonyſio Corinthio ſubjungit Euſebius Lib. IV. c. 24. Theophilum Antiochenum: quem ortu gentilem, non Judæum fuiſſe ipſe indicat, quando Reſurrectionem mortu-

mortuorum Autolyco perſuadere ſatagens, ſub finem Lib. I. ſcribit: καὶ γὰρ ἐγὼ ἠπίστουν τοῦτο ἔσεσθαι. *Et ego quidem olim haud credidi, id futurum*; ut ſcilicet mortui ſint ad vitam redituri. Quid autem præcipuè ad fidem amplectendam eum moverit, verbis proximè ſequentibus indicat, ita pergens: Ἀλλὰ νῦν κατανοήσας αὐτὰ πιστεύω, ἅμα καὶ ἐπιτυχὼν ἱεραῖς γραφαῖς τῶν ἁγίων προφητῶν, οἳ καὶ προεῖπον διὰ πνεύματος Θεοῦ τὰ προγεγονότα ᾧ τρόπῳ γέγονε, καὶ τὰ ἐνεστῶτα τίνι τρόπῳ γίνεται, καὶ τὰ ἐπερχόμενα ποίᾳ τάξει ἀπαρτισθήσεται. *Aſt nunc conſiderans illa credo, poſtquam etiam incidi in ſacras ſanctorum Prophetarum Scripturas, qui & per Spiritum Dei declararunt præterita, prout evenerunt, & præſentia, quomodo fiant, & futura quo ordine ſint perficienda.* De perſona Theophili vix quicquam amplius ab antiquis Scriptoribus memoriæ proditum eſt, quàm illum Antiochenæ Eccleſiæ Epiſcopatum geſiſſe. Et ſub M. Aurelio Vero quidem hanc ſedem obtinuiſſe Euſebius haud obſcure innuit Lib. IV. Hiſt. Eccleſ. cap. 20. collato cum cap. 19. Quod verò in Chronico Euſebii ad annum IX. M. Aurelii ordinatio Theophili adſcribatur, & ad annum XVII. ejuſdem Imperatoris mors laudati Epiſcopi referatur, id non ab Euſebii, ſed Interpolatoris cujuſdam manu profectum videtur: qui ſane in hoc hallucinatus eſt. Theophilum enim poſt M. Aurelii mortem libros ſcripſiſſe paulo poſt patebit. Cæterum is ἕκτος ἀπὸ τῶν Ἀποστόλων, *ſextus ab Apoſtolis*, Eccleſiæ Antiochenæ præfuiſſe loco citato ab Euſebio dicitur; cùm contrà Hieronymus in fragmento infra recitando *ſeptimum* eum appellaverit. Sed hæc facile conciliantur, eo quod Euſebius Epiſcopos Antiochenos, excluſo primo ejus fundatore S. Petro Apoſtolo numeraverit; Hieronymus autem hunc ſimul cum ſucceſſoribus computaverit. Eadem ratione factum, ut ab Irenæo Lib. III. cap. 3. Hyginus inter Papas Romæ octavus ordine recenſitus ſit; & tamen mox ſequenti cap. 4. ἔνατος ἐπίσκοπος, *nonus Epiſcopus*, ab eodem dictus: quanquam vetus interpres vel alius poſt eum ſcriba hic quoque *octavum* numerum poſuerit. Qua de re Notas iſtic loci conſule.

Sed ad Theophilum Antiochenum revertor, ejusque libros ex Eusebio & Hieronymo recenseo. Primo loco ab utroque nominantur libri tres ad Autolycum, quos quidem Cl. Dn. Dodwellus ab alio quopiam Theophilo Antiocheno, sed non isto Episcopo, scriptos esse, uno alteroque argumento probare contendit. Quid vero adversus ea excipi possit, apud Doctissimum D. Cavium Part. II. Histor. Literariæ p. 31. legere est. Ego licet vulgatæ Eusebii aliorumque omnium sententiæ me adhuc adhærere fatear, hanc tamen controversiam modò intactam relinquo; & id solùm de tribus istis libris annoto, eos non eodem tempore scriptos esse. Tertium saltem à prioribus distinctum fuisse ipsa inscriptio & prima ejus verba satis indicant. Unde & à Lactantio Lib. I. cap. 23. seorsim tanquam liber *de Temporibus* allegatur, quia in eo Chronologiam ab initio mundi ad sua usque tempora pertexit. Post tres ad Autolycum libros nominatur ab Eusebio: καὶ ἄλλο πρὸς τὴν αἵρεσιν Ἑρμογένους τὴν ἐπιγραφὴν ἔχον, *alius etiam liber, contra hæresin Hermogenis inscriptus*, de quo nihil aliud notat, nisi quod testimoniis ex S. Joannis Apocalypsi desumptis in eo usus sit Theophilus. De hoc enim divino libro, Eusebii & quod illum præcedebat seculo, ab aliquibus frustra dubitabatur. Deinde memorat Eusebius ἕτερά τινα κατηχητικὰ αὐτοῦ βιβλία, *libros, in quibus prima fidei rudimenta exponuntur*, quos Hieronymus in Catalogo Script. Ecclesi. vocat *breves elegantesque Tractatus, ad ædificationem Ecclesiæ pertinentes*. Porro Eusebius mentionem facit τινὸς οὐκ ἀγεννῶς αὐτῷ κατὰ Μαρκίωνος πεπονημένου λόγου, *Tractatus cujusdam contra Marcionem egregiè elaborati.* Sed de hoc aliisque non dicere possumus quod Eusebius mox addit: ὃς καὶ αὐτὸς μεθ' ὧν ἄλλων εἰρήκαμεν, εἰσέτι νῦν διασέσωσται. *Qui liber una cum aliis, quos retulimus, etiamnum extat.* Perierunt enim omnino omnes, exceptis tribus ad Autolycum libris, quorum variæ extant editiones : optima verò quoad textum censenda parvula Oxoniensis, à magno isto Ecclesiasticæ antiquitatis Patrono, Joanne Fello Episcopo Oxoniensi edita.

Enume-

Enumeratis hactenus Theophili libris duos alios addit Hieronymus loco citato, ita scribens: *Legi sub nomine ejus in Evangelium & in Proverbia Salomonis Commentarios, qui mihi cum superiorum voluminum elegantia & phrasi non videntur congruere.* Et hodienum prostant libri IV. Commentariorum Allegoricorum Theophili, quos eosdem esse cum iis, quos Hieronymus se legisse ait, tam loco citato, quàm in Prooemio Commentariorum in Matthæum, exinde probabile redditur, quod in Comment. ad c. 1. de caussis, ob quas ex desponsata virgine natus sit Christus, tractans, easdem iisdem, quibus Theophilus verbis, assignet. Unde ex Latina Theophili versione ea descripsisse videri poterat. Verùm in contrariam partem objici posset, personatum Theophilum ab Hieronymo, non hunc ab illo ista mutuatum esse. Accedit aliud simile argumentum ab Albertino Lib. II. de Eucharistia cap. 1. pag. 368. prolatum his verbis: *Hic autem monendi mihi sunt Lectores, eadem pene omnia Cypriani verba extare in Commentario in Evangelia Theophilo Antiocheno tributo. Unde evidenter patet, illa necessariò esse alicujus alterius à Theophilo illo Auctoris, cùm longe Cyprianum præcesserit, atque Scriptoris, ni fallor Latini, non Græci.* Sunt autem verba Cypriani, quæ Auctor Commentariorum sua fecit, sequentia Epist. 76. ad Magnum: *Quando Dominus corpus suum panem vocat de multorum granorum adunatione congestum, populum nostrum, quem portabat, indicat adunatum. Et quando sanguinem suum vinum appellat de botris atque acinis plurimis expressum, atque in unum coactum, gregem item nostrum significat commixtione adunatæ multitudinis copulatum.* Hæc enim paucissimis mutatis Lib. I. Commentariorum in Matthæum non procul à fine leguntur. Addit & aliud Albertinus, nempe *Victorem Antiochenum notare, neminem ante se in Marcum scripsisse. Quomodo, si Theophilus in illum scripsisset? Neque enim id potuisset ignorare.* Respondeo ad primum, ista Theophili Commentaria ante Cypriani tempora in Latinam linguam apud Afros translata videri, indeque ab illo sumpta esse, quæ ex Epist. 76. adduximus.

adduximus. Quippe Græcos Scriptores aliquando imitatum esse S. Cyprianum colligo ex paulo præcedenti Epist. 74. ad Pompeium, ubi de Cerdone & Marcione hæreticis scribit: *Cerdon sub Hygino tunc Episcopo, qui in urbe nonus fuit, Romam venit; quem Marcion secutus additis ad crimen augmentis, impudentius cæteris & abruptius in Deum Patrem creatorem blasphemare instituit.* Quis non videt S. Martyrem illa ab Irenæo mutuatum esse? cujus hæc Lib. I. cap. 28. & 29. sunt verba: Κέρδων — ἐπιδημήσας ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ Ὑγίνου ἔνατον κλῆρον τῆς ἐπισκοπῆς διαδοχῆς ἀπὸ τῶν Ἀποστόλων ἔχοντος ἐδίδαξε — διαδεξάμενος δ' αὐτὸν Μαρκίων ὁ Ποντικὸς, ηὔξησε τὸ διδασκαλεῖον ἀπηρυθριασμένως βλασφημῶν. *Cerdon — cum venisset Romam sub Hygino, qui nonum locum Episcopatûs per successionem ab Apostolis habuit, docuit,* &c. *Succedens autem ei Marcion Ponticus adampliavit doctrinam, impudoratè blasphemans eum, qui à Lege & Prophetis annunciatus est Deus, malorum factorem.* Imo verò, si res ita se habet, iste Cypriani locus plane evincit, genuina esse, illa quæ habemus Theophili Commentaria. Posterius Albertini argumentum facilè diluitur dicendo, Victorem locutum esse de iis, qui seorsim in Marci Evangelium Commentaria, & quidem plenè, scripserunt. Ast Theophilus *quatuor Evangelistarum dicta in unum opus compingens,* ut Hieronymus ad Algasiam scribit, non omnia, sed quædam solùm brevibus stricturis illustravit. Atque ita Victoris verba accipere cogit auctoritas Hieronymi, qui nos dubitare non sinit, suâ ætate Commentarios quosdam Theophili in Marci & aliorum simul Evangelistarum dicta extitisse. Fateor tamen per ista Cypriani & Hieronymi loca quæ verbatim in Theophili Commentariis reperiuntur suspectam reddi horum auctoritatem, indeque vix aliquid in utramque partem definire audeo. Hoc verò certissimum habeo; si nostra eadem sint cum istis, quæ Hieronymus vidit, illa mutila esse, siquidem in iis haud reperitur à Hieronymo in Epistola ad Algasiam Quæst. 6. conservatum fragmentum, quo Parabola de Oeconomi servo Luc. XVI. ad Apostolum Paulum mysticè applicatur, quod idcirco inferiùs recitabo.

Aliorum,

Aliorum, quæ Hieronymus memorat, Theophili Commentariorum in Proverbia Salomonis nihil reperi citatum, ſive in MSS. quæ in Bibliotheca Bodleiana aſſervantur Patrum Catenis, (de quibus vide Præfationem) ſive in aliis excuſis antiquorum vel recentiorum Scriptorum libris. Verùm inter Euſebii in Canticum Canticorum Commentaria, quæ Meurſius edidit ſemel p. 37. Theophilum allegatum invenio; quem eundem cum Epiſcopo Antiocheno eſſe, eumque in Canticum perinde ac Proverbia Salomonis ſcripſiſſe vix dubito, quia nullum alium Theophilum in Salomonis libros commentatum eſſe lego. Unde & iſtud fragmentum, quoad unam vocem ex Cod. Bodleiano 3024. emendatum inferiùs ſubjiciam.

Fragmentum Theophili *Commentariorum in Evangelia.*

Ex Hieronymi Epiſt. 151. *ad Algaſiam Quæſt.* 6.

Theophilus Antiochenæ Eccleſiæ ſeptimus poſt Petrum Apoſtolum Epiſcopus, qui quatuor Evangeliſtarum in unum opus dicta compingens, ingenii ſui nobis monumenta reliquit, hæc ſuper hac parabola in ſuis Commentariis eſt locutus. Dives, qui habebat villicum ſive diſpenſatorem, Deus Omnipotens eſt: quo nihil eſt ditius. Hujus diſpenſator eſt Paulus, qui ad pedes Gamalielis ſacras literas didicit, & Legem Dei ſuſceperat diſpenſandam. Qui cum cœpiſſet credentes in Chriſto perſequi, ligare, occidere, & omnem Domini ſui diſſipare ſubſtantiam, correptus à Domino eſt: *Saule, Saule, quid me perſequeris? durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare.* Dicitque in corde ſuo: Quid faciam? quia, qui magiſter fui, & villicus, cogor eſſe diſcipulus, & operarius, *fodere non valeo,* omnia enim mandata legis, quæ terræ incubabant, cerno deſtructa, & legem atque Prophetas uſque ad Joannem Baptiſtam eſſe finitos, *mendicare erubeſco,* ut qui doctor fueram Judæorum, cogar à gentibus, & à diſcipulo Ananiâ, ſalutis ac fidei mendicare doctrinam. Faciam igitur, quod mihi utile eſſe intelligo: ut poſtquam projectus fuero de villicatione mea, recipiant me Chriſtiani in domos ſuas. Cœpitque eos, qui prius verſabantur in lege, & ſic in Chriſtum crediderant, ne arbitrarentur ſe in lege juſtificandos; docere legem abolitam, prophetias præteriiſſe, & quæ antea pro lucro fuerant, reputari

reputari in ſtercora. Vocavit itaque duos de pluribus debitoribus. Primum qui debebat centum batos olei, eos videlicet, qui fuerant ex gentibus congregati, & magnâ indigebant miſericordiâ Dei: & de centenario numero, quo plenus eſt atque perfectus, fecit eos ſcribere quinquagenarium, qui propriè pœnitentium eſt, juxta jubileum, & illam in Evangelio parabolam, in qua alteri quingenti, alteri quinquaginta denarii dimittuntur. Secundum autem vocavit populum Judæorum, qui tritico mandatorum Dei nutritus erat, & debebat ei centenarium numerum, & coegit, ut de centum, octoginta faceret, id eſt, crederet in Domini reſurrectione, quæ octavæ diei numero continetur, & de octo completur decadibus: ut de Sabbatho legis tranſiret ad primam Sabbathi. Ob hanc cauſam à Domino prædicatur, quod bene fecerit, & pro ſalute ſuâ in Evangelii clementiam de legis auſteritate mutuatus ſit. Quod ſi quæſieris, quare vocetur villicus iniquitatis in lege, quæ Dei eſt, iniquus erat villicus, qui bene quidem offerebat, ſed filium perſequens: habens Deum omnipotentem, ſed Spiritum Sanctum negans. Prudentior itaque fuit Paulus Apoſtolus in tranſgreſſione Legis filiis quondam lucis, qui in Legis obſervatione verſati, Chriſtum, qui Dei Patris verum lumen eſt, perdiderunt.

Fragmentum Commentarii Theophili *in Canticum Canticorum.*

Ex Euſebii Expoſitione Cantici edita à Meurſio pag. 37. emendatum ex MS. Cod. 3024. Biblioth. Bodl.

Ἐξ ἐθνῶν τὸ κατὰ σάρκα ὁ Κύριος· σωζομένου καὶ τοῦ ἐξ Ἰούδα, τίς οὖν ἐστὶ τὸ ξύλον τοῦ Λιβάνου; Ῥοὺθ ἡ Μωαβῖτις. αὕτη γὰρ τέτοκε τὸν Ἰωβὴδ, ἐξ οὗ Ἰεσσαί. φορεῖον τοίνυν ἐστὶ τὸ σῶμα. φορεῖον ἐποίησεν· ἀπὸ κοινοῦ τὸ ἐποίησεν. ὡσανεὶ ἔλεγεν, ὅλον (Edit. Meurſii male habet ὅσον) δὲ τὸ φορεῖον ἡ ἀγάπη ἐστὶν κατὰ τό· (1 Cor. XIII. ult.) μείζων δὲ τούτων ἡ ἀγάπη. φορεῖον τὰς θεοφόρους ψυχάς. ἀπὸ ξύλων τοῦ Λιβάνου· ποτὲ γὰρ ξύλον τοῦ ἀντικειμένου ἦμεν.

Ex Gentibus ſecundum carnem oritur Dominus, ſalvo eo, quod *ex Juda* eſſe dicitur, (*Hebr.* VII.) Quodnam igitur eſt lignum Libani? Ruth Moabitis. Ipſa enim peperit Jobed ex quo Jeſſe. Lectica igitur quâ fertur, eſt corpus ejus: ex communi illud fecit. Quaſi diceret: Totum ejus cubile charitas eſt, juxta iſtud *Major autem horum charitas*, Lectica ejus (*denotat quoque*) animas Deum in ſe geſtantes. Ex lignis Libani. Aliquando enim velut lignum adverſarii eramus, (id eſt, *inſtrumenta Diaboli.*)

NOTÆ.

NOTÆ.

AD pag. 8. lin. 13. seqq. DE AUCTORE TAMEN INTERPOLATIONIS &c. Hæreticum fuisse, qui epistolas S. Ignatii interpolavit, & quinque alias ei affinxit, rectè suspicatus est Reverendissimus Usserius in Prolegomenis cap. 12. & 15. nec tamen definivit, ex qua ille secta fuerit, quod alia quidem ad Apollinaris, ad Arii hæresin spectare alia ipsi viderentur. Ad Arianismum refert istud Epistolæ ad Tarsenses comma, ubi inter ministros Satanæ recensentur, qui docent de Christo, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ ἐπὶ πάντων Θεός, & mox contrarium asseritur; sicut & in Epistola ad Philippenses factum. Ex hac autem sequentia Apollinaristarum errori deputat verba: *Quid sine lege dicis legislatorem, qui non humanam animam habuit?* ut in vulgata versione Latina sonant, cum contrà à Græcis οὐκ absit, ideo à quopiam erasum, *ne Apollinaris hæresis invehi existimaretur, quæ Christum animum rationalem, ut cæteros homines, non habuisse asserebat*, ut Usserius ait cap. 12. Cum quibus confert illam Epistolæ ad Philadelphenos interpolationem, quæ perhibet Deitatem velut animam in corpore Christi habitasse, διὰ τὸ ἔνοικον εἶναι Θεὸν, ἀλλ' οὐχὶ ἀνθρωπείαν φύσιν. Verùm hæc non ab Apollinaristæ, sed Ariani cujusdam manu profecta esse, perinde ut priora, vix dubito, ideoque ex Arianorum grege famosum epistolarum Ignatianarum mangonem fuisse statuo. Nam Apollinaristæ non tam Animam, quàm Spiritum sive Mentem in Christo fuisse iverunt inficias. De ipso sane Apollinari id constat ex Gregorii Nazianzeni Orat. XLVI. ad Nectarium, ubi hæc habet verba: Εἶτα κατασκευάζει τὸν ἄνθρωπον ἐκεῖνον τὸν ἄνωθεν ἥκοντα, τὸν νοῦν μὴ ἔχειν, ἀλλὰ τὴν θεότητα τοῦ μονογενοῦς, τὴν τοῦ νοῦ ἀναπληρώσασαν, μέρος γίνεσθαι τοῦ ἀνθρωπείου συγκρίματος τὸ τριτημόριον· ψυχῆς τε καὶ σώματος κατὰ τὸ ἀνθρώπινον περὶ αὐτὸν ὄντων, νοῦ δὲ μὴ ὄντος. *Deinde asserit hominem illum, qui desuper descendit* (Christum) *mentem non habere; sed unigeniti Deitatem, quæ mentis locum suppleverit, tertiam fuisse partem humani compositi; cum anima quidem & corpus juxta hominum naturam in eo essent, mens autem non esset.* Citat hunc Gregorii locum non modo Timotheus de Receptione hæreticorum apud Cotelerium T. III. Monument. Eccles. Græcæ pag. 396. sed & Sozomenus Lib. VI. Hist. Eccles. cap. 27. p. 676. qui rectiùs non λόγον, sed *epistolam ad Nectarium* vocat, & post τὴν τοῦ νοῦ addit φύσιν; quæ vox in edit Paris. Gregorii deest. Neque hac in re falli potuit Gregorius, cum eam non ex fama, sed ipsius Apollinaris libello se referre ibidem testatus sit. Similiter de Vitali Epiphanius Hæres. LXVII. §. 23. pag. 1016. ubi colloquium cum eo Antiochiæ habitum refert, disertè ait: Ὡμολόγει οὖν ὁ Βιτάλιος καὶ ψυχὴν τὴν ἀνθρωπίνην εἰληφέναι. *Vitalis humanam à Christo animam susceptam esse confessus est.* Addit verò: *Deinde postquam de anima & carne sciscitati sumus, tum demum istud ab eo quæsivimus: Mentemne Christus Dominus accepit? sine ulla cunctatione negavit*, εὐθὺς ἠρνήσατο, λέγων οὐχί. Mox cum Epiphanius

propria ei verba objectaret, quibus Christum perfectum vocaverat hominem: *Eatenus*, inquit, *perfectum hominem fuisse dicimus, si divinitatem illi loco mentis adscribamus, & carnem atque animam adjungamus; sic ut perfectus homo ex carne, anima, divinitate, quæ sit mentis instar, consistat.* Quæ exactè cum Apollinaris verbis à Gregorio recitatis conveniunt. Ait quidem post hæc Epiphanius pag. 1017. de Apollinaristis: ποτὲ γὰρ οὐχ ὡμολόγουν, οὔτε ψυχὴν αὐτὸν εἰληφέναι. *Interdum enim ne animam quidem ipsum assumpsisse ferebant.* Verùm id aut in disputationis fervore protulerunt, aut saltem non omnes docuerunt: & qui id statuerunt, mentem deinceps in melius mutarunt, ut ex Socratis Histor. Eccles. Lib. II. cap. 46. discimus, ubi de Apollinaristis hæc habet: *Initio quidem dicebant, hominem absque anima à Deo verbo assumptum esse in dispensatione incarnationis. Postea verò tanquam pœnitentiâ ducti, ac pristinum emendantes errorem adjecerunt, animam quidem assumptam esse, sed quæ mentem non haberet; Deum autem Verbum mentis loco esse in homine assumpto.* Non omnes itaque Apollinaristæ, nec semper, animam in Christo negarunt; ast de Arianis universè scribit Epiphanius Hæres. LXIX. §. 49. pag. 771. Οὐ βούλονται καταδέξασθαι ψυχὴν αὐτὸν εἰληφέναι. *Nolunt admittere, quod ipse* (Christus) *animam acceperit.* Cujus auctoritate inductus Augustinus quoque idem tradit Lib. de hæresibus ad Quodvultdeum & Timotheus de Receptione hæreticorum pag. 394. Ante hos omnes verò Athanasius, princeps Arianorum Antagonista, Lib. I. contra Apollinarium Tom. I. pag. 935. accuratissimæ, quæ nuperrime Parisiis laudabili opera Monachorum Benedictinorum, præcipue Clarissimi Dni. Bernardi Montfaucon prodiit, editionis, dictam inter Arianos & Apollinaristas differentiam expressè ponit ita scribens: Μάτην οὖν Ἀρειανοὶ σοφίζονται, σάρκα μόνην ὑποτιθέμενοι ἀνειληφέναι τὸν σωτῆρα, τὴν δὲ τοῦ πάθους νόησιν ἐπὶ τὴν ἀπαθῆ θεότητα ἀναφέροντες ἀσεβῶς. μάτην δὴ καὶ ὑμεῖς κατ᾽ ἑτέραν ἐπίνοιαν (juxta alia Exempl. ἀπόνοιαν) τὰ ἴσα τούτοις φρονοῦντες λέγετε, τῷ περιεχομένῳ σχήματι, τουτέστι τῷ ὀργανικῷ, προσκεχρῆσθαι· ἀντὶ δὲ τοῦ ἔσωθεν ἐν ἡμῖν ἀνθρώπου, νοῦς ἐπουράνιος ἐν Χριστῷ. *Frustra igitur Ariani argutiis utuntur, dum Servatorem carnem solam assumpsisse statuunt, ac passionis sensum ad impassibilem Deitatem impiè referunt. Frustra quoque vos alio commento usi, paria cum illis sentitis, dicentes ipsum quâ circumdabatur forma, id est organica, usum fuisse: vice autem interioris nostri hominis cœlestem mentem in Christo fuisse.* Cum igitur utraque heterodoxia, in suppositis Ignatio epistolis à laudato Præsule notata, Arianis adscripta sit; contra Apollinaristis posterior vix, ac prior ne vix quidem tribui queat (*Trinitatem enim consubstantialem professi sunt*, ut his ipsis verbis testatur Socrates loco citato) non horum, sed illorum sectæ addictum fuisse spuriorum istorum fœtuum parentem, firmiter concludo. Occasionem fingendarum & interpolandarum Ignatii epistolarum Arianum istum inde cepisse puto, quod ab Athanasio Lib. de Synodis, & forte etiam ab aliis, objecta fuerit impiæ huic sectæ S. Martyris auctoritas, æternam Jesu Christi Deitatem clare asserentis. Quam ut eluderet, & erroris sui adversarium, in patronum ejusdem transformaret, eum pravo stylo corrumpere, falsasque literas illius nomini supponere placuit.

Ibid.

Ibid. lin. 16. SINCERITATEM CODICIS FLORENTINI ADVERSUS OBJECTIONES TENTZELII DEFENDAM. Haud ægre feret Vir eruditus, si ea, qua par est, modestia & ingenuitate examinavero momenta rationum, quibus epistolas S. Ignatii, prout à Vossio ex Florentino Codice sunt editæ, saltem aliquas, adhuc esse interpolatas partim, partim mutilas probare contendit in Exercitatione suprà pag. 1. citata §. 9 & seqq. ubi tandem hanc pronunciat sententiam: *nihil pro Ignatiano habendum, nisi quod à Patribus priorum quatuor post martyrium Ignatii seculorum sanctissimo viro tribuitur.* Argumenta laudati viri sunt sequentia: *Non ubique ipsi* (Codici Medicæo, indeque expresso epistolarum Ignatii exemplari) *convenit cum veterum Patrum, Theodoreti imprimis, allegatis, fatente in Notis plus semel Vossio, quod sane maximum affert præjudicium.* Videamus autem, quæ discrepantiæ afferat exempla. In Epistola scilicet ad Smyrnæos §. 7. ubi nunc legimus προσευχαῖς, Theodoretus Dial. III. habet προσφορᾶς. Et quidem Theodoretum ex Codice suo verba Ignatii descripsisse apprimè notari vult Tentzelius, nullâ tamen probatione allatâ. At quid si contrà de hoc loco dixerim, quod de alio asseruit Moynius Tom. II. Variorum Sacrorum p. 160. Theodoretum non ex Codice Epistolæ Ignatii ad Smyrnæos, sed ex memoria citasse? Sane non desunt probabilia hujus conjecturæ argumenta. Nam Dial. I. citat plura ex hac ipsa epistola ad Smyrnæos, tanquam ex Epistola ad Romanos, in qua tamen illorum nihil, in altera verò cuncta extant. Deinde integrum comma, quod sollicitat Tentzelius in Vossii exemplari ita legitur: εὐχαριστίας καὶ προσευχῆς ἀπέχονται, ast in Theodoreto: εὐχαριστίας καὶ προσφορὰς οὐκ ἀποδέχονται. Quis non potiùs diceret, Theodoretum hæc ex memoria citasse, quàm Interpolatorem ea mutasse, ubi nulla prorsus interpolationis ratio dari, vel fingi potest? Posset pluribus forte exemplis probari, Theodoretum aliquando vel ex memoria, vel ex vitiosis exemplaribus Patrum dicta depromsisse; sed unicum tantum afferam, quod mihi novam Irenæi editionem paranti nuper occurrit. Scilicet Dial. II. allegat aliqua ex Lib. II. Irenæi adversus hæreses, quæ non nisi Lib. III. leguntur, & quidem juxta antiquam Latinam versionem haud parum diversa. Nam cum in hac ad mediatorium Christi munus necesse fuisse dicatur, *ut Deus assumeret hominem, & homo se dederet Deo,* Theodoretus longe aliter habet: Καὶ Θεῷ μὲν παραστῆσαι ἄνθρωπον, ἀνθρώποις δὲ γνωρίσαι τὸν Θεόν. Atque ex alio, quod Tentzelius offert, exemplo magis adhuc patet, sive memoriam minus firmam, sive exemplar haud à corruptione liberum Theodoreto fuisse. Est locus in Epist. ad Ephesios §. 7. ubi S. Martyr de Christo egregium & Deitatis & humanitatis ejus testimonium scriptum reliquit, ab Athanasio & Theodoreto, nec non Gelasio citatum. *Præcipua Codicum differentia,* inquit Tentzelius, *in eo consistit, quod in Medicæo, & apud Athanasium legitur* γεννητὸς καὶ ἀγέννητος, *apud Theodoretum verò* γεννητὸς ἐξ ἀγεννήτου. At verò unde probabitur, lectionem Codicis Medicæi, quam & Athanasius & Gelasius habent, corruptam, Theodoreti autem genuinam esse. Nullum sane argumentum suppetit, quo id cuipiam persuaderi

queat. Contrarium ſenſit Cotelerius in Not. ad hunc locum, & cum ipſo ſentient omnes, qui integram Ignatii periodum bene perpenderint. Similiter & in poſteriori loco, ejuſdem epiſtolæ ad Epheſios §. 18. Cotelerius lectionem Codicis Medicæi genuinam, & Theodoreti corruptam cenſet, à tali ſcilicet, qui πάθος minùs commodè de Baptiſmo dictum putavit. Quod autem Macarium Chryſocephalum attinet, res non ita ſe habet, prout Tentzelius & ante eum Uſſerius exiſtimavit, illum nempe Ignatii verba ex ipſo antiquo epiſtolarum ejus Codice deſcripſiſſe. Integrum enim Macarii volumen ob invenienda Veterum Patrum fragmenta præterito vere perluſtrans obſervavi, eum nihil ſive Ignatii, ſive Irenæi, allegare, niſi quod à Theodoreto in Dialogis fuerit citatum. Unde ex iſtis ea deſcripſiſſe nullus dubito. Quod attinet duo loca Ignatii ab aliquibus citata, quæ in Codice Florentino haud extant, & idcirco à Tentzelio §. 10. objiciuntur, horum poſterius ſive ex Didaſcalia, ſive ex deperdita quadam Epiſtola Ignatii petitum eſſe, jam ſuprà pag. 26. dixi: deque priori idem affirmarem, ſi quis præfractè negare velit, Hieronymum qui Lib. III. adverſus Pelagianos id adduxit, memoriâ lapſum, *Ignatii* nomen pro *Barnaba*, poſuiſſe; ſicuti Clementem Alexandrinum aliquando *Barnabam* loco *Clementis* nominaſſe, Tomo I. Spicilegii pag 303. animadverti. Objicit denique Tentzelius §. 11. Sphalmata ſive vitia, ex incuria vel ignorantia librarii orta; ſed hæc tanta non ſunt, ut non ope veteris verſionis aliiſque remediis ſanari queant; imo jam ſunt ſanata curâ diligentiſſimorum virorum Voſſii, Uſſerii & Cotelerii. Ac licet forte unus atque alter locus adhuc in mendo cubet, non tamen exinde inferri poteſt, quod Tentzelius §. 12. concludit, *nihil pro Ignatiano habendum, niſi quod à Patribus priorum quatuor poſt martyrium Ignatii ſeculorum ſanctiſſimo viro tribuitur.* Quod verò loco citato Schelſtratium, tanquam ſibi conſentientem advocat, id neſcio quì ratione fecerit. Is enim iſto, quem citat loco, Part. II. Antiquitatis illuſtratæ Diſſert. III. cap. 4. interpolatas dixit Ignatii epiſtolas illas, quæ verè tales ſunt. Neque enim tunc, cum iſta ſcriberet, illibatam ſive Voſſii, ſive Uſſerii editionem vidiſſe videtur, quod quidem ſatis mirari nequeo.

Ibid. lin. penult. DE SUPPOSITIS AUTEM B. MARTYRI ΣΤΙΧΟΙΣ. In ſecundo Volumine Manuſcriptorum Adverſariorum diligentiſſimi D. Gerardi Langbainii, quæ in Bibliotheca Bodleiana aſſervantur, pag. 133. hæc lego: *Significaveram per literas Reverendiſſimo Patrono Archiepiſcopo Armachano, extare (quicquid id erat) ſub Ignatii nomine verſus in Adamum, in Bibliotheca Regis Galliarum. Inde protinus Vir Clariſſimus & de Ignatio optimè meritus, per Bootium* (carmen) *deſcribendum curavit. Exemplar tranſmiſſum ilico mecum communicavit. Qui hîc deſcripſi* 1648. Inſcriptio ibi talis eſt: Στίχοι Ἰγνατίου εἰς Ἀδάμ. Πρὸς τὸν φίλον συμφοραῖς περιπεσόντα ποιεῖται τὸ πόνημα. *Verſus Ignatii in Adamum. In gratiam Amici ærumnis afflicti elaboratum eſt hoc opus.* Priores tres verſus ſunt:

Ἀγῶνας ἄθλα καὶ παλαίσματα βλέπων
Αὐτοῖς γυναίκαις ὁ προσερπύσας ὄφις
Δι' ἡδονῆς ἔπλεξε συμπλοκαῖς πάλας, &c.

Ubi in principio versûs secundi ἃ τοῖς pro αὐτοῖς legendum, rectè monet Langbainius. Finis hujus carminis est talis pag. 139.

Φάγῃ τὸν ἄρτον ἐν κόποις καὶ φροντίσιν
Ἕως ἐὰν γῆς γεννητὴς παλινδρόμει,

(Langbainius in margine: ἴσως, παλινδρομῇς.) Quæ est Dei in Adamum decretoria sententia. De lapsu quippe primorum parentum, qui auctore Diabolo contigit, ejusque pœnâ Auctor cecinit, Serpentem, Evam, Adamum, denique Deum introducens loquentes. Haud dignum mihi visum est metrum, quod erudito Lectori exhiberem. Nam pro certo habeo, non esse Ignatii Episcopi Antiocheni & Martyris Seculo II. sed alterius multo recentioris, Ignatii Diaconi, auctoris Tetrastichorum, quibus fabulas quasdam Æsopi illigavit, perperam *Babriæ* sive *Gabriæ* adscriptorum, ut Isaacus Nicolaus Neveletus in erudita præfatione fabulis Æsopicis Græco-Latinis præmissâ ostendit: ubi, (ut obiter id moneam) genuina Babriæ fragmenta ex Suidæ Lexico collegit.

Pag. 17. lin. 16. ὁ ἐμὸς ἔρως ἐσταύρωται] Duplicem his verbis sensum tribuerunt Scriptores Ignatio posteriores, aliis per *amorem* intelligentibus *Christum*, aliis pro *concupiscentia rerum mundanarum* accipientibus. Pro priori sensu adduci potest triga antiquorum Scriptorum. Origenes enim in Prologo Commentarii in Canticum Canticorum: *Nec puto, quod culpari possit, si quis Deum, sicuti Joannes charitatem, ita ipse amorem nominet. Denique memini aliquem sanctorum dixisse, Ignatium nomine, de Christo: Meus amor crucifixus est: nec reprehendi eum pro hoc dignum judico.* Auctor libri de Divinis Nominibus, qui sub Dionysii Areopagitæ nomine editus est, cap. 4. Καί τοι ἔδοξέ τισι τῶν καθ' ἡμᾶς ἱερολόγων, καὶ θειότερον εἶναι τὸ τοῦ ἔρωτος ὄνομα τοῦ τῆς ἀγάπης. γράφει δὲ ὁ θεῖος Ἰγνάτιος· ὁ ἐμὸς ἔρως ἐσταύρωται. *Atque visum est quibusdam ex nostris, qui de rebus divinis disseruerunt, amoris nomen divinius esse quàm charitatis. Scribit autem D. Ignatius: Meus amor crucifixus est.* Denique à Cotelerio citatus Theodorus Studita Serm. III. Catechetico, qui & Cod. 130. Barocc. extat ὁ ἐμὸς ἔρως ἐσταύρωται Χριστός. Recentiorum nomina plura sunt, quàm ut recenseri possint. Quorum sententiæ etiam subscripsit Wentzelius in antecitata Dissertatione, qua in istud S. Ignatii Apophthegma eruditè commentatus est. Contrà vox ἔρως ab aliis *pro rerum mundanarum amore* accipitur, velut ab Halloixio Quæst. 2. de Vita & operibus Dionysii Areopagitæ, Natali Alexandro Hist. Eccl. Secul. I. Dissert. XXI. D. Cavio in Vita Ignatii. Quibus olim præivit Andreas Cretensis Orat. in S. Georgium pag. 183. ut ex antecedentibus istius loci verbis colligitur. Uterque sensus sane pietati S. Ignatii, posterior tamen sequentibus ejus verbis magis congruit. Voce ἔρως autem Ignatius ideo usus est, quia ἐπιτεταμένη ἀγάπη ἔρως λέγεται, *Vehementior dilectio amor dicitur*, Gregor. Nyssen. Homil. 13. in Cantic. Canticorum.

Ibid.

Ibid. lin. 25. Αἰώνιο ζωή] Ignatium in verbis proximè præcedentibus, ubi panem poculumque Dei, & carnem atque sanguinem Domini nominat, *non de Sacramento Eucharistiæ agere, nec de Christo, quatenus in hac vita objectum est spiritualis nutritionis, sed de illo, quatenus erit objectum communionis spiritualis in futuro seculo*, ait Albertinus Lib. II. de Eucharistia cap. 1. eandemque sententiam probat ex Pontificiis Halloixius in Notis ad Vitam Ignatii cap. 10. alios ut taceam. Sed non video quidem, quid vetet, quominus de Eucharistico pane & poculo hic locus accipi queat: cui parallelus occurrit alter in S. Ignatii epistola ad Ephesios §. 20. Ἕνα ἄρτον κλῶντες, ὅς ἐστι φάρμακον ἀθανασίας, ἀντίδοτος τοῦ ἀποθανεῖν, ἀλλὰ ζῆν ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ διὰ παντός. *Frangentes panem unum, qui est pharmacum immortalitatis, antidotum ne moriamur, sed vivamus semper in Jesu Christo.* Nam, ut Epiphanius in Compendiaria doctrina scribit: βρῶσις μὲν ὁ ἄρτος, ἡ δὲ δύναμις ἐν αὐτῷ εἰς ζωογόνησιν. *Panis quidem alimentum est* (id est verè panis) *virtus autem in eo ad vivificationem.* Id itaque est, quod Ignatius hoc loco vult, se non delectari pane terrestri, quo nutrimur ad corruptibilem vitam, cujus ipse pertæsus erat; sed pane cœlesti, quo fideles ad æternam aluntur vitam, ad quam unicè S. Martyr adspirabat. Si tamen cui prior sensus melior videatur, huic suppeditabo locum in alio Patre, qui ad eundem collimat sensum; Clementem intelligo Alexandrinum, Lib. II. Pædag. cap. 2. scribentem: Τοῦτ' ἐστι πιεῖν τὸ αἷμα τοῦ Ἰησοῦ, τῆς κυριακῆς μεταλαβεῖν ἀφθαρσίας. *Hoc est sanguinem Jesu bibere, participem fieri incorruptionis ejus.*

Pag. 19. lin. 27. Τῶν ἀδελφῶν ἀγάπην] Ita ipse Ignatius ad Philadelphenos, nec non ad Smyrnæos: Ἀσπάζεται ὑμᾶς ἡ ἀγάπη τῶν ἀδελφῶν ἐν Τρωάδι. *Salutat vos charitas fratrum, qui sunt in Troade.*

Pag. 25. lin. 11. EPISCOPO, &c. Episcopum sive eximium Ecclesiæ Philippensis membrum ab Apostolo indigitatum esse dixi, quando Philipp. cap. IV. v. 3. scripsit: *Rogo & te germane compar*, γνήσιε σύζυγε, *adjuva illas, quæ mecum laboraverunt in Evangelio.* Dixi ita ex plurium recentiorum Interpretum, nec non antiquorum quorundam sententia. Ast fateor potiorem mihi esse auctoritatem antiquioris Clementis Alexandrini, qui hîc conjugem Apostoli intelligendam tradidit sequentibus verbis, ab Eusebio quoque Lib. III. Hist. Eccles. cap. 30. hanc in rem citatis: Καὶ ὅγε Παῦλος οὐκ ὀκνεῖ ἔν τινι ἐπιστολῇ τὴν αὐτοῦ προσαγορεῦσαι σύζυγον, ἣν οὐ περιεκόμιζε, διὰ τὸ τῆς ὑπηρεσίας εὐσταλές. *Paulus quoque in quadam Epistola suam ipsius conjugem compellare non veretur. Quam tamen ideo secum minimè circumduxit, ut expeditiùs ministerium suum obiret.* Vide Erasmum in hunc locum, & citatis ab ipso Auctoribus adde Isidorum L.IV.Ep.112. Sed hæc citra præjudicium virginitatis dicta sunto.

Pag. 31. lin. 23. DICAM IN NOTIS. Mira sane sunt, quæ Papias aliique seniores dixere, se à Joanne Apostole accepisse Servatoris nostri effata de insolito frumenti vinique proventu olim futuro, cum scilicet ipse secunda vice de cœlo in terram advenerit. Rem ipsam quod attinet, omnes quidem primævi Christiani orthodoxi secundum dicta Apostolorum & promissa Prophetarum *novum cælum*, & *novam*

terram

terram exspectarunt, in secundo Messiæ adventu isti restituendam felicitati, quâ ante lapsum Adami florebat. Atque hanc felicitatem plurimi non in spiritualibus solùm bonis, sed & temporalibus posuerunt, persuasi tunc solum terræ à maledictione ob peccatum Adami ei inflicta liberum fore, ac abundantiam omnis boni sine humano labore prolaturum. Quæ & priscorum Judæorum fuit sententia, ut ex Rabbinorum dictis à Raymundo Martini in Pugione fidei Part. III. Dist. III. cap. 15. & Galatino Lib. X. cap. 4. adductis liquet. Quibus addo verba R. David Kimchi in Oseæ cap. XIV. v. 8. ויש מפרשים יחיו דגן שיהיה שנוי טבע בדגן לעתי׳ כבא הגואל *Sunt qui exponunt ista verba:* Vivent tritico, *quod futura sit mutatio naturæ in tritico, quando venturus est Redemptor* (Messias.) Accipit ipse hanc mutationem in eum sensum, quasi non necesse tunc futurum sit, serere triticum, quodque sponte instar vitis sit nasciturum, &c. Atque hanc opinionem de fertilitate terræ, & mutatione totius naturæ, procul dubio Papias quoque & isti seniores foverunt, qui citata ab Irenæo verba tanquam à Servatore prolata posteris tradidere. Quicquid verò de re ipsa statuatur, de qua judicium piis doctisque Theologis relinquo; modus certè eam proponendi à charactere dictorum Christi, quæ IV. Evangelistæ consignarunt, adeo diversus est, ut vix mihi persuadere queam, altera illa ex ore Servatoris nostri promanasse.

Pag. 34. lin. 7. Πρησθεὶς — ἐκκενωθῆναι] Varias eruditorum sententias de interitu Judæ proditoris, quas in Commentariis ad Matt. XXVII. & Act. I. protulerunt, ipsamque Papiæ traditionem à Theophylacto & Euthymio in cap. 27. Matthæi approbatam haud examinabo. Id solum annotare placet, auctores opinionis à Papia traditæ Actor. I. v. 18. videri mihi legisse πρησθεὶς pro πρηνὴς, uti Græci Codices & Interpretes hactenus vulgati omnes habent.

Pag. 78. lin. ult. Τὸν ἑαυτοῦ πατέρα.] Hinc patet Ptolemæum verba Christi Matth. XIX. 17. Marc. X. aut Luc. XVIII. legisse: *Nemo bonus, nisi unus Deus pater.* Quæ ultima vox à nostris editionibus abest, nec in pluribus Catholicorum Codicibus Sec. IV. & sequentibus lecta fuit. Unde in Dialogo Anomæi cum Orthodoxo de Trinitate, illo dicente: *Nos dicimus bonum esse,* (Christum) *sed non æque bonum ac Pater est*; hic respondit: *Non dicitur, Nemo bonus, nisi unus Pater*; *sed nemo bonus nisi unus Deus.* Similiter Epiphanius illa in suo Codice non legens, Marcionem interpolationis accusavit Hæres. XLII. pag. 339. his verbis: εἷς ἐστιν ἀγαθὸς, προσέθηκε ἐκεῖνος· ὁ Πατήρ. *Ad verba: Unus est bonus, addidit ille* (Marcion) *Pater.* Sed Marcionem hac in parte innoxium fuisse, & *unus Deus*, non *Pater* in suo Codice habuisse, ex Tertulliani Lib. IV. contra Marcionem cap. 36. patet. Ipsius sectatores tamen jam ante Epiphanium *unus Pater* legisse, ex Dialogo I. contra Marcionitas, qui Origeni vulgo adscribitur, pag. 3. colligere est. De Marcosiis autem Ptolemaitarum fratribus vide Irenæum Lib. I. cap. 7. Verùm non modò hæretici, sed & Catholici Patres verba Christi cum additione vocis

Pater

Pater allegarunt, veluti Clemens Alex. Lib. I. Pædagogi cap. 8. p. 119. Origenes Tom. III. in Johan. pag. 38. & Lib. V. contra Celsum pag. 238. in Protreptico ad Martyrium pag. 169. Lib. I. de Principiis cap. 2.

Pag. 79. l. 7. Δίκαιος.] Nota hæresin Ptolemæi triplicem statuentis Deum, bonum, justum, malum; illum nempe Christianorum, istum Judæorum, hunc Gentilium, sive Deum hujus mundi. Cujus errorem Cerdon quoque imbibit, hujusque successor Marcion, contra quem Irenæus Lib. III. cap. 42. ita scribit: *Marcion dividens Deum in duo, alterum quidem bonum, & alterum judicialem dicens, ex utrisque interimit Deum. Hic enim, qui judicialis, si non & bonus sit, non est Deus, quia Deus non est, cui bonitas desit: & ille rursus qui bonus, si non & judicialis, idem quod hic patietur, ut auferatur ei, ne sit Deus.* Nam licet aliàs *bonum* & *justum* distinguantur, ab ipso etiam Apostolo Rom. V. 7. non tamen hæc inter se aliquantùm diversa diversis Diis sunt adscribenda; sed unus Deus credendus, justus idem & bonus. Vide quæ ad istum Irenæi locum in nova editione annotabuntur.

Ibid. lin. 19. ὑλικός] Lege de hac hæreticorum hypothesi Irenæum Lib. I. cap. 1. §. 10. juxta divisionem in nova editione factam. Verùm & quidam Catholici Patres in ista fuisse videntur opinione, quod Diabolus & maligni Spiritus ex materia coaluerint. Hinc Athenagoræ in Legatione pro Christianis pag. 117. ab initio, Satanas dicitur ὁ τῆς ὕλης ἄρχων, *Princeps materiæ.* Et Synesio Hymn. III. vers. 90. Δαίμων ὕλας, *Dæmon materiæ.* Quin de omnibus Dæmonibus disertè pronuntiat Tatianus in Orat. contra Gentes pag. 151. οἱ δαίμονες οὓς ὑμεῖς οὕτω (non οὔτε, prout perperam in novissima Germanica editione legitur) φατὲ, σύμπηξιν ἐξ ὕλης λαβόντες, κτησάμενοί τε πνεῦμα τὸ ἀπ' αὐτῆς, ἄσωτοι καὶ λίχνοι γεγόνασιν, οἱ μὲν τινες αὐτῶν ἐπὶ τὸ καθαρώτερον τραπέντες, οἱ δὲ τῆς ὕλης ἐπιλεξάμενοι τὸ ἔλαττον, καὶ τὸ ὅμοιον αὐτῇ πολιτευόμενοι. *Dæmones (ut vos vocatis) ex materia concreti, & spiritu ex ea sumpto luxuriosi & delicati evaserunt; alii quidem ex ipsis ad puriorem vitam conversi, alii verò viliorem materiæ partem nacti, pro ratione illius vitam agunt.* Atque dum de ὕλῃ pravorum Dæmonum omniumque inde malorum principio, juxta hæreticorum hypothesin, ago, liceat mihi, benevole Lector, duo loca in Theophili Antiocheni libris ad Autolycum, ubi ὕλης vox occurrit, obiter emendare. Parum ab initio libri I. ita lege ex MS. Codice Bodl. 2040. Theophili ad Autolycum verba: Καί σοι οὖν ἅπαντα ἐπισκοτεῖ, καθάπερ ὕλης ἐπιφορὰ ἐπὰν γένηται τοῖς ὀφθαλμοῖς, πρὸς τὸ μὴ δύνασθαι ἀτενίσαι τὸ φῶς τοῦ ἡλίου. *Tibi quoque hæc omnia* (vitia animi) *tenebras inducunt, perinde ac si humor aliquis oculis influat, quò minus lumen solis contemplari queant.* In omnibus enim excusis, ipsaque Oxoniensi editione alioqui optimâ, pro ἐπιφορᾷ *pravo humore membrum aliquod infestante,* (ut à Galeno aliique Medicis usurpatur) male legitur ἐκφορὰ, quæ vox huc prorsus non quadrat, imo contrarium habet sensum. Deinde Lib. II. non adeo longe ab initio pag. 54. edit. Oxon. & 82. Paris. ex dicto MS. Cod. lege: εἶτα ὑποτίθενται θεὸν (non θεοῦ) καὶ ὕλην ἀγέννητον. *Deinde supponunt Deum & materiam,* scilicet Platonici, de quibus ibi loquitur Theophilus, & eodem modo Justinus supra p. 184.

Ibid.

Ibid. lin. 25. Κρείττονός ἐστι εἰκών.] Quis ille melior sit, cujus imago Conditor mundi esse fingitur, iterum ex Irenæi Lib. I. cap. I. quo Ptolemæi potissimùm doctrina describitur, colligi potest. Ibi enim §. 9. pag. 25. novæ editionis docet, Demiurgum unigeniti filii à Propatore proseminati imaginem esse.

Pag. 80. lin. 4. Ἀποστολικῆς παραδόσεως] Provocat Ptolemæus ad *traditionem Apostolicam*, id est, librum quendam, quo fictæ Apostolorum traditiones consignatæ fuerunt. Nam sicut inter Catholicos Didascaliæ Apostolorum & virorum Apostolicorum, quibus veræ eorum traditiones continebantur, olim extabant; ita Hæretici quoque Orthodoxorum *simiæ*, ut S. Cyprianus alicubi eos appellat, tales consarcinarunt falsarum traditionum commentarios; in quorum numero fuit, & nisi fallor, à Ptolemæo ipso hìc indigitata est Ἀνατολικὴ Διδασκαλία, ex quâ excerpta aliqua nobis conservavit Clemens Alexandrinus; de qua suo loco plura.

Pag. 84. lin. 4. Λευΐς] Quis iste Λευΐς, quem à *Matthæo* Levi cognominato diversum facit Heracleon? Judas, inquam, Thaddæus Jacobi frater, Lebbæus quoque dictus sive Λευΐς. Ita enim habet Laterculus, quem ex MS. Codice Regis Galliæ edidit Cotelerius in aureis Notis ad Lib. II. Constitut. Apostol. cap. 63. Θαδδαῖος· οὗτος παρὰ μὲν τῷ Ματθαίῳ Λεββαῖος καλεῖται, παρὰ δὲ τῷ Λουκᾷ Ἰούδας Ἰακώβου· παρὰ δὲ Μάρκῳ Λευΐς, καθήμενος παρὰ τὸ τελώνιον. *Thaddæus. Hic à Matthæo quidem vocatur Lebbæus, à Luca autem Judas Jacobi, à Marco autem Levis, qui sedebat ad telonium.* (Marc. II. v. 14.) Conferatur idem in Lib. VIII. Constit. Apost. cap. 22. ubi plura hac de re habet. Quibus id unicum addo, mendosam lectionem apud Marcum, quam ex Victore Antiocheno ibi refert, etiam in antiquo MS. Evangeliorum Codice Cantabrigiensi Græco Latinoque haberi, & Ἰάκωβος pro Λευΐ scriptum esse. Apprime verò notandum testimonium Heracleonis, asserentis ex S. Apostolis Matthæum, Philippum, Thomam, & Levi sive Lebbæum, Jacobi fratrem citra martyrium mortem obiisse. Cui, licet hæretico, sed Apostolorum ætati perquam vicino, in hac re historica majorem fidem habendam puto, quàm fabulosis recentiorum Scriptorum narrationibus de cruenta laudatorum Apostolorum morte. Sed de his alibi.

Ibid. lin. 15. Ἐν ἐμοί, εἴπω] Distinguit Heracleon duas has phrases, *confiteri aliquem*, & *confiteri in aliquo*, ut ita Græcum ὁμολογεῖν ἔν τινι, reddere liceat. Illud ad confessionem fidei, quæ nuda voce fit, refert; hoc ad confessionem, quâ non verbis solùm, sed & operibus declaramus, nos verè Evangelio fidem habere: *Illi enim soli*, inquit, *in ipso confitentur, qui in ea, quæ est in ipsum, confessione & actione vivunt.* Ita quoque de ipso interno actu *credendi* Augustinus Tract. 29. in Joannem: *Credimus Paulo, sed non in Paulum; Credimus Petro, sed non in Petrum. Quid ergo est credere in eum? credendo amare, credendo diligere, credendo in eum ire, & ejus membris incorporari.* Conf. idem Enarrat. in Psalm. 87. & Serm. 131. de Tempore, (si modò hujus auctor ipse sit)

Ruffinus Enarrat. in Symbolum, ac ante hos Gregorius Nazianzenus Orat. XXXVII. de Spiritu S. ubi & ratione objecti distinctionem faciunt, docentque nos creaturis etiam credere, sed in solum Deum creatorem. Ruffini solùm verba appono, quæ ita sonant: *Hac præpositionis syllabâ* (In) *Creator à Creatura secernitur, & Divina separantur ab humanis. Itaque ubi de Divinitate fides ordinatur, in Deum Patrem dicitur, & in Jesum Christum Filium ejus, & in Spiritum S. In cæteris verò, ubi non de Divinitate, sed de creaturis ac mysteriis sermo est,* In *præpositio non additur, ut non dicatur, in sanctam Ecclesiam, sed sanctam Ecclesiam credendam esse.* Nescio itaque, quî factum sit, ut appendix Symboli Nicæni in Concilio Constantinopolitano I. Oecumenico II. facta sonet: Καὶ εἰς μίαν ἁγίαν καθολικὴν ἐκκλησίαν, καὶ σαρκὸς ἀνάστασιν, καὶ εἰς ζωὴν αἰώνιον, *in sanctam Catholicam Ecclesiam & carnis resurrectionem & in vitam æternam,* prout in Cyrilli Catechis. XVIII. legitur.

Pag. 85. lin. 13. Κατεσημμήναντο] Quinam ante vel circa Heracleonis tempora aures Neophytorum igne signarint, me prorsus fugit. Post ipsos verò *Seleuciani* sive *Hermiani* non aqua, sed igne in Baptismi Sacramento usi sunt, ut colligitur ex Philastrio, qui Lib. de hæresibus hæc de illis habet: *Animas hominum de igne & Spiritu esse æstimantes, isto baptismo* (per aquam) *non utuntur, propter verbum hoc, quod dixit Joannes Baptista: Ipse vos baptizabit in Spiritu & igne.* Ita sane Philastrii verba intellexit Prateolus recentior Hæreseon enarrator in voce *Hermias,* scribens: *Baptizabant Hermiani non in aqua, sed in igne, occasionem sumentes de isto, quod Joannes Baptista,* &c. Idem in voce *Jacobitæ* de his ita loquitur: *Parvulos suos, (ut ait Bernardus à Luxemburgo in Catalogo hæreticorum) circumcidebant adustione quadam in fronte vel in genis impressa, hinc putantes originale peccatum expiari, huic Christi* (Joannis de Christo) *dicto innixi, quod apud Matthæum habetur in hunc modum: Ipse vos baptizabit in Spiritu S. & igne; hoc solùm ad literam exponentes.* Atque hæc in memoriam mihi revocant detorsionem verborum Esaiæ cap. 43. vers. 2. *Cum pertransieris per aquas, tecum ero, & flumina non operient te: cum ambulaveris in igne, non combureris, & flamma non ardebit in te.* Quæ Rabbi Abarbenel in Comment. ad hunc locum applicat ad Judæos, qui vi compulsi Christianæ vel Muhammedanæ religionis Sacramentum acceperint aqua tincti, ac semet igne in facie vel brachio signarint; (id enim apud illos moris esse docet) aitque eos nihilominus à Deo haud deserendos esse vel abjiciendos. V. Irenaeum Lib. 1. Cap 24.

Pag. 87. lin. 21. Αὐτοῦ ἐνεργοῦντος ἕτερος ἐποίει.] Catholici docebant Verbum, sive filium Dei, omnia fecisse, operante per eum patre; Heracleon id negans, contrà affirmabat, Demiurgum creasse mundum, operante per ipsum Verbo sive λόγῳ. Juxta insanas enim Valentinianorum hypotheses, λόγος sive Servator Jesus dictus acceperat à Patre potestatem condendi universa tam visibilia quàm invisibilia; qui tunc per matrem Achamoth procreavit Creatorem mundi, omnia producentem, operante per eum matre Achamoth, vel potius ipso λόγῳ. Vide Irenæum Lib. I. cap. 1. §. 8. & 9.

Ibid.

Ibid. lin. ult. *τὴν προτέραν μόρφωσιν*] Hæc parallela puto istis Valentinianorum verbis apud Irenæum loco citato §. 8. pag. 23. novæ editionis: *Κἀκεῖνον μορφῶσαι αὐτὴν μόρφωσιν τὴν κατὰ γνῶσιν. Et illum* (Jesum) *formasse eam formationem, quæ est secundum agnitionem*, &c. Vide ibi notata.

Pag. 88. lin. 8. *Ἀπὸ τοῦ Βαπτιστοῦ.*] Reprehendit Origenes Heracleonem, quod verba Joh. I. 18. *Deum nemo vidit unquam*, & quæ sequuntur, Joanni Evangelistæ tribuerit, asseritque ea à Joanne Baptistâ (de quo vers. 15. dicebatur. *Et hoc est testimonium Joannis*, &c.) prolata, & à Joanne Evangelista solùm relata esse. *Nam*, inquit, *si etiam opinione sua* (Heracleonis) *quod ex plenitudine ejus nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia*, &c. *à Baptista est dictum, quomodo non consequens est, eum qui ex plenitudine Christi acceperit, & gratiam secundam pro gratia prima — ex his quæ ex plenitudine in ipsum devenissent, tum intellexisse, quod Deum nullus viderit unquam, tum etiam, quod unigenitus in sinu Patris existens hæc ipse & omnibus, qui ex plenitudine ejus habuissent, enarraverit.* Pergit Origenes sequentibus verbis, quæ quoniam in editione Parisiensi *mendis obsita sunt*, ut ipse Cl. Huetius in Notis conqueritur, ex MS. Cod. Bodl. 2280. fol. 100. pag. 2. emendata Græcè quoque recitabo: *οὐ γὰρ νῦν πρῶτον ἐξηγήσατο ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρὸς, ὡς οὐδενὸς ἐπιτηδείου πρότερον γεγενημένου λαβεῖν ἃ τοῖς Ἀποστόλοις διηγήσατο· εἴγε πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι ὢν διδάσκει ἡμᾶς, τὸν Ἀβραὰμ ἠγαλλιᾶσθαι ἵνα ἴδῃ τὴν ἡμέραν αὐτοῦ, καὶ ἐν χαρᾷ γεγονέναι. Non enim nunc primùm enarravit, qui est in sinu Patris, perinde quasi nullus antea idoneus extiterit accipere quæ Apostolis enarravit, quandoquidem is, qui antequam Abraham esset, existebat, docet nos, Abrahamum exultasse, ut videret diem ipsius, gavisumque fuisse.* Et sane hæc Origenis argumentatio *κατ' ἄνθρωπον* satis erat valida. Omnino enim qui ista verba: *De plenitudine ejus accepimus omnes*, &c. effatus est, & sequentia protulit: *Deum nemo vidit unquam*, &c. ac proinde Heracleon, qui priora ut Joannis Baptistæ voces accepit, posteriora eidem, & non alteri Joanni Evangelistæ, tribuere debebat. Verum rem ipsam quod attinet, Origenis sane opinio, quam & quidam ex recentioribus Patribus secuti sunt, mihi non probatur; sed utique videtur Joannes Evangelista, qui omnium consensu paulo ante v. 14. dixerat, *Verbum plenum gratiæ & veritatis*, post relatum versu 15. quasi in parenthesi testimonium Joannis Baptistæ, vers. 16. & 17. subjunxisse: *Et de plenitudine ejus nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia, quia lex per Mosen data est, gratia autem & veritas per Jesum Christum facta est.* Hæc verò cum planissimè ad antedicta referantur, ac proinde eidem, qui illa protulerat, sint tribuenda, nullum est dubium, quin & vers. 18. *Deum nemo vidit unquam*, Joannis Evangelistæ, non Baptistæ fuerint verba. Bene ergo S. Joannes Chrysostomus Homil. XIII. (in Græco Codice XIV.) in S. Joannis Evangelium ait: *Τὸ γὰρ, ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν, οὐ τοῦ προδρόμου ἐστὶ (ῥῆμα) ἀλλὰ τοῦ μαθητοῦ. Istud enim, ex plenitudine ejus accepimus omnes, non præcursoris est dictum, sed discipuli.* Unde miror, Theophylactum qui perpetuo Chrysostomi vestigia

ſtigia ſequi ſolet, hìc ab eo diſceſſiſſe, & directè contradixiſſe his verbis: Καὶ ταῦτα τοῦ προδρόμου εἰσὶ ῥήματα, *& hæc Præcurſoris ſunt dicta.*

Pag. 89. lin. 3. περὶ αὐτὸν] Quoniam contigit, unam alteramque Heracleonis ſententiam hìc omiſſam eſſe, eas hìc in Notis potiùs dare quàm totius ſiluræ (à Typotheta jam paratæ, cum omiſſionem animadverterem) compoſitionem diſſolvere placuit.

Ex Tomo VII. *pag.* 117.

Παραδεξάμενος δὲ ὁ Ηρακλέων τὸν τῶν Φαρισαίων λόγον, ὡς ὑγιῶς εἰρημένον, περὶ τοῦ ὀφείλεσθαι τὸ βαπτίζειν Χριστῷ, καὶ Ηλίᾳ, καὶ παντὶ Προφήτῃ, αὐταῖς λέξεσί φησιν· οἷς μόνοις ὀφείλεται τὸ βαπτίζειν.

Heracleon verò approbans ſermonem Phariſæorum velut rectè dictum, quod Chriſtus, & Elias, omniſque Propheta debeat baptizare, his ipſis verbis ait: *Quibus ſolis incumbit baptizare.*

Ab initio Tomi VIII. *pag.* 122.

Ο μὲν Ηρακλέων οἴεται, ὅτι ἀποκρίνεται ὁ Ιωάννης τοῖς ἐκ τῶν Φαρισαίων πεμφθεῖσιν, οὐ πρὸς ὃ ἐκεῖνοι ἐπηρώτων, ἀλλ᾽ ὃ αὐτὸς ἐβούλετο· ἑαυτὸν λανθάνων, ὅτι κατηγορεῖ τοῦ Προφήτου ἀμαθίας, εἴγε ἄλλο ἐρωτώμενος περὶ ἄλλου ἀποκρίνεται.

Equidem Heracleon exiſtimat Joannem reſpondere his, qui à Phariſæis miſſi fuerant, quod ipſe volebat, non ad id, quod illi interrogaverant: non advertens ſe incuſare Prophetam inſcitiæ, ſi aliud interrogatus aliud reſpondit.

Probat verò Origenes in ſequentibus, S. Joannem Baptiſtam appoſitè ad Phariſæorum quæſita reſpondiſſe.

Pag. 90. lin. 26. Hic iterum notanda ſequentia Heracleonis dicta, ſuperiùs omiſſa

Ex Tomo X. *pag.* 158.

Ο μέν τοιγε Ηρακλέων τὸ, μετὰ τοῦτο κατέβη εἰς Καφαρναοὺμ, αὐτὸς διηγούμενος, ἄλλης πάλιν οἰκονομίας ἀρχὴν φησὶ δηλοῦσθαι, οὐκ ἀργῶς τοῦ, κατέβη, εἰρημένου. Καί φησι τὴν Καφαρναοὺμ σημαίνειν ταῦτα τὰ ἔσχατα τοῦ κόσμου, ταῦτα τὰ ὑλικὰ, εἰς ἃ κατῆλθε· καὶ διὰ τὸ ἀνοίκειον, φησὶ, εἶναι τὸν τόπον, οὐδὲ πεποιηκώς τι λέγεται ἐν αὐτῇ, ἢ λελαληκώς.

Sane Heracleon ipſe enarrans: *Poſtea deſcendit in Capharnaum*, alterius rurſus diſpenſationis principium dicit declarari, voce, *deſcendit*, non ocioſè dictâ. Aitque urbe Capharnao ſignificari hæc extrema mundi, hæc materialia, ad quæ deſcendit. Et quia non aptus, *inquit*, erat locus, nihil in ea civitate vel feciſſe, vel locutus eſſe dicitur.

Pag. 91.

Pag. 91. lin. 12. Κλῆσιν μόνην] Intellexisse videtur Heracleon per κλῆσιν, id est, *homines vocatos*, Catholicos, oppositos atque inferiores *electis*, id est, sectæ & γνώσει Valentinianorum addictis. Quippe *semetipsos extollunt perfectos vocantes & semina electionis*, σπέρματα ἐκλογῆς, ut Irenæus ait Lib. I. cap. 1. §. 12.

Ibid. lin. 19. Τῶν ἔξω τοῦ πληρώματος ψυχικῶν, &c.] Quod hîc Heracleon docet, id & alii Valentiniani apud Irenæum loco citato asserunt: τάς τε τῶν δικαίων ψυχὰς ἀναπαύσεσθαι καὶ αὐτὰς ἐν τῷ τῆς μεσότητος τόπῳ· μηδὲν γὰρ ψυχικὸν ἐντὸς πληρώματος χωρεῖν. *Justorum animas refrigerare in medietatis loco: nihil enim Psychicum intra Pleroma transire.* Introitum igitur in Pleroma tanquam in *sancta sanctorum* sibi, tanquam *spiritualibus* promittebant Valentiniani; *Psychicos* verò, id est, eos qui de Ecclesia erant, si justè vitam egerint, in medietatis loco refrigerium habitaturos docebant. Cæterùm liceat mihi hic emendare Clementis Alexandrini verba Lib. IV. Stromat. pag. 511. Μὴ τοίνυν ψυχικοὺς ἐν ὀνείδους μέρει λεγόντων ἡμᾶς οἱ προειρημένοι, ἀλλὰ καὶ οἱ Φρύγες· ἤδη γὰρ καὶ οὗτοι τοὺς τῇ νέᾳ προφητείᾳ μὴ προσέχοντας ψυχικοὺς καλοῦσι. *Ne igitur nos probri loco Animales vocent ii, qui prius dicti sunt,* (Gnostici hæretici) *quin etiam Phryges: jam enim hi quoque illos, qui novæ aures haud præbent Prophetiæ, Animales appellant.* Nam nullo modo huc quadrat vox λεγόντων, pro qua itaque reponendum puto λεγέτων, quia Clemens de duabus sectis tanquam de duabus personis loquutus, indeque duali numero usus esse videtur. Quod autem non solùm Gnostici, sed & Phryges sive Montanistæ Catholicos per opprobrium nominarint Psychicos, ex Tertulliano unicuique notum est.

Pag. 93. lin. 16. Χοϊκήν] Quoniam Heracleon tertiam resurrectionis vocaverat πνευματικὴν *spiritualem*, Origenes eum refutans vel potiùs ironicè perstringens, inde consequi dicit, ut prima dies χοϊκή, *terrestris*, secunda ψυχική, *animalis* dicatur. Tria enim genera hominum statuebant Valentiniani, *Terrestre*, *Animale*, & *Spirituale*, ut ex Irenæi Lib. I. cap. 1. §. 14. patet.

Ibid. lin. ult. Τὸ ἐν τῷ ἐμφυσήματι σπέρμα] Lege Irenæum Lib. I. cap. 1. §. 10. in fine pag. 28. novæ editionis, ac quæ ibi notavi. Cæterùm liceat mihi hac occasione obiter monere in Clementis Alexandrini Lib. IV. Strom. pag. 509. τὸ ἐμφύσημα τοῦ διαφέροντος πνεύματος, interpretem haud bene vertisse, *insufflationem differentis spiritûs*; & mox pag. 510. τὴν τοῦ διαφέροντος πνεύματος ἐπένθεσιν, *ejus qui differt spiritus interjectionem*; cum reddere debuisset *insufflationem excellentioris spiritûs*, & *insitum præstantiorem spiritum.* Egregiè verò Clemens Lib. I. Pædagogi cap. 3. ait: Τὸ φίλτρον ἔνδον ἐστὶν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ· τοῦθ' ὅπερ ἐμφύσημα λέγεται Θεοῦ. *Intus in homine est quod Deum ad amorem provocat, id scilicet quod inspiratio Dei dicitur.*

Pag. 96. lin. 22. Σύζυγον.] Quis verò hujus Samaritanæ à Christo electæ maritus in Pleromate futurus ex Heracleonis sententia? *Angelus*, inquam, ex Irenæi Lib. I. cap. I. §. 12. ubi Valentinianorum doctrina sonat: τοὺς πνευματικοὺς ἀποδυσαμένους τὰς ψυχὰς καὶ πνεύματα νοερὰ γενομένους,

μένας, ἀκρατήτως καὶ ἀοράτως ἐντὸς πληρώματος εἰσελθόντας, νύμφας ἀποδοθήσεσθαι τοῖς περὶ τὸν Σωτῆρα ἀγγέλοις. *Spiritales exspoliatos animas, & spiritus intellectuales factos, inapprehensibiliter & invisibiliter intra Pleroma ingressos, sponsas reddi iis, qui circa Servatorem sunt, Angelis.*

Pag. 98. lin. penult. ὄρος] Approbat Origenes mysticam Heracleonis interpretationem, qua per *montem* tradidit *Diabolum* designari. Nam ipse Homil. XII. in Jeremiam ait: ὁ διάβολος ὄρος σκοτεινόν ἐστι· οἱ ἄρχοντες τοῦ αἰῶνος οἱ καταργούμενοι ὄρη εἰσὶ σκοτεινά. *Diabolus mons tenebrosus est: Principes hujus seculi quoque qui destruuntur sunt montes tenebrosi*, &c. Plura Origenis aliorumque Patrum loca designat doctissimus Huetius in Notis ad Matth. cap. XVII. pag. 312.

Ibid. lin. ult. Τὸν κόσμον αὐτοῦ] Mundum Diabolo subditum esse docebant Valentiniani, indeque illum κοσμοκράτορα appellabant, notante Irenæo Lib. I. cap. 1. §. 10.

Pag. 99. lin. 2. Τῆς ὕλης.] Diabolum *unam partem materiæ esse*, ex sententia Valentinianorum dixit Heracleon; utpote qui docebant, *materialem substantiam ex tribus passionibus constare, timore, & tristitia & aporia — de tristitia autem spiritualia malitiæ facta: unde & Diabolum genesin habuisse*, quæ Irenæi de illis sunt verba loco modò citato.

Ibid. 99. l. 18. προσκυνητῆς] Post hoc fragmentum inserenda fuissent aliqua ex principio Tomi XIV. Origenis, ubi Heracleonem citat, verba quædam ex Prædicatione Petri sua facientem. Sed quoniam non ipsas Heracleonis voces recitavit, ac sententiam ejus jam Tom. I. pag. 64. inter fragmenta Prædicationis Petri allegavi, hic ea præterii quidem; attamen tribus verbis lectorem de hoc monere, ac id simul annotare volui, pro καθελεῖν ἃς, ut male in edit. Paris. excusum est, in Cod. Bodl. 2281. fol. 54. pag. 2. expressè legi καθ' ἕλληνας, sicut loco citato ex conjectura posui, antequam MS. istum Codicem evolvissem. Nimis enim violenta mihi videbatur emendatio Cl. Huetii, κατ' ἐθνικοὺς reponentis. Cæterùm non ægrè feret benevolus lector, si hac occasione ubi pro καθελεῖν ἃς in Origene restituo καθ' ἕλληνας, alias duas ejusdem generis emendationes notavero talium locorum, ubi vitium ex mala compositione vel divisione ortum est. In Hermiæ irrisione Philosophorum Gentilium p. 175. edit. Paris. ubi pessimè excuderunt: Τρίσειν σωματοῦσιν, lege τρὶς ἐνσωματοῦσιν. *Alii ter ad corpora transire aiunt.* Apud Diodorum Siculum Lib. IV. Bibliothecæ Historicæ pag. 238. edit. Græco-Latinæ Hanov. 1604. pag. 238. de Hercule hæc legimus: Τότε μὲν ἄπρακτος ἐπανῆλθεν εἰς Ὤλενον προσδεξάμενον. Quæ ita lecta haud plenum fundunt sensum; unde Rhodomannus aliqua addens, ita vertit: *Tunc quidem re infecta discedit, Olenumque regressus à N. quodam hospitio excipitur.* Repone itaque ἐπανῆλθεν εἰς Ὤλενον πρὸς Δεξαμενόν. *Reversus est in urbem Olenum ad Dexamenum*, qui Rex erat Oleni; quippe Pausanias duobus in locis, nempe Lib. I. Ἠλιακῶν pag. 149. lin. 33. & in Achaicis pag. 226. lin. 1. editionis Græcæ mentionem facit, Δεξαμενοῦ τοῦ ἐν Ὠλένῳ βασιλεύοντος. Sed è diverticulo in viam.

Ibid. lin. 22. ὁ ἐν αἰῶνι, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ ἐλθόντες] Difficile est dicere, quos

quos Heracleon intellexerit per *eum qui est in Aeone, & qui cum illo venerunt*. Puto tamen designasse Jesum Servatorem, atque eos, qui illi adhæserunt.

Ibid. lin. penult. εἰκόνες.] Fideles electos in terris, ut Judæi in V. T. erant, imagines esse Æonum Pleromatis in supracœlestibus, docebant Valentiniani, indeque eos, qui semen spirituale habent, ἀντίτυπον τῆς ἄνω Ἐκκλησίας, *exemplum superioris Ecclesiæ* appellabant apud Irenæum Lib. I. cap. 1. §. 10. in fine.

Pag. 100. lin. 15. ὅς ἐστι Χριστός.] *Christum* sive *Jesum Servatorem* per matrem Achamoth omnia visibilia & invisibilia, ipsum etiam Demiurgum inferiorum conditorem creasse ex Valentinianorum sententia, jam ante ex Irenæi Lib. I. cap. 1. §. 8. notavi.

Pag. 107. lin. ult. θερίζει] Conqueritur Origenes, Heracleonem non clare exposuisse, quosnam intellexerit *duos filios hominis*, quorum alter *semina sparsit*, alter *messuit*, juxta verba Salvatoris Joh. IV. Multò magis itaque nobis ab illius ævo adeo longe remotis id obscurum sit necesse est. Si tamen conjecturæ locus dandus, videtur Heracleon per duos filios indigitasse *Jesum* filium Mariæ tanquam serentem, & *Servatorem* sive *Christum*, qui super Jesum ex sententia plurium hæreticorum descendit, velut metentem. Dices: Sed Servator sive Christus non erat filius hominis, verùm ex omnium Æonum symbola existens, juxta Irenæum Lib. I. cap. 1. §. 5. Respondeo, Irenæum cap. 1. Ptolemæi sententiam potissimum exposuisse, cum quo reliqui Valentiniani non per omnia consensere. Imo ipse Valentinus diversa de Servatore isto protulit, eumque modò à *Theleto*, modò ab *alio superiore Christo*, modò ab *Anthropo & Ecclesia*, duobus in Pleromate Æonibus, emissum docuit. Atqui hanc ultimam opinionem Heracleon videtur fovisse, indeque Servatorem istum, υἱὸν ἀνθρώπου *filium hominis* appellasse.

Pag. 109. lin. 4. παρ' αὐτοῖς ποιήσας.] Nescio an Heracleon in ista fuerit sententiâ, quam Irenæus Lib. I. cap. I. §. 5. Valentinianis tribuit, *quod post resurrectionem à mortuis octodecim mensibus dicant conversatum* (Jesum) *cum discipulis*. Sed hujus commenti falsitas ex S. Lucæ Evangelistæ Actis Apostolorum cap. 1. manifestè redarguitur.

Pag. 111. lin. 29. ἀνθρώπων τῶν οἰκειοτέρων αὐτῷ.] Animadverte quæso stultitiam Heracleonis, qui hîc dicit *homines fabricatori mundi conjunctiores Servatori credidisse*; & mox addit *eos perituros, ac in tenebras exteriores ejiciendos esse*. Et vereor sane, ne Heracleonis fides in Servatorem, quem creatore mundi superiorem finxit, tale habiturum sit præmium: cum contrà Catholica fides in verum mundi Salvatorem Jesum Christum creatoris filium ad æternæ clariratis lumen utique perducat. Sed relictis hæreticorum nugis ad magis seria ac utiliora progrediamur.

Pag. 131. lin. 14. IN NOTIS AD FINEM HUJUS TOMI. Dum unam atque alteram istarum, quæ ex Aristonis Pellæi Disputatione contra Judæos allegatæ sunt, sententiarum in Tertulliani libro contra Judæos deprehendi, memoriam subiit mos Afri hujus Scriptoris, perpetuò fere Veteres, qui ante ipsum scripserant, imitantis. Id quod

vel

vel ex ipso illo contra Judæos libro patet, in quo plurima ex Justini Martyris Dialogo cum Tryphone Judæo transcripsit. Quid si igitur dicamus, aliqua, quæ in Dialogo isto non reperiuntur, ex Disputatione *Jasonis Christiani & Papisci Judæi* ab Aristone conscripta eum deprompsisse & ulteriùs dilucidasse? Incipit quidem Tertullianus librum contra Judæos his verbis: *Proximè accidit, disputatio habita est Christiano & Proselyto Judæo. Alternis vicibus contentioso fune uterque diem in vesperam traxerunt. Obstrepentibus etiam quibusdam spectantibus singulorum, nubilo quodam veritas obumbrabatur. Placuit ergo, quod per concentum disputationis minus plenè potuit dilucidari, inspici curiosiùs, & lectionis stylo quæstiones tractatas terminare.* Si jam firma staret opinio Cl. Dn. Dodwelli, Celsum, contra quem Origenes scripsit, in ipso Seculi II. fine floruisse, dicerem Disputationem Jasonis & Papisci ab isto memoratam tunc accidisse, hancque ipsam esse, de qua Tertullianus loco citato loquitur. Verùm cum dicta doctissimi Viri sententia infirmo nitatur tibicine (qua de re alibi forte dicendi sese offeret occasio) cumque ex testimonio Origenis constet, Celsum istum sub Adriano & paulo pòst vixisse, alia fuerit disputatio necesse est, quam Tertullianus proximè accidisse scribit, cujusque vestigia in libro contra Judæos relegit. Priorem tamen Jasonis & Papisci Dialogum hac occasione ante oculos sibi posuisse, & ex eo in librum suum quædam transtulisse videtur.

Pag. 133. lin. 25. DE SEPTEM AUTEM COELIS, &c. De his vide Irenæum Lib. I. c. 1. §. 9. & Testamentum Levi §. 3. Tom. I. Spicilegii pag. 159. Addo hic notatu dignum locum ex libro Sophoniæ citatum à Clemente Alexandrino Lib. V. Strom. pag. 585. *Ἆρ' οὐχ ὅμοια ταῦτα τοῖς ὑπὸ Σοφονία λεχθεῖσι τοῦ προφήτου; καὶ ἀνέλαβέν με πνεῦμα, καὶ ἀνήνεγκέν με εἰς οὐρανὸν πέμπτον, καὶ ἐθεώρουν ἀγγέλους καλουμένους Κυρίους· καὶ τὸ διάδημα αὐτῶν ἐπικείμενον ἐν πνεύματι ἁγίῳ· καὶ ἦν ἑκάστου αὐτῶν ὁ θρόνος ἑπταπλασίων φωτὸς Ἡλίου ἀνατέλλοντος· οἰκοῦντας ἐν ναοῖς σωτηρίας, καὶ ὑμνοῦντας Θεὸν ἄῤῥητον ὕψιστον. Annon hæc sunt similia iis, quæ dicta sunt à Propheta Sophonia? Et assumpsit me Spiritus*, (inquit) *& sustulit me in quintum cœlum, & contemplabar Angelos, qui Domini vocabantur*, (*Dominationes*, juxta Coloss. I. 16. Ephes. I. 21.) *& diadema eorum impositum in Spiritu Sancto: & erat sedes uniuscujusque eorum septuplo major luce Solis orientis: habitantes in templis salutis, & laudantes Deum ineffabilem altissimum.* Quæ cum neque in Hebræo textu, neque in LXX. Interpretum versione Prophetæ Sophoniæ reperiam, ex Apocrypho ejus libro, (de quo vide Tomum II. Spicilegii pag. 134. & sequ.) deprompta esse conjicio.

Pag. 161. lin. 24. VIDE NOTAS AD HANC PAGINAM. Justinus Martyr sub finem Apologiæ II. (revera I.) pag. 98. ubi ritum S. Eucharistiæ in Ecclesiis Christianorum celebratæ describens, panem & poculum vini aquâ mixti offerri, & sacra hæc symbola precibus quibusdam à Sacerdote fusis consecrari dixerat, pravos Dæmones ad imitationem sanctissimæ hujus institutionis à Christo factæ, mysteria aliqua suis tradidisse animadvertit his verbis: *ὅπερ καὶ ἐν τοῖς τοῦ Μίθρα μυστηρίοις παρέδωκαν γίνεσθαι, μιμησάμενοι οἱ πονηροὶ δαίμονες· ὅτι γὰρ ἄρτος καὶ*

ποτήριον ὕδατος τίθεται ἐν ταῖς τοῦ μυουμένου τελεταῖς μετ' ἐπιλόγων τινῶν, ἢ ἐπίστασθε, ἢ μαθεῖν δύνασθε. *Quod & in myſteriis Mithræ fieri docuerunt per imitationem pravi Dæmones. Quod namque panis & poculum aquæ in ſacrificiis ejus, qui initiatur, ponatur, verbis quibuſdam additis, aut ſcitis, aut cognoſcere poteſtis.* Atque hanc panis & poculi oblationem *Mithræ*, id eſt, Soli factam, Juſtinus in Dialogo cum Tryphone locis ſupra p. 161. citatis reſpexit. Verùm & alterius Chriſtianæ religionis Sacramenti, Baptiſmi nempe, æmulam lotionem eorum qui Mithræ ſacris initiabantur, aliaque plura ejuſmodi obſervata memorat Tertullianus Lib. de Præſcriptionibus adverſus hæreticos c. 40. *Diabolus ipſas quoque res Divinorum Sacramentorum in idolorum myſteriis æmulatur. Tingit & ipſe quoſdam, utique credentes & fideles ſuos: expiationem delictorum & lavacro repromittit, & ſic adhuc initiat Mithræ; ſignat illic in frontibus milites ſuos, celebrat & panis oblationem, & imaginem reſurrectionis inducit, & ſub gladio redimit coronam. Quid? quod & ſummum Pontificem in nuptiis habet. Habet & virgines, habet & continentes.* Vide Pamelium & de la Cerda in Comment. ad hunc Tertulliani locum, ubi plura de *Mithra* ejuſque religione reperies. Neque ſolùm Mithræ, ſed & *Iſidis* ſacris per lavacrum initiatos eſſe Gentiles, idem Tertullianus teſtatur Lib. de Baptiſmo cap. 5. Imo, ut Auguſtinus Lib. VI. de Baptiſmo contra Donatiſtas ſcribit: *In multis idolorum ſacrilegis ſacris baptizati homines perhibentur.* Alia adhuc ratione Sacramentum Baptiſmi Dæmones imitatos eſſe, dum fecerunt, ut ſacris operaturi ſe primùm lavarent, notavit Juſtinus Martyr Apolog. I. ad Antoninum Pium pag. 94. ſeq. ita ſcribens: Καὶ τὸ λουτρὸν δὴ τοῦτο ἀκούσαντες οἱ Δαίμονες διὰ τοῦ Προφήτου κεκηρυγμένον, ἐνήργησαν καὶ ῥαντίζειν ἑαυτοὺς τοὺς εἰς τὰ ἱερὰ αὐτῶν ἐπιβαίνοντας, καὶ προσιέναι αὐτοῖς μέλλοντας λοιβὰς καὶ κνίσας ἀποτελοῦντας. *Porro & lavacrum hoc cum audiſſent Dæmones per Prophetas prædictum, fecerunt ut ingreſſuri in delubra eorum, & acceſſuri ad illos, atque libationibus & adipis nidoribus offerendis operaturi, ſeipſos aquæ aſperſione luſtrarent*, &c. Vide ibi plura. Nolim autem Lectorem mirari, quod aliam Sacramenti Euchariſtiæ imitationem in myſteriis *Dionyſii* ſive *Bachi*, quam Juſtinus in Dialogo cum Tryphone Judæo memorare videtur, omiſerim. Equidem legimus ibi pag. 295. edit. Pariſ. de Ethnicis: Ὅταν Διόνυσον μὲν υἱὸν τοῦ Διὸς — εὑρετὴν ἀμπέλου γενόμενον, καὶ διασπαραχθέντα καὶ ἀποθανόντα ἀναστῆναι, εἰς οὐρανόν τε ἀνεληλυθέναι ἱστορῶσι, καὶ οἶνον ἐν τοῖς μυστηρίοις αὐτοῦ περιφέρωσιν, οὐχὶ τὴν προλελεγμένην ὑπὸ Μωσέως ἀναγραφεῖσαν Ἰακὼβ τοῦ Πατριάρχου Προφητείαν μεμιμῆσθαι αὐτὸν νοῶ; *Quando Bacchum Jovis ſilium — vitis repertorem fuiſſe, atque dilaniatum mortuumque reſurrexiſſe, & in cælum adſcendiſſe ſcribunt, ac vinum in myſteriis ejus proferunt; annon quam antea recitavimus à Moſe deſcriptam Patriarchæ Jacobi prædictionem imitatum eum eſſe cogitem?* Ac ita quoque hæc excuſa ſunt in editione Comeliniana. Quæ ubi quis ſola legerit, vix dubitabit, Juſtinum inter alia poculum Euchariſticum reſpexiſſe, quaſi iſtud Diabolus in ſacrificiis Bacchi fuerit imitatus, præſertim cum vini quoque mentio fiat in iis, quæ citaverat præcedenti pag. 271. verbis Jacobi Gen. XLIX. *Ligans ad vitem pullum ſuum, & ad claviculos pullum aſinæ.*

Lavabit in vino stolam suam, &c. Ast tam Rob. Stephanus quàm Sylburgius in Notis bene monent, ὄνον *Asinum* quoque legi; hancque genuinam esse lectionem probo ex loco per omnia parallelo, Apol. scilicet I. ad Antoninum Pium paginâ 89. ubi S. Martyr post eandem Jacobi prophetiam allegatam subjungit: Τούτων οὖν Προφητικῶν λόγων ἀκούσαντες οἱ Δαίμονες, Διόνυσον μὲν ἔφασαν γεγονέναι υἱὸν τοῦ Διός, εὑρετὴν δὲ γενέσθαι ἀμπέλου παρέδωκαν, καὶ ὄνον ἐν τοῖς μυστηρίοις αὐτοῦ ἀναγράφουσι, καὶ διασπαραχθέντα αὐτὸν ἀνεληλυθέναι εἰς οὐρανὸν ἐδίδαξαν. *His verbis Propheticis auditis, Dæmones Dionysium Jovis filium esse dixerunt, inventoremque vitis prodiderunt, & asinum in sacris ejus mysteriis adscripserunt, & dilaniatum eum adscendisse in cælum docuerunt.* Ex his duobus locis alter certè in mundo cubat, ac proinde vel in hoc οἶνον, vel in altero ὄνον reponere debemus. Ast hunc non admittere οἶνον, sed ὄνον rectè legi, non modò vox ἀναγράφουσι, (quæ posteriori bene convenit, non priori) ostendit, sed & sequentia ibidem plane demonstrant, ubi Justinus ait: Καὶ ἐπειδὴ — τὸ τοῦ πώλου ὄνομα, καὶ τοῦ ὄνου πῶλον, καὶ ἵππου, σημαίνειν ἐδύνατο, μὴ ἐπιστάμενοι, εἴτε ὄνου πῶλον ἄγων ἔσται σύμβολον τῆς παρουσίας αὐτοῦ, εἴτε ἵππου — τὸν Βελλεροφόντην καὶ αὐτὸν ἐφ᾽ ἵππου Πηγάσου, οὐρανὸν ἔφασαν ἀνεληλυθέναι. *Et quia pulli nomen* (quo Moses loco citato usus est) *& asini & equi pullum denotare poterat, nescientes asinine an equi pullum ducens sit symbolum adventûs ejus futurum, — Bellerophontem quoque ipsum in equo Pegaso cælum conscendisse aiunt.* Unde sequitur in altero loco, Dialogo scilicet cum Tryphone Judæo, ὄνον *Asinum* legendum esse. *Etenim id animal*, ut Plinius Lib. XXIV. Hist. Natur. cap. I. scribit, *Libero patri aßignatur*, id est, Baccho, de quo loquitur Justinus. Quod Scriba ignorasse, indeque οἶνον reposuisse videtur, quia paulo antè Dionysius iste *vitis inventor* dicitur, & verba Jacobi Patriarchæ *de lotione in vino* allegantur: quamvis & in his *asini* diserta facta sit mentio, ad quem Justinum respexisse nullum ampliùs dubium esse potest. Majorem autem ignorantiam sapit commutatio *vini* cum *asino* in Suidæ Lexico: χάλις εἶδος ὄνου, *Chalis Asini genus*; cùm ex aliis Lexicis antiquioribus & recentioribus notum sit, esse εἶδος οἴνου, *Speciem vini.* Id quod paulo præcedentia quoque editorem docere, aut in memoriam ei revocare potuissent: ubi χαλίκρητος πότος (ut rectè reposuit pro τόπος) dicitur, *potus aqua non temperatus, vinum purum ac merum.*

Pag. 167. lin. 17. IN NOTIS &c. Eusebius Lib. IV. Hist. Eccles. cap. 11. hæc Justini Martyris de Marcione verba citat: Μαρκίωνα δέ τινα Ποντικὸν, ὃς καὶ νῦν ἔτι ἐστὶ διδάσκων τοὺς πειθομένους, ἄλλον τινὰ εἶναι νομίζειν μείζω τοῦ δημιουργοῦ Θεόν· ὃς καὶ κατὰ πᾶν γένος ἀνθρώπων διὰ τῆς τῶν Δαιμόνων συλλήψεως, πολλοὺς πέπεικε βλάσφημα λέγειν, καὶ ἀρνεῖσθαι τὸν ποιητὴν τοῦδε τοῦ παντὸς πατέρα εἶναι τοῦ Χριστοῦ, ἄλλον δέ τινα ὡς ὄντα μείζονα παρὰ τοῦτον ὁμολογεῖν πεποιηκέναι. Καὶ πάντες οἱ ἀπὸ τούτων ὁρμώμενοι, ὡς ἔφαμεν, Χριστιανοὶ καλοῦνται· ὃν τρόπον καὶ οὐ κοινῶν ὄντων δογμάτων τοῖς φιλοσόφοις τὸ ἐπικαλούμενον ὄνομα τῆς φιλοσοφίας κοινόν ἐστι. *Marcionem quendam Ponticum novimus, qui etiamnum superest, docetque discipulos suos, alium quendam credere Deum, mundi hujus conditore majorem: qui quidem Dæmonum adjutus auxilio plurimos mortalium*

mortalium per universum orbem induxit, ut impiè loquerentur, & negarent, universi opificem esse patrem Christi : alium verò quendam longe illo præstantiorem mundum fecisse confiterentur. Omnes tamen eorum sectatores Christiani, ut diximus, appellantur : eodem modo quo Philosophis, tametsi diversæ sint sententiæ, commune nihilominus ex Philosophia nomen est inditum. Addit Eusebius Justinum his subjunxisse sequentia: ἔστι δὲ ἡμῖν καὶ σύνταγμα κατὰ πασῶν τῶν γεγενημένων αἱρέσεων· ᾧ εἰ βούλεσθε ἐντυχεῖν, δώσομεν. *Est etiam liber à nobis adversus omnes quæ extiterunt hæreses compositus : quem si legere placeat, dabimus* Ita quoque hæc leguntur apud Nicephorum Lib. IV. Histor. Eccles. cap. 6. nisi quod in priori loco μείζονα τοῦ δημιουργοῦ Θεοῦ pro θεὸν male excuderint. Allegat verò Nicephorus ea tanquam ex libro Justini Martyris contra Marcionem, deceptus istis Eusebii, quæ citationi Justini præmisit, verbis : Μάλιστα δὲ ἤκμαζεν ἐπὶ τῶν δὲ Ἰουστῖνος, ἐν φιλοσόφου σχήματι πρεσβεύων τὸν θεῖον λόγον, καὶ τοῖς ὑπὲρ τῆς πίστεως ἐναγωνιζόμενος συγγράμμασιν· ὃς δὴ καὶ γράψας κατὰ Μαρκίωνος σύγγραμμα, μνημονεύει ὡς καθ' ὃν συνέταττε καιρὸν γνωριζομένου τῷ βίῳ τἀνδρός. φησὶ δὲ οὕτως· *Eadem tempestate præ cæteris florebat Justinus, sub habitu Philosophi verbum Dei prædicans, & scriptis voluminibus pro fide nostra pugnans. Qui librum contra Marcionem scripsit, eumque adhuc superstitem fuisse, dum scripta componeret, testatur. Ita enim ait : Marcionem,* &c. ut supra. Quæ quidem fateor sic intelligi posse, quasi sequentia ex memorato Justini libro contra Marcionem adduxisset; attamen ita quoque explicari possunt, imo debent, quod Justinus, qui Marcionem peculiari Tractatu refutaverat, in altero istorum librorum, quibus eum pro Christiana religione coram Imperatore pugnasse dixerat, de Marcione tunc adhuc superstite scripserit. Habentur enim ea in Apolog. II. (I.) pag. 70. edit. Paris. ex quo loco etiam Eusebium atque Nicephorum emendandum, ac ita legendum esse patet: ἄλλον δέ τινα, ὡς ὄντα μείζονα, τὰ μείζονα παρὰ τοῦτον ὁμολογεῖν πεποιηκέναι. *Alium autem quendam, ut majorem, majora quàm hunc* (Creatorem) *fecisse confiteantur*, Patrem scilicet Christi, qui per hunc genus humanum restauravit. Vide de his & istis vocibus Πατέρα εἶναι τοῦ Χριστοῦ, aliisque, Valesii animadversiones ad hunc locum & Sylburgii notas ad Justinum: supra autem pag. 167. pro *Justini Apologiam ex Eusebio*, lege *ex Justini Apologia Eusebium.*

Pag. 170. lin. 6. IN NOTIS. Pollicitus ibi sum, alterum Anastasii locum, ubi Justini Martyris Commentarium in Hexaëmeron allegavit, me hîc in Notis exhibiturum. En igitur habes, benevole Lector, promissa Anastasii sive potius Justini verba, quæ non in illius Lib. VI. (ut Halloixius falsò citavit) sed VII. in Hexaëmeron leguntur, Græcè ex MS. Codice 139. Bibliothecæ Collegii Novi descripta, adjunctâ Latina versione ex Appendice ad Bibliothecam Patrum edit. Paris. 1579. col. 1464. in ultimis verbis emendata.

Ὅθεν καὶ ὁ κατὰ πάντα θεῖος Ἀμβρόσιος, καὶ Ἰουστῖνος ὁ θεόληπτος μάρτυς, ἐν τοῖς εἰς τὴν Ἑξαήμερον αὐ-

Unde etiam Divinus in omnibus Ambrosius & Justinus Martyr à Deo inspiratus in suis ad Hexaëmeron Commen-

tariis ea persequentes, quæ dicta sunt de Paradiso, postquam dixerunt de sensibilibus arboribus, & aquis, & fructibus, & paradiso à terra genito; in medium adduxerunt proposita Divini Ezechielis verba de Paradiso cœlesti, eaque persecuti, magnam & subtilem de iis examinationem & contemplationem subjunxerunt, dicentes, quod sit turpissimum & Deo invisum dicere, aut omnino cogitare, beatam & adorandam Dei verbi Divinitatem cum justo latrone ingredi in fluxum & materialem Paradisum. Et quænam est digna merces illius venerandæ & quæ Deum decet, confessionis, malorum punicorum, pyrorum, uvarum & ficuum esum, tanquam mercedem reddere latroni? Quis autem rursus, inquiunt, mentem habens Divina sapientem, dixerit in cucumeraria, ubi ligone ac securi vexantur homines, in cœlos cursum dirigentem ad volatum traductum esse Paulum? & quæ neque in secundo, neque in tertio cœlo invenit ineffabilia, ea in terreno agro aquis irrigato mysticè esse enunciata à puro & divino ore Christi.

τῶν ὑπομνήμασι τὰ περὶ παραδείσου διεξιόντες, μετὰ τὸ εἰπεῖν περὶ αἰσθητῶν δένδρων καὶ ὑδάτων, καὶ καρπῶν, καὶ γηγενοῦς παραδείσου, παρήγαγον ἐν μέσῳ τὰ προκείμενα τοῦ θείου Ἰεζεκιὴλ περὶ παραδείσου οὐρανίου ῥήματα· καὶ πολλὴν ἐξέτασιν καὶ θεωρίαν λεπτὴν ἐν αὐτοῖς διεξελθόντες, ἐπήγαγον λέγοντες, ὡς αἴσχιστόν τε καὶ θεοστυγὲς τὸ φάσκειν, ἢ τὸ ὅλως εἰς ἔννοιαν λαβεῖν, τὴν μακαρίαν τε καὶ προσκυνητὴν τοῦ Θεοῦ λόγου θεότητα, σὺν τῷ δικαίῳ λῃστῇ, εἰς ῥευστόν τε καὶ ὑλικὸν παράδεισον εἰσελθεῖν. καὶ τίς ἄξιος μισθὸς τῆς σεπτῆς ἐκείνης καὶ θεοπρεποῦς ὁμολογίας, ῥοϊκῶν καὶ ὀπωρικῶν καὶ σταφυλῶν, καὶ σύκων ἐφθαρμένων βρῶσιν ὡς μισθὸν ἀνταποδοῦναι τῷ λῃστῇ; τίς δὲ πάλιν, φασὶν, νοῦν ἔχων θεόφρονα, λέξει, ἐν σικυηλάτοις σκαπάνῃ καὶ πελέκει χειμαζομένοις, εἰς πτῆσιν τὸν οὐρανοδρόμον Παῦλον μετενεχθῆναι· καὶ ἅπερ οὔτε ἐν τῷ δευτέρῳ οὔτε τρίτῳ οὐρανῷ, ἄρρητα ῥήματα εὗρε, ταῦτα ἐν ὑδροχόῳ ἀρούρῃ γεηρᾷ μυσταγωγηθῆναι ἐξ ἀχράντου καὶ θείου στόματος Χριστοῦ.

Hinc & præcedenti col. 1461. Justinum inter illos numerat, qui dicta de Paradiso spiritualiter sunt interpretati, ita scribens: *Veteres ergo Ecclesiarum interpretes, Philo, inquam, Philosophus & tempore æqualis Apostolis, & celebris Papias, & Joannis Evangelistæ discipulus Hierapolitanus, & Irenæus Lugdunensis, & Justinus Martyr & Philosophus, & Pantænus Alexandrinus, & Clemens Stromateus, & eorum asseclæ spiritualiter sunt contemplati de Christi Ecclesia ea, quæ scripta sunt de Paradiso. Ex quibus sunt duo in rebus omnibus doctissimi Cappadoces Gregorii, qui omnes quibusdam de causis dicebant esse etiam aliquem Paradisum spiritualem.* Cæterùm ut obiter id moneam, ex hoc & pluribus, ubi Patres allegat, locis, aliisque indiciis

diciis colligitur, Auctorem horum librorum fuisse Anastasium Patriarcham Antiochenum, Seniorem vulgo dictum, qui Seculo VI. vixit, siquidem nullum ætate ista posteriorem Scriptorem allegat. Colligitur etiam ex eo ætas Olympiodori Alexandrinæ Ecclesiæ Diaconi, aliquot scriptis clari, cujus ætas hactenus inter eruditos dubia fuit & controversa, uti Doctissimus D. Cavius notat Part. I. Historiæ Literariæ de Olympiodoro scribens: *De ejus ætate laborant eruditi, his illum Seculo V. aliis IX. aliis XI. collocantibus. Nos eum hoc loco deponimus ad annum 990. donec exsurgat qui certiora doceat.* Docet verò certiora Anastasius, Olympiodorum sub finem libri VI. allegans his verbis, quæ iterum Græca ex dicto Manuscripto Codice, addita Latina versione, exhibeo: *Μὴ θαυμάσῃς, φησὶν ὁ αὐτὸς πολὺς τὰ θεῖα Ὀλυμπιόδωρος, εἰ τῶν πραγμάτων προκατεσκεύαζε καὶ προδιέγραφεν, ὀνομασθέντων τούτων καὶ τοὺς λόγους ἐκ Θεοῦ ἐδέξατο, αἰνιγματωδῶς τε καὶ σκοτεινῶς καὶ ἀποκρύφως. τοῦτο γὰρ ἐσήμαινεν ὁ ἐν τῷ ὄρει τό τε γνόφος καὶ ζόφος καὶ ἡ θύελλα, τῶν μυστηρίων τῶν λαλουμένων τέ καὶ διατυπουμένων τὸ ἄδηλον, ὅπως μὴ μαθόντες οἱ Ἰουδαῖοι τὴν εἰς ἡμᾶς τὰ ἔθνη μέλλουσαν ὑπὸ Θεοῦ γίνεσθαι ἐπισκοπὴν, αὐτῶν δὲ ἐγκατάλειψιν, ἐμπρήσωσι βίβλον, καὶ μάλιστα προκειμένης γενέσεως, καὶ μεγίστη ἐντεῦθεν τῇ Χριστοῦ Ἐκκλησίᾳ βλάβη τε καὶ ζημία γένηται. ἀνανεύει δὲ ὁ πολλάκις προῤῥηθεὶς Φιλόσοφος ὁ τὴν Ἀλεξανδρέων τοῖς λόγοις καταφωτίσας, ὡς ταύτης διάκονος, πρὸς τὸ φάναι ἐν παντελεῖ ἀθανασίᾳ τε καὶ ἀφθαρσίᾳ γεγενῆσθαι τὸν ἄνθρωπον* *Ne mireris*, inquit, *ipse in rebus Divinis præclarus Olympiodorus, si rerum nominatarum* (Tabernaculi & quæ in ipso erant) *quas antea construebat* (Moses) *à Deo accepit rationes ænigmaticè, obscurè, & arcanè. Hoc enim significabant quæ erant in monte tenebræ caligo & procella: nempe non esse manifesta mysteria, quæ dicebantur & figurabantur, ne si rescivissent Judæi nostram, nempe Gentium, visitationem, sui autem desertionem, librum legis comburerent, & maximè propositæ Genesis, & hinc maximum damnum & detrimentum acciperet Ecclesia Christi. Cæterum recusat sæpe prædictus Philosophus, qui Alexandriam suis illustravit libris (ut qui esset ejus Diaconus) dicere, quod in perfecta & absoluta immortalitate & ab interitu remotione creatus sit homo.* Ex quibus patet, Olympiodorum ante Anastasium Seculo forte V. vel VI. post Christum natum Alexandriæ floruisse. Alias plures observationes ac egregias præcipue circa mundi creationem meditationes suppeditant XII. isti Anastasii Tractatus in Hexaëmeron; quorum nullus Græcâ, quâ scriptus est, linguâ hactenus lucem vidit, excepto ultimo, quem ante tredecim annos erudito orbi communicavit doctissimus ac sacræ præsertim historiæ peritissimus Dn. D. Petrus Allixius. Priores XI. verò jam maximam partem ex MS. Novi Collegii Codice descriptos habeo, eos unà cum duodecimo olim editurus, si Deus ulteriorem vitam & edendi opportunitatem concesserit.

Pag 177. lin. 25. *Τῆς δὲ ἀληθείας ἰσχυρότερον οὐδὲν*] Eadem verba Justinus alio loco supra pag. 175. citato habet.

Pag. 178. lin. 33. *λέγοντες μὴ εἶναι τῆς σαρκὸς ἀνάστασιν*] *In nulla re tam vehementer, tam pertinaciter, tam obnixè & contentiosè contradicitur fidei Christianæ, sicut de carnis resurrectione*, ait Augustinus in Psalm. 88. Ethnicos

potissimum

potiſſimum reſpiciens. Sed Juſtinus non ſolùm illos, ſed & hæreticos hoc tractatu refutavit, *οἱ καὶ λέγουσι μὴ εἶναι νεκρῶν ἀνάστασιν, ἀλλὰ ἅμα τῷ ἀποθνήσκειν, τὰς ψυχὰς αὐτῶν ἀναλαμβάνεσθαι εἰς τὸν οὐρανόν. Qui etiam dicunt, non eſſe mortuorum reſurrectionem, verùm ſimul atque moriuntur, animas ipſorum in cœlum recipi*, uti B. Martyr in Dialogo cum Tryphone loquitur pag. 307. Marcionitas indigitans, ſiquidem de iiſdem ibi docet, *quod Deum Abrahami Iſaaci & Jacobi blaſphement.*

Pag. 179. lin. 25. *οἱ λέγουσι καὶ αὐτὸν τὸν Ἰησοῦν πνευματικὸν μόνον πεφηνέναι μηκέτι ἐν σαρκί* &c.] Idem obſervavit Tertullianus, librum de Carne Chriſti his inchoans verbis: *Qui fidem reſurrectionis ante iſtos Sadducæorum propinquos ſine controverſia moratam ſtudent inquietare, ut eam ſpem negent etiam ad carnem pertinere, merito quoque carnem Chriſti quæſtionibus diſtrahunt, aut nullam omnino, aut quoquo modo aliam præter humanam: ne ſi humanam conſtiterit fuiſſe, præjudicatum ſit adverſus illos, eam reſurgere omni modo, quæ in Chriſtum reſurrexit.* Et Lib. de Reſurrectione carnis cap. 2. *In ipſa priùs carne ejus* (Chriſti) *erraverunt, aut nullius veritatis contendentes eam ſecundum Marcionem & Baſilidem, aut propriæ qualitatis, ſecundum hæreſes Valentini & Apellem. Atque ita ſequitur, ut ſalutem ejus ſubſtantiæ excludant, cujus Chriſtum conſortem negant, certi illam ſummo præjudicio reſurrectionis inſtructam, ſi jam in Chriſto reſurrexit caro.* Sic error errorem gignit, ac dato uno abſurdo ſequuntur plura.

Pag. 180. lin. 9. *οὐκ ἀναγκαῖον.*] Tres ad hanc paginam do animadverſiones, duas de duobus extremis, mediam de medio, in quo conſiſtit veritas & virtus. Ad alterum extremum jam S. Apoſtolorum ævo declinarunt hæretici, qui conjugii & membrorum ad id comparatorum uſum neceſſarium eſſe prædicarunt, effræni libidini & fornicationi feneſtram hac doctrinâ aperientes. Quippe externæ rerum circumſtantiæ ſæpius haud permittunt conjugium inire, in iſto etiam ætatis flore, quo natura ad id maxime proclivis fertur: unde ſi viris vel mulieribus miſceri æque eſt neceſſarium ac edere, bibere, dormire, &c. excuſari, ſaltem non grandis criminis accuſari debent, qui fornicationi ſe dedunt. Atque iſta erat impura doctrina & inſana libido Nicolaitarum, quos ideo ipſe Servator de cœlo reprehendit Apocalypſ. II. & quos graviter redarguit Epiphanius hæreſ. XXV. §. 6. ita ſcribens: *Iſtud quod à Domino dictum eſt, quomodo te, Nicolae, auctore perficitur? Eſſe quoſdam Eunuchos, qui ab hominibus caſtrati ſunt: & alios eſſe, qui tales à nativitate prodierint: alios denique, qui ſe propter Regnum cœleſte caſtraverint* (Matth. XIX. 12.) *Quod ſi nonnulli cœleſtis Regni gratia Eunuchi fiunt, cur temetipſum tuoſque diſcipulos libidine ac fœdiſſimâ voluptate decipis, & veritatem Dei per injuſtitiam detines ac docendo depravas? Iſtud tandem quo pacto apud Te obſervatur,* (1 Corinth. VII. 25.) *De virginibus præceptum non habeo, conſilium autem do, tanquam miſericordiam conſecutus, ita bonum eſſe? Ac rurſum:* (verſ. 34.) *Virgo ſollicita eſt de iis, quæ ſunt Domini, quomodo placeat Domino, ut ſancta ſit corpore & Spiritu.* &c. Iſtud enim Apoſtoli conſilium, & Servatoris incitamentum: *Qui poteſt capere, capiat,* fruſtra eſt, ſi nemo capere poſſit, ſed omnes ad conjugii

jugii copulam naturali neceſſitate ſint adſtricti. Hoc itaque aſſertum Catholica Eccleſia ſemper reſpuit, & ob id non modò Nicolaum, ſed & Epiphanem in hæreticorum Catalogum retulit. Quippe hic quoque ſupra pag. 63. ſtolide aſſerebat: *adeo vehementem maſculis cupiditatem ad propagationem generis fuiſſe inſitam, quam nec lex, nec mos, nec aliud quippiam poſſit abolere; quod Dei iſtud ſit decretum.* Contrarium hic docet Juſtinus, aitque ne quidem in hac vita, multô minus autem in futura, conjugii & membrorum genitalium uſum eſſe neceſſarium, id quod exemplis utriuſque ſexûs perpetuam colentis virginitatem clarè evincit, de quibus jam dicendum.

Ibid. lin. 20. & 23. *Παρθενεύουσι — παρθενεύοντας.*] Idem ſcribit Juſtinus Apolog. I. ad Antoninum Pium pag. 62. *Πολλοί τινες καὶ πολλαὶ ἑξηκοντοῦται καὶ ἑβδομηκοντοῦται, οἳ ἐκ παίδων ἐμαθητεύθησαν τῷ Χριστῷ, ἄφθοροι διαμένουσι· καὶ εὔχομαι κατὰ πᾶν γένος ἀνθρώπων τοιούτους δεῖξαι. Permulti ſexus utriuſque ſunt ſexaginta & ſeptuaginta annos nati, qui à pueris diſciplina Chriſti imbuti, incorrupti perdurant. Et glorior me per omne genus hominum tales commonſtrare poſſe.* Ac rurſum pag. 71. nomine Chriſtianorum ait: *οὐκ ἐγαμοῦμεν, εἰ μὴ ἐπὶ παίδων ἀνατροφῇ, ἢ παραιτούμενοι τὸ γήμασθαι, τέλεον ἐνεγκρατευόμεθα. Matrimonium non contrahimus, niſi liberorum educandorum gratia: vel conjugium detrectantes perpetuò nos continemus.* Simliter Athenagoras in Legatione pro Chriſtianis: *εὕροις δ' ἂν πολλοὺς τῶν παρ' ἡμῖν, καὶ ἄνδρας καὶ γυναῖκας καταγηράσκοντας ἀγάμους, ἐλπίδι τοῦ μᾶλλον συνέσεσθαι τῷ Θεῷ. Invenias multos ex noſtris in utroque ſexu, qui in cælibatu conſeneſcant: quod in hoc ſtatu Deo conjunctiores ſe futuros ſperent.* Ita & alii Patres paſſim de cœlibe Chriſtianorum vita ac virginitate incorrupta gloriantur. Nam, ut S. Martyr Cyprianus Lib. de diſciplina & habitu virginum egregiè ſcribit: *Flos eſt ille Eccleſiaſtici germinis, decus atque ornamentum gratiæ ſpiritalis, læta indoles, laudis & honoris opus integrum atque incorruptum, Dei imago reſpondens ad ſanctimoniam Domini, illuſtrior portio gregis Chriſti.* Unde ſub finem hujus Tractatûs Virgines ad ſervandum ſollicite ſacrum hoc diadema pie adhortatur his verbis: *Virgines, ſervate quod eſſe cœpiſtis; ſervate, quod eritis. Magna vos merces manet, præmium grande virtutis, munus maximum caſtitatis. — Quod futuri ſumus, jam Vos eſſe cœpiſtis: vos reſurrectionis gloriam in iſto ſeculo jam tenetis: per ſeculum ſine ſeculi contagione tranſitis. Cum caſtæ perſeveratis & Virgines, Angelis Dei eſtis æquales.* Verbis itaque alterius Martyris S. Ignatii ad Polycarpum ſcribentis conclúdo: *Εἴ τις δύναται ἐν ἁγνείᾳ μένειν, εἰς τιμὴν τῆς σαρκὸς τοῦ κυρίου, ἐν ἀκαυχησίᾳ μενέτω. Si quis poteſt in caſtitate manere in honorem carnis Domini, citra vanam gloriationem ita maneat.*

Ibid. lin. 26. *ἄνομον γάμον.*] Sicut *ἄνομος* ubi de perſonis uſurpatur, modò ſignificat hominem iniquum, qui contra ſtatuta peccat, &, ut Apuleii Lib. IX. phraſi utar, *legibus ſuſpendium mandat*; modò eum, qui lege caret ut 1. Corinth. IX. 21. ubi Theodoretus ait de Apoſtolo: *Ἀνόμους λέγει τοὺς ἔξω πολιτευομένους τοῦ νόμου. Sine lege eos vocat, qui extra legem* Moſis ejuſque notitiam *vitam ducebant*: ita & duplicem hanc ſignificationem

ficationem vox iſta obtinere videtur, ubi de rebus dicitur, ut ſcilicet denotet vel facta legi oppoſita & prohibita, vel talia de quibus nulla data eſt lex, id eſt, indifferentia, ut vulgo dicuntur. In poſteriori ſignificatione procul dubio conjugium ἄνομον vocavit Juſtinus Martyr: priorem enim excludit locus antè citatus, ubi Chriſtianos connubia ob educationem liberorum contraxiſſe teſtatur. Ex his tamen aliiſque ejuſmodi loquendi formulis male intellectis occaſionem forte erroris ſui cepit Juſtini diſcipulus Tatianus, *γάμον τε φθορὰν καὶ πορνείαν παραπλησίως Μαρκίωνι καὶ Σατορνίλῳ ἀναγορεύσας· nuptias corruptelas & fornicationes ſimiliter ut Marcion & Saturninus dicens*, teſte Irenæo Lib. I. cap. 31. Sed de hac hæreſi alibi plura.

Pag. 182. lin. 28. πάντα δυνατά, &c.] Ad omnipotentiam Dei confugit quoque Juſtinus noſter Apol. II. (revera I.) pag. 65. ita ſcribens: Τὰ νεκρούμενα καὶ εἰς γῆν βαλλόμενα πάλιν ἀπολήψεσθαι ἑαυτῶν σώματα προσδοκῶμεν, ἀδύνατον μηδὲν εἶναι Θεῷ λέγοντες. *Emortua & in terram conjecta noſtra ipſorum corpora poſtliminio recepturos eſſe ſperamus, nihil plane Deo impoſſibile eſſe dicentes.* Cæterum quod Juſtinus monet, Homerum addidiſſe *καὶ ῥεῖα, & facile*; id ſanè oſtendit, eum vitioſo Homeri Codice uſum eſſe. Quippe ſequitur in Homero Ἑρμείας μέν.

Pag. 183. l. 10. Τὴν πρωτοπλάστου γένεσιν] Argumentum à creatione hominum ad probandam reſurrectionem adducit quoque S. Martyr in Apologia I. ad Antoninum Pium pag. 58. ὃν τρόπον τὴν ἀρχὴν οὐκ ὄντας ἐποίησε, τὸν αὐτὸν ἡγούμεθα τρόπον διὰ τὸ ἑλέσθαι τοὺς αἱρουμένους τὰ αὐτῷ ἀρεστὰ, καὶ ἀφθαρσίας καὶ συνουσίας καταξιωθῆναι. *Quomodo nos ab initio, cum non eſſemus, creavit: eodem modo putamus illum placita ejus ſuopte arbitrio amplexos, immortalite atque conſuetudine ſua donaturum eſſe.* Lege Irenæum lib. V. c. 3.

Pag. 183. lin. 16. ἐξ ἐλαχίστης ῥανίδος ὑγροῦ τηλικοῦτον πλάσσεται ζῶον.] Eaſdem voces idemque argumentum reperias Apol. II. pag. 65. quem locum, quia plane egregius eſt, ſed una alteraque indiget emendatione, adſcribere placet: Καὶ κατανοοῦντι τι (quæ vox ob ſimilitudinem ultimæ in præcedenti verbo ſyllabæ à Scribis vel Editoribus omiſſa eſt) ἀπιστότερον ἂν μᾶλλον δόξαι, ἢ εἰ ἐν σώματι μὴ ὑπήρχομεν, καὶ τις ἔλεγεν, ἐκ μικρᾶς τινος ῥανίδος τῆς τοῦ ἀνθρωπείου σπέρματος, δυνατὸν ὀστέα τε καὶ νεῦρα καὶ σάρκας εἰκονοποιηθέντα, οἷα ὁρῶμεν, γενέσθαι. ἔστω γὰρ νῦν ἐφ᾽ ὑποθέσεως λεγόμενον· εἴ τις ὑμῖν μὴ οὖσι τοιούτοις, μηδὲ τοιούτων (ἐκ τοιούτων legere mavult Perionius) ἔλεγε τὸ σπέρμα τὸ ἀνθρώπειον δεικνὺς, καὶ εἰκόνα γραπτὴν, ἐκ τοῦ τοιοῦδε οἷόν τε γενέσθαι διαβεβαιούμενος, πρὶν ἰδεῖν γενόμενον, ἐπιστεύσατε; οὐκ ἄν τις τολμήσειεν ἀντειπεῖν. τὸν αὐτὸν οὖν τρόπον διὰ τὸ μήπω ἑωρακέναι ὑμᾶς ἀναστάντα νεκρὸν, ἀπιστία ἔχει. ἀλλ᾽ ὃν τρόπον τὴν ἀρχὴν οὐκ ἂν ἐπιστεύσατε ἐκ τῆς μικρᾶς ῥανίδος δυνατὸν τοιούτους γενέσθαι, καὶ ὁρᾶτε γινομένους· τὸν αὐτὸν τρόπον λογίσασθε, ὅτι διαλυθέντα (l. διαλαθέντα) καὶ δίκην σπερμάτων εἰς γῆν διαλυθέντα ἀνθρώπεια σώματα κατὰ καιρὸν προστάξει Θεοῦ ἀναστῆναι, καὶ ἀφθαρσίαν ἐνδύσασθαι οὐκ ἀδύνατον. *Et rem ipſam ſecum conſideranti quid incredibilius videatur, quàm ſi in corpore nondum eſſemus, atque aliquis diceret, ex parva quapiam humani ſeminis gutta fieri poſſe, ut oſſa, nervi, & carnes ad eam, quam videmus, conformata effigiem exiſtant? Sit hoc namque per ſuppoſitionem dictum. Si quis vobis, cum nondum tales exiſteretis,*

existeretis, neque ex talibus orti essetis, semen humanum & imaginem (humanam) *pictam ostendens, asseveraret ex tali tale fieri posse, num priusquam id factum esset, crederetis? non equidem opinor quempiam contra hoc dicere ausurum esse. Persimili ergo modo, propterea quod nondum mortuum resurrexisse videritis, vos incredulitas resurrectionis tenet. Sed quomodo ab initio non credidissetis possibile esse, ut è tenui gutta tales existerent, & extitisse tamen videtis: eodem modo existimate impossibile non esse, ut abscondita atque seminum instar disjecta in terram corpora humana, tempore suo jussu Dei resurgant, & naturam incorruptibilem induant.* Eadem similitudine contra adversarios fidei pugnavit Athenagoras Lib. de Resurrectione pag. 43.

Ad pag. 184. lin. 15. ὁ μὲν Πλάτων] Platonis & Epicuri sententias de Principiis rerum fusiùs exponit Justinus Martyr in Parænesi ad Græcos p. 5. 7. & 8. quæ loca indicasse sufficiat, quoniam hæc de principiis placita Philosophorum à proposito meo aliena sunt.

Ad pag. 187. l. 10. ἀπημὸν εἶναι] Eadem, qua Justinus hanc objectionem repellit, responsione usus quoque Athenagoras Lib. de Resurrectione Mortuorum ita scribens: Οὐ μὴν οὐδ᾽ ἐκεῖνο φαίη τις ἄν, ὡς ἀνάξιον ἔργον τοῦ Θεοῦ, τὸ διαλυθὲν ἀναστῆσαι σῶμα καὶ συναγαγεῖν. εἰ γὰρ τὸ χεῖρον οὐκ ἀνάξιον, τοῦτ᾽ ἔστι τὸ φθαρτὸν ποιῆσαι σῶμα, καὶ παθητόν· πολὺ μᾶλλον τὸ κρεῖττον οὐκ ἀνάξιον, ὅπερ ἐστὶν ἄφθαρτον καὶ ἀπαθές. *Porro neque illud dici potest, corpora resoluta in integrum restituere rem esse Deo indignam. Si enim quod deterius est, mortale scilicet & passibile corpus condere, Deo haud indignum fuit: multo minus indignum erit, immortale & passioni haud obnoxium producere.* Egregiè quoque hoc argumentum prosequitur Tertullianus Lib. de Resurr. carnis cap. 5. 6. & 7. quem omnino legi velim.

Pag. 188. lin. 31. Μὴ ἐν καθ᾽ ἑαυτὴν, &c.] Justinum hîc imitatus est Irenæus ita scribens Lib. V. cap. 6. *Neque plasmatio carnis ipsa secundum se homo, sed corpus hominis & pars hominis. Neque enim & anima ipsa secundum se homo, sed anima hominis & pars hominis. Neque spiritus homo: spiritus enim & non homo vocatur. Commixtio autem & unitio horum omnium perfectum hominem efficit.* Vide paulo post ad pag. 192.

Ad pag. 189. lin. 20. Ἀμφότερα ἐλέγχων, &c.] Idem argumentum urget Tertullianus Lib. de Resurrectione carnis cap. 8. his verbis: *Caro abluitur, ut anima emaculetur. Caro ungitur, ut anima consecretur. Caro signatur, ut & anima muniatur. Caro manûs impositione adumbratur, ut & anima Spiritu illuminetur. Caro corpore & sanguine Christi vescitur, ut & anima de Deo saginetur. Non possunt ergo separari in mercede, quas opera conjungit. Nam & sacrificia Deo grata, conflictationes dico animæ, jejunia, & seras, & aridas escas, & adpendices hujus officii sordes, caro de proprio suo incommodo instaurat. Virginitas quoque & viduitas, & modesta in occulto matrimonii dissimulatio, & una notitia ejus, de bonis carnis Deo adolentur.* &c.

Ibid. lin. 26. ψυχή ἐστιν ἄφθαρτος, μέρος οὖσα Θεοῦ] Eandem sententiam protulit Trypho, Justinum in Dialogo interrogans: ἦ καὶ ἡ ψυχὴ θεία καὶ ἀθάνατός ἐστι, καὶ αὐτοῦ ἐκείνου τοῦ βασιλικοῦ νοῦ μέρος. *Nam & ipsa anima Divina & immortalis est, & illius imperantis Mentis particula.* &c.

Et S. Martyr: πάνυ μὲν οὖν ἔφην. *Omnino quidem res ita se habet, dixi.* Explicant hæc Theologi, quando de creatione animæ & spiraculo Divino loquuntur.

Pag 190. lin. 25. Τί καὶ ἐθεράπευσεν αὐτήν.] Ita & Irenæus Lib. V. cap. 12. in fine: *Quam causam habebat, carnis membra curare, & restituere in pristinum characterem, si non habebant salvari, quæ ab illo curata fuerant? Si enim temporalis erat ab eo utilitas, nihil grande præstitit his, qui ab eo curati sunt,* &c. Confer. sequens cap. 13. ubi & argumentum ex resuscitatione Lazari aliorumque mortuorum petitum tanquam fortius curationi ægrorum jungit, perinde ut hic Justinus fecit, de quo mox.

Ibidem lin. 27. ἵνα δείξῃ τὴν ἀνάστασιν] Ita & Tertullianus Lib. de Resurr. carnis, postquam ex dictis Servatoris resurrectionem carnis probaverat, ex facto ipso, resuscitatione scilicet mortuorum tanquam futuræ resurrectionis præambulâ, argumentum deducit cap. 38. scribens: *Post dicta Domini, facta etiam ejus, quid sapere credamus de capulis, de sepulchris mortuos suscitantis? Cui rei istud? Si ad simplicem ostentationem potestatis, aut ad præsentem gratiam redanimationis, non adeo magnum illi, denuo mortuos suscitare. Enimverò si ad fidem potiùs sequestrandam futuræ resurrectionis, ergo & illa corporalis præscribitur de documenti sui forma — Secundum nostram veri existimationem exempla illa mortuorum à Domino suscitatorum, commendabant quidem & carnis, & animæ resurrectionem, ne cui substantiæ negaretur hoc donum.*

Pag. 191. lin. 22. Ανελήφθη — εἰς τὸν οὐρανὸν, ὡς ἦν ἐν σαρκί.] Addidit hæc de adscensione carnis in cœlos Justinus propter istos veritatis adversarios, de quibus Augustinus in Exposit. Psalm. 88. ait: *Quum ventum fuerit ad Resurrectionem carnis, non titubant. sed apertissimè contradicunt: & contradictio eorum talis est, ut dicant fieri non posse, ut caro ista terrena possit in cœlum adscendere.*

Ibid. lin. 28. Δύναμις Θεοῦ] Respicit Justinus verba Christi Matth. XXII. v. 29. ubi ad Sadducæos ait: *Erratis nescientes Scripturas, & virtutem Dei.*

Pag. 192. lin. 2. Τὰ τρία σῶζει] Irenæus similiter, postquam verba Pauli 1 Thessal. V. *Et integer vester spiritus, & anima, & corpus, sine querela in adventum Domini Jesu Christi servetur,* hæc sua addit: *Quam utique causam habebat, his tribus, id est, animæ, & corpori, & spiritui integram & perfectam perseverationem precari in adventu Domini, nisi reintegrationem & adunitionem trium, & unam & eandem ipsorum sciebat salutem?*

Ibidem lin. 18. Πλάτωνος] Platonem pluresque alios Philosophos animarum immortalitatem credidisse certum est, & passim à viris eruditis probatum. Sed & corporis resurrectionem haud absurdam tam illi, quam Homero, visam fuisse probare conatur Justinus in Parænesi ad Græcos pag. 26. Ast verba prolixiora sunt, quam ut hic describantur.

Pag. 194. lin. 10. Allegata ibi verba Irenæi Græcè à Damasceno in Parallelis citata sic se habent: ἡ σὰρξ καθ' ἑαυτὴν βασιλείαν Θεοῦ κληρονομῆσαι οὐ δύναται, κληρονομηθῆναι δὲ εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ δύναται

δυνάται. Κληρονομεῖ γὰρ ὁ ζῶν τὰ τοῦ τετελευτηκότος. — Τί οὖν ἐστι τὸ ζῶν; τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ. Τίνα δὲ τὰ ὑπάρχοντα τοῦ τετελευτηκότος; τὰ μέλη τοῦ ἀνθρώπου, τὰ φθειρόμενα ἐν τῇ γῇ ταύτῃ. Ταῦτα δὲ κληρονομεῖται ὑπὸ τοῦ πνεύματος, μεταφερόμενα εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.

Pag. 202. lin. 13. IN NOTIS AD HANC PAGINAM. Eusebii verba, quæ me daturum promisi, hæc sunt in dicto MS. Codice Barocc.

Ταῦτα θεϊκῇ δυνάμει προηγόρευσεν ὁ σωτήρ· ταῦτα τοῖς ἔργοις πιστὰ καὶ ἀληθῆ ἀπέδειξεν ὁ αὐ[illegible]ὁ γοιῶ ἀμφιβολεὺς ἐκεῖνος, ὁ ἁλιευτὴς ὁ σύρος, ἀντὶ τῆς τῶν ἰχθύων θήρας, ὅσας ἀνθρώπων ἐσαγήνευσε μυριάδας, λόγων ἀποῤῥήτων δικτύοις θεϊκῇ δυνάμει συμπλακείσιν, οὐκ ἔστιν ἀριθμῷ περιλαβεῖν δυνατόν. ὄψις (f. ὄψῃ) δι' ἀδήλων τὰ φαινόμενα. ἃ γὰρ ὁ μακρὸς αἰὼν τοῦ βίου πρὸ τῆς τοῦ σωτῆρος ἐπιφανείας οὐκ ἤνεγκεν, ἃ μήτε Μωσῆς ὁ τῶν Ἑβραίων νομοθέτης, μήτε οἱ μετὰ Μωσέα Προφῆται, πολλὰ καμόντες διὰ πάσης νυκτὸς τῆς πρὸ τῆς ἐπιφανείας αὐτοῦ καταπράξασθαι μὴ δεδύνηνται, ταῦτα ὁ Γαλιλαῖος, ὁ πένης, ὁ βάρβαρος τὴν φωνὴν, αὐτὸς ἐκεῖνος ὁ Πέτρος κατεπράξατο. Δεῖγμα δὲ τῶν τότε ἐπιτελεσθέντων πρὸς Πέτρου, αἱ εἰς δεῦρο διαλάμπουσαι Ἐκκλησίαι, πολὺ μᾶλλον τῶν τότε σκαφῶν λογικῶν ἰχθύων πληθύουσαι· οἷα ἡ κατὰ καισάρειαν τῆς παλαιστίνης τυγχάνει, οἷα ἡ ἐπὶ Ἀντιόχειαν τὴν κατὰ Συρίαν, οἷα ἡ ἐπ' αὐτῆς Ῥωμαίων πόλεως. Τὰς δὲ γὰρ αὐτὶς ὁ Πέτρος τὰς Ἐκκλησίας, καὶ τὰς ἀμφ' αὐτὰς ἁπάσας συστησάμενος μνημονεύεται· καὶ τὰς ἐπ' Αἰγύπτου κατ' αὐτὴν τὴν Ἀλεξανδρίαν αὐτὸς πάλιν,

Hæc divina virtute prædicebat Servator: hæc ipse factis ipsis fide digna & vera demonstravit. Iste enim piscator, piscator, inquam, Syrus, vice piscium venationis, quot hominum millia ineffabilium sermonum retibus Divina virtute contextis ceperit, numero comprehendi haud potest. Videas ex obscuris clara elucescere. Quæ enim longum illud vitæ prioris ævum ante Servatoris apparitionem haud protulit, quæ nec legislator Hebræorum Moses, nec qui post Mosen extiterunt Prophetæ multùm per omnem, quæ apparitionem ejus antecessit, noctem laborantes perficere minime valuerunt; hæc Galilæus iste, pauper, lingua barbarus, ipse ille Petrus ad effectum perduxit. Hæc autem tunc à Petro completa esse argumento sunt Ecclesiæ hucusque illustres, longe pluribus, quàm illæ tunc scaphæ, rationalibus piscibus refertæ. Qualis est illa Cæsareæ in Palæstina, qualis etiam illa Antiochiæ in Syria, qualis & in ipsa Romanorum urbe fundata Ecclesia. Has enim, quæque illis adjacent Ecclesias ipse Petrus constituisse memoratur. Illam autem Alexandriæ in Ægypto iterum ille, uno

quidem per se, sed per Marcum discipulum suum fundavit: Ipse siquidem Italiæ vicinisque gentibus vacabat: Marcum verò discipulum suum, piscatorem & doctorem Ægyptiorum designavit. Hisce autem Petri similia reperiet quoque, qui animum adverterit ad reliquos Servatoris nostri discipulos, quos hominum piscatores facere pollicitus, re ipsa sermonem comprobavit. Id ipsum utique etiamnum operatur ac facit Dominus, ubique terrarum præsens existens, ac totum hominum orbem verbi sui retibus implens, ex omni genere rationalium piscium, tam barbarorum, quam Græcorum, animas scilicet hominum è profundo malitiæ & infidelitatis tenebris eruens, illasque ad lumen Divinæ cognitionis ab ipso traditæ attrahens. Ita verò & Joannem filium Zebedæi, quem piscationi deditum unà cum Patre & fratre retia resarcientem viderat, eadem vocatione & promissione dignatus est: cujus & nomen per universum orbem celebratur, & doctrina hominum animas collustrat, traditâ ipsis Evangelii Scripturâ, quæ in omnem linguam, Græcam pariter ac Barbaram translata est, & ut omnes Gentes eam exaudiant, quotidie prædicatur.

οὐ μὴν δι' ἑαυτοῦ, ἀλλὰ διὰ Μάρκου τοῦ μαθητευθέντος αὐτῷ κατεστήσατο· αὐτὸς μὲν γὰρ ἀμφὶ τὴν Ἰταλίαν καὶ πάντα ἀμφὶ ταύτην ἔθνη ἐσχόλαζε. Τὸν δ' αὐτοῦ φοιτητὴν Μάρκον, τῶν κατ' Αἴγυπτον διδάσκαλον καὶ σαγηνευτὴν ἀποδέδειχεν. ὅμοια δ' ἂν εὕροι τις τῷ Πέτρῳ τὸν νοῦν ἐπιστήσας καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν μαθητῶν· οὓς ἐπαγγειλάμενος ποιῆσαι ἁλιεῖς ἀνθρώπων, ἔργῳ τὸν λόγον ἔδειξεν. εἰσέτι γοῦν καὶ νῦν ὁ αὐτὸς ἐνεργεῖ καὶ ποιεῖ· καὶ πανταχοῦ γῆς παρὼν, καὶ πᾶσαν τὴν ἀνθρώπων οἰκουμένην τῶν αὐτοῦ λογικῶν ἰχθύων πληρῶν, ἐκ παντὸς γένους λογικῶν ἰχθύων, βαρβάρων τε καὶ Ἑλλήνων, ἀνασπῶν τοῦ τῆς κακίας βυθοῦ, καὶ τοῦ τῆς ἀθεότητος σκότους τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς, ἀνέλκων τε αὐτὰς ἐπὶ τὸ φῶς τῆς ὑπ' αὐτοῦ παραδοθείσης ἐνθέου γνώσεως. οὕτω δὲ καὶ Ἰωάννην τὸν υἱὸν Ζεβεδαίου, ὃν ἐπὶ τῆς ἁλείας ἅμα τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἀδελφῷ καταρτίζοντας τὰ δίκτυα θεασάμενος, τῆς αὐτῆς ἠξίωσε κλήσεώς τε καὶ ἐπαγγελίας· οὗ καὶ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἐκλάμπει τὸ ὄνομα, καὶ ὁ λόγος τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς καταυγάζει, διὰ τῆς αὐτοῦ παραδοθείσης τοῦ εὐαγγελίου γραφῆς, παντοίᾳ γλώττῃ, ἑλληνικῇ τε καὶ βαρβάρῳ μεταβληθείσης, εἰς ἐξάκουστόν τε πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν ἐφ' ἑκάστης ἡμέρας κηρυττομένης.

Pag. 205. lin. 19. Τούτῳ μόνῳ] Scaliger in Animadversionibus ad Eusebii Chronicon contra hæc objicit: *Atqui uni summo Pontifici id semel in anno concessum erat. Jacobus verò tantum abest, ut Sanctum posset ingredi, qui ne Levita quidem esset.* Respondeo Epiphanium quidem Hæres.

Hæres. LXXVIII. §. 13. scripsisse: *Μόνον τούτῳ τῷ Ἰακώβῳ ἐξῆν ἅπαξ εἰσιέναι τοῦ ἔτους εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων. Soli huic Jacobo licebat, semel quotannis in sancta sanctorum ingredi.* Quod sane incredibile videtur. Ast Hegesippus solùm dicit, integrum Jacobo fuisse, *εἰς ἅγια, in sanctum* ingredi, in istum scilicet locum, ubi Sacerdotes quotidie versabantur. Huc verò admissum esse Jacobum, mirum quidem; attamen non adeo absurdum, ut Hegesippi antiquissimi Scriptoris auctoritatem rejicere sit necesse. Ut enim præteream, quæ Epiphanius loco citato ait, *Jacobum Nazarenum fuisse, & cum Sacerdotali stirpe conjunctum*, stupenda prorsus sanctitas in eo effulsit, *adeò ut prudentissimi Judæorum necem Jacobi causam secutæ mox obsidionis Hierosolymorum fuisse existimaverint*, ut Eusebius Lib. II. Hist. Eccl. cap. 23. refert, & in sequentibus Josephi verba adducit, citata quoque ab Origene Tomi XI. Comment. in Matthæum pag. 223. edit. Græco-Latinæ Huetii: *ταῦτα δὲ συμβέβηκεν Ἰουδαίοις, κατ' ἐκδίκησιν Ἰακώβου, ὃς ἦν ἀδελφὸς Ἰησοῦ τοῦ λεγομένου Χριστοῦ· ἐπειδήπερ δικαιότατον αὐτὸν ὄντα οἱ Ἰουδαῖοι ἀπέκτειναν. Hæc omnia contigerunt Judæis propter Jacobum Justum fratrem Jesu, qui dicitur Christus. Qui cum esset justissimus, nihilominus à Judæis necatus fuerat.* Quid si igitur inusitatæ sanctitati inusitatus quoque honos sit habitus, adeo ut eximiè sanctus eximiè sanctum locum ingrederetur? Difficilius quidem est defendere id, quod Hegesippus quasi rationem admissionis in templum daturus subdit, Scaliger verò perstringit: *οὐδὲ γὰρ ἐρεοῦν ἐφόρει, ἀλλὰ σινδόνας, neque enim laniceo sed linea tantum veste utebatur.* Attamen vel dicendum quod γὰρ hic non sit particula causalis, sed connexionis ergo solùm adhibita, quodque hæc de *vestitu Jacobi* potiùs componenda sint cum istis, quæ de *victu ejus* paulo ante dicta sunt, non cum iis, quæ immediatè de *ingressu in sancta* præcesserunt: vel concedendum quidem, quod Hegesippus in hac circumstantia hallucinatus sit, non tamen omnis illa de Jacobo historia idcirco in dubium vocanda.

Ibid. lin. 25. *Ἀπεσκληκέναι τὰ γόνατα αὐτοῦ δίκην καμήλου*] S. Joannes Chrysostomus Homil. V. in cap. 1. Matthæi pag. 47. edit. Comelin. hæc de S. Jacobo habet verba: *φασὶ δὲ αὐτὸν καὶ σκληραγωγίᾳ προσέχειν τοσαύτῃ, ὡς καὶ τὰ μέλη νεκρωθῆναι ἅπαντα, καὶ ἀπὸ τῆς συνεχοῦς εὐχῆς καὶ τῆς διηνεκοῦς πρὸς τὸ ἔδαφος ὁμιλίας τὸ μέτωπον οὕτως αὐτῷ κατεσκληκέναι, ὡς μηδὲν ἄμεινον γονάτων καμήλου διακεῖσθαι τῆς ἀντιτυπίας ἕνεκεν αὐτῆς. Aiunt autem tantam in eo fuisse carnis incuriam, ut adhuc viventis omnia fere membra morerentur: atque assiduitate orationis jugique ad pavimentum prostratione corporis, faciem ejus callo ita obductam fuisse, ut nihil fere à cameli genibus, si duritiem spectes, discreparet.* Idem de Tarsilla amita sua memorat Gregorius, cognomine & re ipsa Magnus, Homilia XXXVIII. in Evangelia his verbis: *Cum corpus ejus ex more mortuorum ad lavandum esset nudatum, longo orationis usu in cubitis ejus & genibus camelorum more inventa est obdurata callis excrevisse: & quid vivens ejus Spiritus semper egerit, mortua caro testabatur.*

Ibid. lin. 29. Ὠβλίας] Scaligero hanc vocem carpenti sufficienter responderi potest, ex Fulleri Lib. III. Miscellaneorum cap. 1. & 2. alio-

rum

rum enim responsiones mihi non probantur. Id solum ad confirmandam Fulleri Ωζλιὰμ vel Ωζλιὰμ pro Ωολιας reponentis emendationem confirmandam addo, in Jobii Lib. IX. apud Photium Cod. 222. legi Ἰωὸ λιαν ubi ultima litera propius ad genuinam scripturam accedit.

Pag. 206. lin. 2. τίς ἡ θύρα τοῦ Ἰησοῦ] Difficile est explanare hujus quæstionis sensum: is enim, quem Valesius ad hunc locum dat, à proposito Judæorum alienus videtur; utpote qui non desiderabant scire, quænam esset introductio seu initiatio in religionem Christi; sed potiùs, quid Jacobus de Jesu Christi persona & doctrina sentiret, utrum esset bona vel mala. Sicut enim *duæ viæ* in divinis aliisque scripturis sæpiùs memorantur, alia lucis, tenebrarum alia; una, quæ ducit ad vitam, altera ad mortem; (vide Menardi & Cotelerii notas ad Barnabæ Epist. §. 18.) ita & *duas portas* sive duo ostia Judæi crebro in ore habuisse videntur, uti colligitur ex Matth. VII. 13. & sequ. ubi Servator *portam amplam & spatiosam viam,* nec non *angustam portam & arctam viam* conjungit. Id itaque Judæi hac quæstione intendisse videntur, ut Jacobus profiteretur, quidnam ipsi videretur de Jesu Christo, utrum ille fuerit doctor veritatis, an seductor; an ejus doctrina vel fides in ipsum esset porta atque via salutis & vitæ, an perditionis atque mortis. Quibus ille respondit, Ἰησοῦν εἶναι σωτῆρα, *Jesum esse Servatorem mundi.* Et paulo post supra pag. 107. *Quid me interrogatis de Jesu filio hominis? ipse sedet in cælo à dextris summæ virtutis, & venturus est in nubibus cæli.*

Ibid. lin. 31. Συνεληλύθασι πᾶσαι αἱ φυλαὶ μετὰ καὶ ἐθνῶν] Et hæc rursum Scaliger loco citatò acerbè perstringit, ita scribens: *Certè duæ tantùm tunc tribus erant, Benjamin, (in qua Jerusalem) & Juda, ut & pueri sciunt. — Præterea quis unquam fando audivit, aut legendo didicit, Gentes die Azymorum Jerosolyma convenire solitas?* &c. Verùm eadem non solùm Hegesippo, res Jacobi enarranti, sed ipsi S. Jacobo objicere potuisset Scaliger, utpote epistolam suam inscribenti *duodecim tribubus, quæ sunt in dispersione;* Jacob. I. v. 1. item Paulo Apostolo coram Agrippa memoranti *duodecim tribus nocte & die servientes,* Act. XXVI. v. 7. Quod de gentibus objicit Scaliger, legendo sane discere potuisset, imò certe didicerat, quod Joan. XII. v. 20. scriptum est: *Erant autem quidam Gentiles ex his qui adscenderant, ut orarent in die festo.* Nihil aliud sane scripsit Hegesippus, ac proinde adeo severam censuram haud meruit, quali Scaliger eum excepit. Sed tædet ad talia pluribus respondere.

Pag. 207. lin. 19. τοῦ Ἰησοῦ.] Legendum videtur τοῦ Ἰακώβου vel τοῦ Ἰησοῦ μαθητῆ.

Ibid. lin. 24. ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ] Cap. III. vers. 10. juxta LXX. Interpretum versionem, in qua olim ita lectum fuisse, ut Hegesippus citat, indubius nos docet testis Justinus in Dial. cum Tryphone pag. 367. Nostra verò exemplaria habent δήσωμεν, pro ἄρωμεν. Atque hunc locum in mente habuit Hegesippus, dum superiùs scripsit, Prophetas de Jacobo justo prædixisse. Sed hæc Oratoria scripturæ applicatio potiùs, quàm Theologica explicatio videtur.

Pag.

Pag. 208. lin. 9. Ἔθαψαν αὐτὸν ἐν τῷ τόπῳ] Hæc vero sunt absimilia, nisi forte dicendum, Christianos aliquanto post excidium Hierosolymitanum tempore, S. Jacobi corpus ibi sepelevisse, ubi martyrio defunctum erat.

Pag. 211. lin. 25. Ἀντίνοος δοῦλος Ἀδριανοῦ] Hegesippi dicta abunde illustravit Valesius in Notis ad Euseb. Lib. IV. cap. 8. Et quidem vix est aliquis ex S. Patribus, qui pro Christiana religione contra Ethnicam superstitionem scripserit, & non Antinoi consecrationem sive ἀποθέωσιν his objecerit; adeo ut eorum dicta unicuique recitare obvia foret superfluum. Ne verò quispiam Christianos falsò hæc Ethnicis objecisse sibi imaginetur, ecce Ethnici Scriptoris verba, Ælii Spartiani in Vita Hadriani Cæsaris cap. 14. *Antinoum suum, dum per Nilum navigat, perdidit,* (Adrianus) *quem muliebriter flevit: de quo varia fama est, aliis eum devotum pro Hadriano asserentibus, aliis quod & forma ejus ostentat, & nimia voluptas Adriani.* (Hic est aposiopesis, qua usus est Auctor, ut rem turpem reticeret) *Et Græci quidem volente Adriano eum consecraverunt, oracula per eum dari asserentes: quæ Adrianus ipse composuisse jactatur.* Vide Notas variorum in hunc locum, & plura invenies, quàm desideras.

Pag. 212. lin. 5. Διαδοχὴν ἐποιησάμην μέχρις Ἀνικήτου.] Valesius hæc Hegesippi verba ita Latinè reddidit: *Romam verò cum venissem, mansi ibi apud Anicetum, cujus tum Diaconus erat Eleutherus.* Sed solidè refutavit Valesium, nec non Halloixium, qui miserè hunc locum pervertit, doctissimus Anglicanæ Ecclesiæ Præsul Pearsonius Dissertat. I. de successione primorum Romæ Episcoporum cap. 5. & verba Hegesippi ita vertenda docuit: *Romæ verò cum essem successionem* (scilicet Episcoporum ejus loci) *composui usque ad Anicetum, cujus Diaconus erat Eleutherus.* Atque hujus auctoritate & argumentis inductus ipse quoque versionem sensui ejus congruam Græco textui apposui.

Pap. 213. lin. 31. καὶ ἑξῆς] Vix invenio rationem excusandi Hegesippum, improbantem ista verba: *Bona, quæ præparata sunt justis, oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis adscenderunt.* Sunt enim ipsa S. Apostoli Pauli verba 1 Corinth. II. vers. 9. sive ex Esaiæ cap. LXIV. v. 4. sive ex libro Apocrypho citata, de quo vide Tom. I. hujus Spicilegii Patrum pag. 136. At verò non est standum judicio Stephani Gobari Tritheitæ, Hegesippum allegantis: cujus antiquissimi Patris ὑπομνήματα si superessent, videremus forte, eum non ipsa illa verba rejecisse, sed falsam eorum interpretationem, ab hæreticis factam, qui Christum merum phantasma fecerunt, se & visu & auditu circa illum deceptos esse dicentes. Cæterum non possum quin hac occasione Hieronymi παρόραμα in dicto loco obiter notem. Scribit is in Epistola de optimo genere interpretandi ad Pammachium, in LXX. Interpretum versione hic legi, καὶ τὰ ἔργα σου ἀληθῆ. Ego verò olim lectum fuisse puto καὶ τὰ ἔργα σου ἃ λήθει. Hic enim sensus & ad Hebræas literas יעשה למחכה לו parumper mutatas magis quadrat, & præcedentibus verbis, *quæ oculus non vidit,* meliùs congruit.

FINIS.